²⁹⁰ Il passo iniziale è ricavato dal geponico* Berizio presente nella selezione delle opere geponiche fatta compilare da Costantino VII Porfirogenito* (oggi presente in *Geponica sive Cassiani Bassi Scholastici*) e possiamo arguirlo dal testo che segue tratto da Gessner. - Come al solito il testo di Gessner viene malamente rimaneggiato e decurtato da Aldrovandi e, ciò che è peggio, viene personalizzato: in questo modo la serietà dell'Ornitologo rimane integra, ma non lo è altrettanto la comprensibilità dell'anatomia del pollo. - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 397: Pellicula ceu cortex quidam intra ventriculum gallinae stercori destinata, echinus ab aspritudine Graecis appellatur, et lactis coagulandi vim habet, Berytius apud Constantinum. haec vis alioqui propria tribuitur ruminantium adhuc lactentium ventriculis, quos et coagula nominant. Vide plura in Echino terrestri G. ab initio de nomine huius particulae. Magna fraude medicamentarii institores nobis imponunt, qui ex ventriculo, quo nihil in alitibus istis carnosus est, panniculos detractos et siccatos pro ingluvie vendunt. et haec est causa cur nemo hodie mihi cognoscatur, qui se feliciter in ventriculo roborando, pelliculis istis usum profiteatur: Gyb. Longolius, non ex ventriculo, sed ex primo cibi in gallinis receptaculo, quod stomachum et ingluviem vocat, hanc membranam decerpendam sentiens. Atqui ego veteres hanc vim non ingluviei aut stomacho, id est ori ventriculi galli gallinaeve, sed ipsius ventriculi, quem *koilian* proprie vocant, interiori membranae, tribuisse asseruerim. Nam et Dioscorides *koilian* nominat de hac membrana agens lib. 2. cap. 43. tum ab initio, tum in fine eius capit. quanquam adiecta in fine a quibusdam adulterina existimantur. Et Galenus libro 11. de simplicibus post coelian, id est

quidam intra ventriculum gallinae stercori destinata, echinus²⁹¹ ab aspredine Graecis appellatur. Huius pelliculae, cum apud Medicos in primis, tum etiam ad lac coagulandum usus est. Sunt qui magna fraude medicamentarios institores nobis imponere dicant, quia ex ventriculo, quo nihil in alitibus istis carnosius est, panniculos detractos, et exiccatos pro ingluvie vendant: hanc autem esse causam, cur nemo hodie cognoscatur, qui se feliciter in ventriculo roborando pelliculis istis usum profiteatur: inter quos Gyb. Longolius, non ex ventriculo, sed ex primo cibi in Gallinis receptaculo, quod stomachum, et ingluviem vocat, hanc membranam decerpendam sentit. Atqui veteres hanc vim non ingluvie, aut stomacho, id est, ori ventriculi <galli gallinaeve, sed ipsius ventriculi,> quem κοιλίαν proprie vocant, interiori membranae tribuerunt. Nam et Dioscorides²⁹² κοιλίαν nominat de hac membrana agens, et Galenus²⁹³ post κοιλίαν, id est, ventriculum Mergi, statim huius membranae meminit, intus adverbium ponens, pro eo, quod est in ventriculo. Uno tanto in loco Galli gulam²⁹⁴ (scribitur autem Graece etiam γούλαν) una cum larynge iis auxiliari, qui strata permingunt, legimus, tertio nempe parabilium libro²⁹⁵, sed qui falso illi ascribitur. Plinius²⁹⁶ etiam ventris membranam vocavit. Gallicum vulgus, quod tanquam parergon interiectum esto, inquit Laurentius Ioubertus²⁹⁷, Gallinarum ventriculum, si bene memini, perie vocat a petris, quas patria lingua peiras dicunt: quoniam raro absque lapillis reperitur.

kind of peel within the stomach of the hen and which is devoted to produce the excrement, because of its roughness is called *echinus* - hedgehog* - by Greeks. This membrane is used not only especially by physicians, but also for coagulating milk. There are those who say that drug dealers deceive us with a great fraud, being that they sell as crop the dried membranes drawn from the stomach, in comparison with the latter nothing in these birds is more fleshy: and that this is the reason why today no one is known stating that he successfully uses these membranes to strengthen the stomach: among these Gisbert Longolius* feels that in hens this membrane must be plucked off not from the stomach but from the first receptacle for food, which he calls stomach and crop. However the ancients attributed this power not to the crop or to glandular stomach, that is, to the first section of the stomach of rooster or hen, but to the inner membrane of the so properly called stomach which they correctly call *koilian* - hollow, i.e. muscular stomach or gizzard. For also Dioscorides* quotes the *koilian* when dealing with this membrane, and Galen after the *koilian*, i.e. the stomach of the merganser*, soon after he mentions this membrane, placing the adverb *intus* - inside - because it is inside of the stomach. Only in one point we read that the gullet of the cock (in fact in Greek it is also written *goïlan*) together with the larynx is helpful to those who wet their beds with urine, and precisely in the third book of *De remediis parabilibus*, but which is wrongly ascribed to him. Pliny also called it membrane of the stomach. Laurent Joubert* says that common people in France, and let this be as a side addition, if I correctly remember, call the hens' stomach *perie* from *petrae* - stones, which in their native tongue they call *peiras*: since it is rarely found without pebbles.

ventriculum mergi statim huius membranae meminit, intus adverbium ponens pro eo quod est in ventriculo. Uno tantum in loco (libro tertio Parabilium, qui Galeno falso adscribitur) galli gulam una cum larynge (scribitur autem Graece etiam *goïlan*) iis auxiliari qui strata permingunt, legimus. Tunica interior gallinarum lixivio calido hora una maceratur, ter lavatur, deinde vino ter maceratur, et ter lavatur: iterum lixivio, post vino, et siccatur clibano ex quo panis extractus est, Sylvius ex Bartolomaeo Montagnana. Ventris gallinaceorum membrana quae abiici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, Plin.

²⁹¹ Il sostantivo greco maschile *echinos* identifica innanzitutto il riccio di terra o porcospino - *Erinaceus europaeus*. In seconda istanza identifica anche il riccio di mare, nome comune degli Echinodermi della classe Echinoidei; agli Echinodermi appartengono anche le stelle di mare, le oloturie, le ofiure e i crinoidi.

²⁹² Dioscorides *De Materia Medica* (ed. by M. Wellmann, Berlin, 1906-14), II, 43. (Lind, 1963) - lib. 2. cap. 43. (Gessner, 1555)

²⁹³ Galen *De Simplicium Medicamentorum Temperamentis et Facultatibus in Medici Graeci*, XI (ed. by C. G. Kuehn, Leipzig, 1821-33); first Paris edition, 1530; another at Leyden, 1561. (Lind, 1963)

²⁹⁴ Il latino *gula* deriva da una radice indoeuropea che significa divorare.

²⁹⁵ Galenus, *De remediis parabilibus*. (Gessner, 1555 - libro tertio Parabilium, qui Galeno falso adscribitur)

²⁹⁶ *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abiici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, [...]

²⁹⁷ Laurent Joubert, *Disputatio de febribus putridis; in qua tria de febribus paradoxa L. J. excutiuntur* (1580); cited by Aldrovandi as *In Apologia pro paradoxis*, 7. (Lind, 1963)

Alexander Myndius²⁹⁸ apud Athenaeum Gallinaceis testes sub iecore esse dixit, et revera mulierculae nostrae eos castraturae digitos admodum profunde in inflicto prope anum vulnere infigunt. Albertus faeminis supra caudam esse tradit, et exteriori parte corporis: maribus vero interius, ubi aliis animalibus renes siti sunt. Plinius²⁹⁹ alibi calculi remedia recensens, inter alia lapillorum quorundam meminit, qui in Gallorum vesica reperiuntur: quasi vero aves vesicam habeant. Recentiores quidam teste Ornithologo³⁰⁰, non ex Gallo mare, sed castrato (quem Gallinacei nomine imperite intelligunt³⁰¹) hunc lapidem haberi putant, et Germanice interpretantur, kapunenstein, hoc est, Capi lapidem, sed qua in parte reperiatur, minime addunt. Forte tales lapillos Plinius intellexerit, quos semper in harum avium ventriculo reperiri paulo ante diximus.

Nos in commune {m} virorum studiosorum, atque maxime eorum, qui naturae arcana perscrutantur, aliquot Gallinas Excellentiss. M. Antonio Ulmo secundas exhibuimus, ut admirabile naturae in generandis ovis artificium indagaremus. Is itaque vir praestantissimus diligentissima sectione naturales partes examinans, novem iconibus omnia in iis observatione digna complexus est: quarum tres subsequenti pagina pictae ad uteri conformationem quodammodo, reliquae ad ovorum generationem pertinent: quas post suo etiam loco daturi sumus. Quod ergo ad uterum spectat, forma eius plurimum a viviparorum animalium utero differt, cum hic unum duntaxat

Alexander of Myndos* in Athenaeus* said that in roosters the testicles lie under the liver and in fact, when our farm women are about to castrate them, they stick their fingers quite deeply into the wound made near the anus. Albertus* says that in females - the ovary - is before the tail and in the peripheral part of the body: but in males the testicles are more inside, where in other animals the kidneys are located. Pliny in a point, checking the medicinal properties of a pebble, among others things he mentions certain stones found in the bladder of roosters: as if birds really had a bladder. Some more recent writers, according to the Ornithologist, think this stone is obtained not from the male rooster but from the castrated (which they mistakenly define by the name of rooster) and call it in German *Kapunenstein*, that is, capon's stone, but do not in the least add in which part it is found. Probably Pliny meant that pebbles which, as I said a short time ago, are always found in the stomach of these birds.

To advantage of all students and especially of those who search for the secrets of Nature, I supplied the most excellent Marco Antonio Olmo* with some hens for dissection, in order to discover the admirable ability of Nature in generating eggs. Then this very excellent man, when examining the natural segments by a very careful dissection, included in nine pictures everything was worthy of remarks in them: three pictures, reproduced in the following page, in some way are dealing with belly conformation, the other ones with eggs generation: and later I shall give these pictures in their proper place. Then, as far as the oviduct is concerned, its shape differs greatly from the uterus of viviparous

²⁹⁸ *Deipnosophistai* IX,47,392c.

²⁹⁹ Plinio era ben conscio che gli uccelli non hanno vescica urinaria: *Naturalis historia* XI,208: Infra alvum est a priore parte vesica, quae nulli ova gignentium praeter testudinem, nulli nisi sanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium. inter eam et alvum arteria ad pubem tendentes, quae ilia appellantur. - Tuttavia in XXX,67 egli parla effettivamente di *vesica* dei polli e di *ventriculus* dei piccioni, ed è giocoforza dedurre che in questo caso *vesica* = *ventriculus*. *Naturalis historia* XXX,66-67: Iubent et vermes terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuendos calculos vel cocleas decoctas ut in suspiriosis, easdem exemptas testis III tritasque in vini cyatho bibi, sequenti die II, tertio die I, ut stillicidium urinae emendent, testarum vero inanium cinerem ad calculos pellendos, item hydri iocur bibi vel scorpionum cinerem aut in pane sumi [vel si quis ut locusta edit], lapillos, [67] qui in gallinaceorum vesica aut in palumbium ventriculo inveniantur, conteri et potioni inspergi, item membranam e ventriculo gallinacei aridam vel, si recens sit, tostam, fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae, [...]. - Esatta è anche l'affermazione di Plinio: la testuggine - che dobbiamo intendere sia come tartaruga che come tartaruga di mare - è invece dotata di vescica urinaria: infatti essa è presente in tutti i Testudinati. Invece i coccodrilli - appartenenti anch'essi ai Rettili e anch'essi *ova gignentis* - non hanno vescica urinaria.

³⁰⁰ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 382: Alectorias vocant gemmas in ventriculis gallinaceorum inventas crystallina specie, magnitudine fabarum: quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse videri voluit, Plinius 37. 10. Ferunt in ventre galli alectorium, id est gallinaceum lapidem. Sed is sarda vel achate fingitur, in quo flammea macula appareat, nam de alectoria vero nihil comperti habeo, Cardanus. Plinius alibi inter remedia calculi, lapillorum meminit qui in gallorum vesica (quasi avis vesicam habeat) reperiuntur. Recentiores quidam non ex gallo mare, sed castrato (quem gallinacei nomine imperite intelligunt) hunc lapidem haberi putant: et quidam lingua vernacula interpretatur Kapunenstein/id est caponis lapidem.

³⁰¹ Ne ha discusso a pagina 189.


foramen habeat extrinsecus respiciens, alter vero oviparorum duplex obtineat foramen, infernum, per quod ovum ad externa respiciens egreditur iam perfectum: alterum internum, et supernum, per quod ovum ingreditur iam sub septo transverso inchoatum seu conceptum ad formam perfectam suscipiendam: cuius positum, substantiam, figuram, consensum, nunc declarabimus.

Uteri itaque totius (intelligimus nunc uterum proprie dictum, et eius extensionem) positus est in parte sinistra ad spinam, cum intestina ipsa obtineant dextram abdominis regionem, et centrum. Exitus vero est in superna parte ad spinam desinente, cum inferiorem partem teneat podex ad ventrem positus. Utraque vero foramina cum intestinorum tum uteri adeo in proximo sitam membraneam substantiam obtinentia coniunguntur, ut artissime conniventia sensum ipsum fallere quandoque possent, ut ex subiecta icone videre licet. Quam rem pariter adiunctae binae aliae non parum etiam explicant, ut ex adiectis literis est videre. Podicis itaque atque uteri foramina invicem ita, ut dictum, est, proxima cute, ac musculo subiecto communiter obteguntur: quod praeputium nymphas ex similitudine dicere possumus. Correspondet enim cutis haec Gallinae podicem, ac uteri os obtegens, cuti glandem penis virilis cooperienti [201] et cutaneis faeminarum.

animals, since this one has only an opening facing outwards, the other one, i.e. that of the oviparous, has a duplex opening, one facing downward through which the already completed egg comes out facing outward: the other one internal and facing upward, through which comes in the still outlined or fertilized egg under transverse septum, in order to receive its complete shape: and I shall now notify its position, structure, shape, relations.


Then, the location of the entire uterus (I speak now of the properly called uterus and its extension) is in the left side near the spine, while intestinal loops occupy the right section and the center of the abdomen. Its opening is in the upper part which ends near the spine, while the anus, placed near the belly, represents the lower part. Both foramina of the intestine and of the oviduct, provided with a membranous formation located near them, are so joined that, closing themselves in a very tightly-shut way, they can sometimes deceive the sight, as one may see from the picture ahead. This situation is very well explained by two other added pictures, as it is possible to see from the attached captions. Therefore the foramina of the anus and of the uterus, as I said, are so close each other that they are covered together by the skin and the underlying muscle: and for similarity we can call this prepuce as nymphs - labia minora of the vulva. For this skin covering the anus and the mouth of the uterus of the hen corresponds to the skin which covers the glans of a man's penis and to the cutaneous formations of the females - prepuce of clitoris.

[200]




- A. Wrinkled circular deep skin.
- B. Light, thin skin, ending at the foramen.
- C. Foramen.

- A. Cutis rugosa circularis extrema.
- B. Cutis laevis, tenuis desinens in foramen.
- C. Foramen.



- AAAA. Hen's common covering of the anus and of the oviduct's opening, which reminds a circular prepuce.
- BB. The extremity of the neck of the uterus [of the vagina].


- AAAA. Podicis Gallinae et uteri commune tegumentum praeputium referens circulare.
- BB. Extremitas colli uterini.



- D. The oblong crevice of the common opening.

- D. Rima oblonga exitus communis.

Huius cutis, vel praeputii foramen unicum existit, quod vulgares podicem Gallinarum credunt. Praeputium hoc formam habet sph<a>ericam, et musculus subiectum figura etiam sph<a>erica. Nam obtinet maiorem capacitatem, et cum utrumque foramen cooperiri debeat, cutis etiam maxime erat dilatanda, cui maxime extensioni sph<a>erica figura est accom<m>oda: prominet cutis haec praeputium referens, vel ipsius proportionale, turgidum, globosum, instar papillarum apicis. Musculus cutem praeputii subvestiens, sph<a>ericam, ut diximus, etiam figuram habet, cuius latitudo pollicis existit. Fibras autem obtinuit non {parere} <parallelas>, vel aequae distantes, quemadmodum sphincter intestini humani, sed a circumferentia ad centrum conversas, et diametrales: quemadmodum ex subiecta figura demonstrabitur. Cur vero os uteri ad spinam, vel supernam partem, ponatur, coitum ipsum causam esse opinamur.



AA. Gallinae pudenda.

O. Os uteri ad spinam superne.

DDDD. Circumferentia musculi praeputium constringentis.

V. Exitus intestinorum, vel podex ad ventrem inferne.

EEEE. Fibrae a circumferentia ad centrum pertinentes.

Nam supergressu haec animalia coeuntia, instrumenta in proximo habere oportebat, quo facilius, et promptius invicem coniungerentur. Exitus praeterea intestinorum deorsum versus merito vergit. Nam infra etiam {ellius} <illius> est officium, quemadmodum scripsit Aristoteles, quod intelligere debemus ratione ipsorum excrementorum ex {elementati} <elementari> portione terrestri ad inferiora tendentium.

There is a single foramen of this skin, or prepuce, which common people believe is the anus of hens. This prepuce has a circular shape and has the underlying muscle circularly shaped too. For it has a larger width, and being that it must cover both foramina, also the skin had to widen out as much as possible, and the circular shape is suited for its utmost stretching out: this skin sticks out reminding a prepuce, or something analogous to it, turgid, globular, like tip of nipples. The muscle underlying the skin of the prepuce also has a circular shape, as I said, and is one thumb wide. But it does not have parallel fibers, or equidistant, as the sphincter of the human intestine has, but which from the circumference converge to the center with a radial direction: as it will be indicated in the picture below. Moreover, why the opening of the oviduct is located near the spine, or upper part, I think that the reason is the coitus itself.

AA. External genitals of a hen.

O. Opening of the uterus [of the vagina] located above near the spine.

DDDD. Circumference of the muscle which constricts the prepuce.

V. Opening of the intestine, or podex, located below near the belly.

EEEE. Fibers stretching from the periphery to the center.

In fact, because of mounting each other, it was necessary that when mating these animals had close devices, so that they can join each other more easily and quickly. Furthermore the exit of the intestine is consequently slanting downwards. For its function is also carried on downwards, as Aristotle* wrote, and we have to understand it as depending from the excrements themselves, since they are made up by earth portion of the element, so they are tending downwards.

Substantia uteri membranea, et crassa est (uterum nunc proprie dictum intelligo). Hoc enim corpus maxime omnium dilatatur, ac extenditur, et in ipsum recipitur ovum iam auctum, ac propemodum absolutum. Figura est concava, oblonga latior qua ad exitum pertinet, in longitudinem trium digitorum, caeterum angusta, rotundiorque intestini tenuis formam repraesentans. Porrigitur enim ab infimo abdomine iuxta ipsorum intestinorum usque ad locum conceptionis ovorum sub septo transverso, estque cum extenditur, longitudine dodrantali³⁰², cuius longitudinis ratione membranam obtinuit a spina dorsi proportionalem omnino, ac persimilem intestinorum mesenterio, quam et venae frequentes percurrunt cum ad nutritionem ipsius uteri, tum ad ovi intrinsecus contenti, dum pertransit a loco sub septo transverso ad ipsius uteri exitum, alitionem. Membrana autem spinae colligans, et connectens eadem prorsus existit ipsi mesenterio intestinorum, quin im<m>o eadem est, et substantia, et origine: quapropter consensum habet uterus praesertim cum ipsis intestinis.

Figura uteri inaequalis, alibi angusta, oblonga, alibi lata, brevis: iuxta hanc varietatem varia quoque sortiri nomina debet. Nam uteri latitudo, infimo abdomini proxima, et in qua ovum iam absolutum continetur{;}<,> est ipsemet uterus{;}<,> reliquum vero corpus angustum, oblongum, rotundum, quod ad septum transversum extenditur, vel uteri stomachus, vel uterus productus, extensusve, vel uteri gula nuncupari posset. Est autem membranea, et tenuis, admodum diversa a reliquo utero protenso, et a substantia ipsius uteri, qui ad exitum iacet. Nam finis hic membraneus subtilis, et pellucidus existit, ac exanguis. Intestinum quoque uteri ratione figurae, et quantitatis cum longitudine rotunditatem cavernosam habeat, merito diceretur, cui accedit membranae occasio hanc uteri extensionem, vel productionem spinae colligantis, quod mesenterium uterinum appellamus. Intermedia pars uteri, quae est illius portio ab utero proprie dicto, finem interiaccens crassam obtinet substantiam, albam, lacti similem, et [202] in semetipsam consistentem, cuius {mesereon} <mesenterion> multiplices venas habet.

The substance of the uterus is membranous and thick (I am now speaking of the uterus properly so-called). For this anatomical formation widens out and stretches out more than any other, and in it is held the egg already increased and almost completed. Its shape is concave, oblong, broader where its exit is located, and three fingers in length, for the rest it is narrow and somewhat round, so reminds the shape of the slender intestine. For it stretches from the lowest part of the abdomen, near the exit of the intestine, up to the place where the eggs are conceived under the transverse septum, and it is long $\frac{3}{4}$ of foot* [around 23 cm] when extended; but as regards to its length it has been provided with a membrane of proportional size stretching from the dorsal spine, and quite similar to the mesentery of the intestine, and several veins run through it not only for nourishment of the oviduct itself, but also for sustenance of the egg contained within it while passing from its place under the transverse septum to the exit of the uterus [of the vagina]. Afterward, the membrane joining and connecting it with the spine is quite similar to the intestinal mesentery itself, and in fact it is identical both as substance and origin: that is the reason why the oviduct has a specific connection chiefly with intestine itself.

The shape of the oviduct is unequal, in one point narrow and oblong, elsewhere broad and short: depending on this variety - of shape - it must also receive various names. In fact the wide portion of the oviduct, very near the lowest part of the abdomen, and in which is held the egg already completed, is the uterus properly so-called; but the remaining narrow, oblong and round section, stretching toward the transverse septum, could be called or esophagus of the uterus, or lengthened as well as extended uterus, or throat of the uterus. Afterwards, it is membranous and thin, quite different from the remaining part of the uterus and from the substance of that part of the uterus which lies near the exit. For this final section is membranous, thin and diaphanous, and bloodless. Deservedly it could also be called intestine of the uterus as regards to its shape and extension, being that because of its length it has a hollow circumference, to which is adding the purchase of the membrane connecting this extension or prolongation of the uterus to the spine, a thing which I call mesentery of the uterus - dorsal ligament of the oviduct. The intermediate part of the oviduct - the *magnum*, which is located between the uterus properly so-called and its end - the upper extremity, has a

³⁰² Per la struttura e le dimensioni dei vari tratti dell'apparato genitale della gallina secondo l'odierna terminologia anatomica si veda *Summa Gallicana**.

substance thick, white, similar to milk, and settled in itself, and its mesentery has several veins.

Page 202

Huius substantia cocta ovi albuminis gustu saporem exhibet.

Its cooked substance, in terms of taste, shows the flavor of egg albumen.

SEXUS.

SEX

Sexu tam manifeste hocce Gallinaceum genus natura distinxit, ut prorsus supervacaneum iudicaverim, suo loco eiusmodi differentiam ponere. Quare et Grammatici marem Gallum, faeminam Gallinam nominarunt, et nomen quod sciam nullum habent, quod utrumque genus complecti simul queat. Cur vero sagacissima, ac prudentissima in omnibus natura tam manifestis signis, erecta utpote crista, iubis a cervice per collum dependentibus, {canda} <cauda> maiori, insigni ad praeliandum calcari a Gallina separare voluerit, haud satis mihi constat. Crediderim tamen id ideo factum esse, quod unus multis faemellis sufficere debeat, easque a noxiis quandoque animantibus tueri. Nam eiusmodi partes insignem, qualis strenuum patremfamilias decet, gravitatem prae se ferunt: quare etiam maiorem Gallinis creavit, et graviorem denique vocem dedit. Sed istaec alii altius perscrutari poterunt.

Through the sex Nature has so clearly distinguished this gallinaceous genus that I would guess quite needless to place such a difference in a special paragraph. Therefore also grammarians named cock the male and hen the female, and have no word I know which at the same time can embrace both sexes. Truly it is not rather clear to me why Nature, very sagacious and skilled in all things, wished to distinguish - the rooster - from the hen by such evident traits, a very erect comb, the hackle falling from head along the neck, a larger tail, and a prominent spur for fighting. However, I should believe that this occurred because only one has to be enough for many females and sometimes to protect them from harmful animals. For such structures flaunt an outstanding authority as befits a zealous family father: therefore, also made him larger than hens and finally gave him a stronger voice. But others will be able to penetrate such matters more deeply.

VISUS. GUSTUS.

SIGHT - TASTE

Tametsi rapacium genus, et in iis maxime Aquila caetera animantia, volucres vero potissimum visus acie praecellat, adeo ut nomen inde sibi accepisse plurimi velint³⁰³, Gallum quidem nostrum non parum oculorum acumine vigere etiam vel inde habemus, quod rapaces aves, et Milvos maxime a longe a reliquis avibus interstinguere egregie cognoscat. Qua in parte fortassis etiam Aquilae praeferri debeat: quae sane in hoc parum Aquilinis oculis fuit, cum ad Aeschili celeberrimi poëtae: eius diei ruinam, ut

Although the genus of birds of prey, and among them especially the eagle* excels other living beings, but especially the birds, in keenness of sight so that many are affirming that she received her name from this fact, actually we can realize that also our rooster stands out not a little by keenness of sight also from the fact that he learns very well to distinguish from afar the birds of prey, and chiefly the kites*, from remaining birds. In this characteristic perhaps he should be preferred even to the eagle: since this characteristic at least has been lacking in the eyes of

³⁰³ Aldrovandi accenna alla probabile origine del latino *aquila* da *acies*, che significa punta o filo di una lama, taglio affilato, e, per metonimia, spada e combattimento, ma che in seconda istanza significa acutezza visiva. Aldrovandi afferma che l'etimologia di *aquila* da *acies* sarebbe riconosciuta da moltissime persone, *adeo ut nomen inde sibi accepisse plurimi velint*, e possiamo aggiungere che tra costoro si trova anche Isidoro di Siviglia*. Ma in *Ornithologia Latina* (1979) Filippo Capponi afferma senza tanti fronzoli che l'etimologia di *aquila* non è sicura, mentre l'equivalente vocabolo greco *aetòs* e le sue forme *aietòs*, *aiētòs*, *aētòs* hanno il valore di *uccello*. Quindi Capponi non accenna neppure a Isidoro, che così si esprime in *Etymologiae* XII,7: Avium nomina multa a sono vocis constat esse composita: ut grus, corvus, cygnus, pavo, milvus, ulula, cuculus, graculus et cetera. Varietas enim vocis eorum docuit homines quid nominarentur. Aquila ab acumine oculorum vocata. Tanti enim contuitus esse dicitur, ut cum super maria immobili pinna feratur nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare videat, ac tormenti instar descendens raptam praedam pinnis ad litus pertrahat. Nam et contra radium solis fertur obtutum non flectere; unde et pullos suos ungue suspensos radiis solis obicit, et quos viderit immobilem tenere aciem, ut dignos genere conservat; si quos vero inflectere obtutum, quasi degeneres abicit. - Da *acies* deriva senza dubbio l'italiano *acciaio*, che gli antichi Latini chiamavano invece *chalybs*, facendo così riferimento a una mitica popolazione della costa sudorientale del Mar Nero, i Calibi - *Chalybes* - famosi nella tradizione greca come i primi lavoratori del ferro, celebratissimi nella letteratura classica da Eschilo ad Apollonio Rodio e a Virgilio.

ferunt³⁰⁴, fatis praedictam secura Caeli fide caventis albicantem calvariam saxum {efferata³⁰⁵}, testudinem devorandam demittens, miserum illum occidit, ut vel ob hanc unam causam Aquilae visus hebetari aliquando videri possit: Gallum vero nostrum eo magis visu valere constat, quod unico tantum oculo sursum elevato semper rapaces aves infestissimos hostes suos observet, ne ex improvise, vel pullum aliquem, vel faemellam, aut ipsummet eripiant e corte, altero diligentissime minutissima quaeque in locis etiam parum lucidis disquirat.

Gustum item exquisitissimum Gallinaceus habet, qua in re simiae, cui alioqui omnes uno ore palmam attribuunt, nihil mihi cedere videtur. Illi enim, ut de rebus iudicet, necessarium est, ut dentibus suis eas prius confringat: noster vero Gallinaceus Gallus aridissimum quodque, modo id ore recipere queat ilico diiudicat, ut Iulius Caesar Scaliger³⁰⁶ docet.

VOX. CANTUS.

Gallinaceus Gallus eandem fere semper nobis vocem occinit: sed qui animosiores sunt, graviores edunt, teste Aristotele³⁰⁷, incipiunt

an eagle, when <the bird of prey>, dropping a tortoise, she wished to devour, against the whitening skull of the very famous poet Aeschylus* <she took for> a stone, who, as they tell, was seeking for avoid a ruinous breakdown which had been predicted him by oracles because of a sure faith in open air, killed that unhappy, so that because of this one reason it could seem that at times the eagle's sight is getting dim: on the contrary it turns out that our rooster is of keener vision because with only one eye turned upward is always able to catch sight of birds of prey which are his most deadly enemies, lest unexpectedly they snatch away either a chick or a female or him himself out of the poultry yard, while with the other eye he most attentively examines all very small things laying in even not much lighted places.

Likewise the rooster has an excellent sense of taste, a thing in which it does not seem to me that he is inferior to the monkey, to whom otherwise everybody unanimously attributes the palm. For, in order to judge the stuff, she needs first to break it with her teeth: on the contrary our rooster suddenly gives an opinion on any more dried thing, if only he can seize it with his mouth, as Julius Caesar Scaliger* is teaching.

VOICE - SINGING

The rooster is nearly always playing to us the same voice: but those who are more courageous utter it more loud, as Aristotle* testifies, and they begin to

³⁰⁴ Filippo Capponi (*Ornithologia Latina*, 1979) dopo un'accurata disamina conclude che l'aquila di Eschilo con ogni probabilità era un esemplare di *Aquila clanga* o Aquila anatraia maggiore. Invece D'Arcy Thompson (*A Glossary of Greek Birds*, 1895), indotto dal testo di Suida, concluderebbe per il *Gypaëtus barbatus* o Avvoltoio degli agnelli, e infatti nell'antico raggruppamento degli Aquilidi il *Gypaëtus barbatus* era considerato un'Aquila vera e propria. Ma la tesi di Capponi sembrerebbe vincente. - L'episodio della morte di Eschilo è citata da Plinio, *Naturalis historia* X,7: Huius ingenium est et testudines raptas frangere e sublimi iaciendo, quae fors interemit poetam Aeschylum, praedictam fatis, ut ferunt, eius diei ruinam secura caeli fide caventem. - È comportamento istintivo di questo uccello frantumare le tartarughe rapite gettandole dall'alto, ed è questo incidente che uccise il poeta Eschilo, il quale, come narrano, standosene sicuro all'aria aperta, cercava di evitare un crollo rovinoso predettogli dagli oracoli per quel giorno." Anche Valerio Massimo* ha narrato il tragico episodio, col particolare dell'aquila che scambiò la testa calva di Eschilo per una pietra e vi lasciò cadere sopra la tartaruga. Ecco il brano di Valerio Massimo tratto da *Factorum et dictorum memorabilium libri novem*, IX 12 ext. 2: Aeschyli vero poetae excessus quem ad modum non voluntarius, sic propter novitatem casus referendus. In Sicilia moenibus urbis, in qua morabatur, egressus aprico in loco resedit. Super quem aquila testudinem ferens elusa splendore capitis - erat enim capillis vacuum - perinde atque lapidi eam inlisit, ut fractae carne vesceretur, eoque ictu origo et principium fortioris tragoediae extinctum est.

³⁰⁵ Si tratta certamente di un errore di Aldrovandi. Né Plinio né Valerio Massimo hanno questo aggettivo che significa inferocito, inasprito (potrebbe essere predicativo di *aquila*, sottinteso "quando <il rapace>, inferocito, gettando giù...").

³⁰⁶ Nella nota a bordo pagina Aldrovandi cita come fonte la *Exercitatio* 266 contenuta in *Exotericarum exercitationum liber quintus decimus: de subtilitate, ad Hieronymum Cardanum* (1557) di Giulio Cesare Scaligero. Questa *exercitatio* - nel testo originale di Scaligero del 1557 - reca il titolo *Quae de nomine imponendo, & de suo nomine faceta*, ma non vi ricorre assolutamente il gallo. La dritta per localizzare il brano di Scaligero in cui si decanta l'eccellenza del senso del gusto dei gallinacci viene dall'indice analitico della sua opera: *gallinae gustus praesentaneus* 286.2 - il gusto immediato della gallina. Infatti la *exercitatio* 286 (*An pueri maxime vigeant sensibus*) reca come titolo del paragrafo 2 *De sensu exquisito subtilissima*, e in questa sezione troviamo la gallina, che a differenza dell'essere umano non ha bisogno di masticare per percepire il gusto di un cibo. Ecco il testo di Scaligero. Gallina crassissimum, aridissimum quodque receptum ore illico diiudicat: Homo non nisi mansa. (*Exercitatio* 286,2) § Lind invece nella nota a piè pagina cita pedissequamente 266 come stampato dalla tipografia di cui purtroppo si servì il nostro Ulisse, aggiungendovi del suo: Julius Caesar Scaliger *Exercitationum liber quintus decimus de Subtilitate, ad H. Cardanum* (Paris. Lutetiae, 1557), 266. (Lind, 1963)

³⁰⁷ Pseudo Aristotele *Physiognomonica*, 807a 20: *ton alektryónon oi eypsychoi baryphona phtbéggontai*.

autem cantum, quum {insilere} <insilire> Gallinas incipiunt. Gallina vero pro variis actionibus vocem immutat. Aliam enim iens, aliam parturiens, aliam pullos enutriens edit: alioqui et illa gracillare dicitur{;}<, > Gallus cucu<r>rire, unde Philomelae author³⁰⁸. Cucu<r>rire solet Gallus, Gallina gracillat.

Gaza, quoque apud Aristotelem³⁰⁹ pro κοκκύζειν, qua voce Demosth<enes> pro Galli voce etiam usus est, cucu<r>rire vertit. Pollux³¹⁰, et Scholiastes Aristophanis³¹¹ Cuculo propriam eam vocem esse asserunt. Unde coccyssare, inquit Caelius, id est κοκκύζειν verbum habent Graeci {fictitium} <fictitium> ex Gallinacei voce, et Coccygis. Alibi tamen Scholiastes, cum Aristophanes³¹² de Gallo dixisset ὀπότεν μόνον ὄρθριον ἄση, addit, κοκκύζειν enim tum proprie dicitur Gallus, cum parta victoria canit, et Varinus κοκκύζω vertit, instar Gallinacei clamo. In qua item significatione Theocritus³¹³ usus est dum canit: ὁ δ'ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ κοκκύσδων νάρκαισιν etc. Item Cratinus³¹⁴ apud Eustathium³¹⁵ κοκκύζειν, inquit τὸν ἀλεκτρυόνα οὐκ ἀνέχονται: qui et hoc Platonis Comici³¹⁶ citat Σὲ δὲ κοκκύζειν ἀλέκτωρ προκαλεῖται.

sing when are about to mount the hens. But the hen changes the voice according to various activities. She utters a kind of voice when strolling about, another one when laying, another when rearing chicks: on the other hand she is also said to cluck, and that the rooster utters a cock-a-doodle-doo, whence the author of Philomela* says:

The rooster usually does a cock-a-doodle-doo, the hen clucks.

Theodorus Gaza* also in Aristotle translates κοκκύζειν with cucurrire - to do a cock-a-doodle-doo, a word used also by Demosthenes* to indicate the rooster's voice. Julius Pollux* and the scholiast* of Aristophanes* assert that that voice is peculiar to cuckoo. Whence in coccyssare, says Lodovico Ricchieri*, that is κοκκύζειν, the Greeks have an onomatopoeic verb drawn from the voice of the rooster and cuckoo. However the scholiast elsewhere, being that Aristophanes said ὀπότεν μόνον ὄρθριον ἄση, - when he is singing early in the morning, is adding then it is properly said that a rooster κοκκύζειν when he sings after he attained a victory, and Varinus* translates κοκκύζω with I cackle like a cock. Likewise Theocritus* used it with this meaning when he was singing: ὁ δ'ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ κοκκύσδων νάρκαισιν - on the other hand the early-rising rooster crowing to those who are asleep etc. Likewise Cratinus*, according to Eustathius*, says κοκκύζειν τὸν ἀλεκτρυόνα οὐκ ἀνέχονται - they do not endure the crowing of the cock: who also quotes this passage of Plato Comicus* Σὲ δὲ κοκκύζειν ἀλέκτωρ προκαλεῖται - The rooster invites you to crow.

Page 203

Denique in hoc vulgato proverbio [203] Ὅταν Νίβας κοκκύση³¹⁷, hoc est, cum Nibas coc<c>yssaverit³¹⁸: id verbum de Galli voce, non autem de Cuculi dicitur. Tradunt enim in Thessalonica Macedoniae civitate, ut supra³¹⁹ etiam annotavimus, vicum esse, cui nomen Nibas, ubi Galli nunquam vocem edant. Hinc merito κοκκοβόας ὄρνις, et ὄρθριοκόκκυξ

Finally, in this common proverb *Hótan Níbas kokkýsē*, that is, when Nibas will have crowed: the verb is referring to the voice of the cock and not of the cuckoo. In fact, as I noted above, they say that in the Macedonian* city of Thessalonica* there is a village named Nibas where the roosters never crow. Hence deservedly by Hesychius* and Varinus* the rooster is called *kokkobóas órnis* - *kókeky* = *cuckoo*, the voice of the

³⁰⁸ *Auctor Carminis Philomela* 25; A. Baehrens, *Poetae Latini Minores* V (1883), 365. (Lind, 1963)

³⁰⁹ *Historia animalium* 631b 9.

³¹⁰ Pollux *Onomasticon* 5. 89. (Lind, 1963)

³¹¹ Cfr. Aristofane, *Le rane* 1380; *Le donne a parlamento o Ecclesiazuse* 31.

³¹² *Gli uccelli* 489.

³¹³ *Idilli* VII 123-124

³¹⁴ Cratinus *Fragment* 311, in *Comicorum Atticorum Fragmenta* (ed. by T. Kock, 3 vols., Leipzig, 1880-88). (Lind, 1963)

³¹⁵ *ad Odysseam* IV 10, p. 1479, 42-48.

³¹⁶ Plato Comicus, *Fragment* 209, in Kock, *op. cit.*, I, 601. (Lind, 1963)

³¹⁷ *Corpus Pseudoepigraphorum Graecorum* II (1851), 573. (Lind, 1963)

³¹⁸ A pagina 273 viene riportato *coccyssaverit*.

³¹⁹ A pagina 193.

Gallus Hesychio³²⁰, et Varino dicitur. Haud tamen interim nego Cuculo eam vocem convenire: siquidem suo loco id alias ostendi.

Ἰδεν verbum de Gallinaceorum voce privatim usurpari scribunt Pollux, et Eustathius³²¹. Gallinas gracillare diximus, alii pipare dicunt, Nonius pipare illis proprium esse, Varro Aboriginibus, ut idem Nonius³²² citat, *Bos*, inquit, *mugit*, *Gallina pipat*: et rursus³²³: *Varro*, inquit, *pullos pipare dixit*. Sed pullos Gallinaceos, et eiusmodi alios proprie pipare Columella³²⁴ ait, sed pipare forte prisca dixerint. Nam apud Festum³²⁵ legimus pipationem Oscorum lingua clamorem plorantis vocari. Dum incubant Gallinae, vocem mutant propter affectum pullorum, tunc enim acutior evadit. Eas rustici, teste Columella³²⁶ glocientes appellant: Longolius crocitant, Festus etiam glocire, et glocidare proprium Gallinis esse ait, quae incubaturae sunt. Hebraei, ut in syrochaldaico dictionario legere est גלוגה *ghelogh* dicunt.

Κακάζειν³²⁷ vero dicuntur circa partum teste Hesychio, et Varino, et verbum est Atticum, cui simile est Germanorum *gaggsen*. Has Politianus³²⁸, et Longolius singultire aiunt³²⁹. Pollux³³⁰ vero hoc verbum de Meleagridum voce

cuckoo + *βοάο* = to bawl - and *orthriokókekux* - crowing at dawn. Nevertheless in the meantime I do not deny absolutely that that term fits the cuckoo: in fact indeed I have said this at its proper place.

Julius Pollux* and Eustathius* write that the verb *ἀδεν* - to sing - is specifically used for the singing of the roosters. I said that hens cluck, others say that they chirp, Nonius Marcellus* says that chirping is a characteristic of them, Varro*, in the Menippean* satire *Aborigine perì anthrópon phýseos*, as Nonius himself quotes, says *The ox loms, the hen chirps*: and Nonius newly says: *Varro said that chicks chirp*. But Columella* says that the chicks of chickens, and others of the same sort, properly peep, *pipare*, but perhaps the ancients said *pipare*. In fact in Festus* we read that in the Oscan* language is said *pipatio* the moan of a crying person. While hens are sitting on eggs they change their voice because of their affection for chicks, since then it becomes shriller. According to Columella, the farmers call them as clucking: Longolius* says they croak, also Festus says that *glocire* and *glocidare* is proper to hens when they are about to incubate eggs. The Hebrews, as one may read in the Syro-Chaldaic dictionary, say *ghelogh*.

Hesychius and Varinus testify, the hens *kakázēin* - to cackle, to cluck, to do the voice of partridge* or of little owl* - when are about to lay eggs, which is a verb of Attica*, similar to *gaggsen* - today *gagerzen* - of Germans. Poliziano* and Longolius say that they sob.

³²⁰ Sembra invece trattarsi di Eustazio, dove *kokkobóas* è attribuito a Sofocle* e *orthriokókekux* a Difilo (commediografo greco del IV sec. aC che visse soprattutto ad Atene e scrisse commedie secondo la nuova tendenza del teatro alessandrino (commedia nuova). Del centinaio di opere sue non abbiamo che frammenti.).

³²¹ La fonte di questa irreperibile citazione è rappresentata da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 406: *Aden* verbum de gallinaceorum voce privatim usurpatur, Pollux et Eustathius.

³²² *De compendiosa doctrina* 156,25. - L'edizione di Parma nel 1480 riporta: PIPARE proprie gallinae dicuntur. Varro in aboriginibus. Mugit bos: ovis balat: equi hinnunt: gallina pipat. - www.intratext.com riporta: mugit bovis, ovis balat, equi hinnunt, gallina pipat.

³²³ Citazione sospetta. - La fonte potrebbe essere Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 415: Pipare proprie gallinae dicuntur, Nonius, Bos mugit, gallina pipat, Varro Aboriginibus citante Nonio. Varro pullos pipare dixit, Nonius. - La ricerca alla voce PIPARE nell'edizione della *Compendiosa doctrina* di Nonio Marcello stampata a Parma nel 1480 è negativa per l'affermazione di Varrone circa il fatto che i pulcini *pipant*. Inoltre, alla voce PULLUS del capitolo DE GENERE VEL COLORE VESTIMENTORUM non viene citato *pipare*.

³²⁴ Sia *pipare* che *pipiare* nonché *pipire* significano pigolare. Nell'edizione del *De re rustica* di Columella a mia disposizione viene usato il verbo *pipare*: VIII,5,14: [...] undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur si pipant. - La maggior parte degli editori riporta *si pipiant*.

³²⁵ Paulus Diaconus* ex Festo = Paulus ex Festo, pag. 99 Müller: *pipatio clamor plorantis lingua Oscorum*.

³²⁶ *De re rustica* - VIII,5,4: Observare itaque dum edant ova et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, et quam recentissima supponantur glutientibus (sic enim rustici appellant avis eas quae volunt incubare), cetera vel reponantur vel aere mutantur.

³²⁷ *Kakázēin* si ritrova unicamente in Esichio ed equivale a *kakabízein* usato dagli scrittori attici.

³²⁸ *Rusticus*: Vocibus interea crebrum singultit acutis | parturiens coniunx.

³²⁹ Columella ricorre al sostantivo *singultus*, *De re rustica* VIII,5,3: Adsiduus autem debet esse custos et speculari parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta voce acuta.

³³⁰ La fonte di questa irreperibile citazione è rappresentata da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 454: Pollux hoc verbum de Meleagridum voce in usu esse scribit.

in usu esse scribit. Qua de causa quaerit Pamphilus in dialogo Gyb. Longolii³³¹, cur Gallina canturit, officinam cortalem petens. LONG. Non canturit, sed singultit. Hoc enim verbo Varro vocem Gallinarum {fractum} <fractam>³³², et intra {rostra} <rostrum> formatam imitatur. Rusticorum gens Columellae tempore glocire maluit dicere. PAMP. Gallus etiam subinde {subgultit} <singultit>. LONG. Recte, sed cum cantat cucu<r>rire dicitur Latine, Graece autem **κοκκῦζειν**. Haec Longolius; sed Columella, ut diximus, rusticos suo tempore glocientes vocasse scribit, quae incubant, quas, servato ad huc nomine, rustici Itali Chioccias vocant, nimirum a voce, et Belge, et audio Klok hennen. Recte vero Gallum, cum canit, cucurrere dixit.

Gallina etiam, cum eam est initurus Gallus, vocem format exilem, atque mancam. Hoc suadet experientia, si quis animadvertat, Gallinam a Gallo subsidere ad coitum patiendum, tunc enim eam is rostro ferit, qua desinit³³³ collum, sed leviter nonnunquam, quod mordere vocabat Iuvenalis³³⁴, qui simul eiusmodi Gallinae vocem angustam appellat, dum inquit:

*Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, {qua} <quo> mordetur Gallina marito{.}<?>*

Arbitror ego id generis vocem conformari ab ea Gallina, quotiescunque coitum aut invita patitur, aut Gallum non aequae redamat: nam hoc exemplo Satyricus³³⁵ masculorum illorum vocem,

But Julius Pollux writes that this verb is used for the voice of Guinea hens*. Therefore Pamphilus* in the dialogue of Gisbert Longolius asks why the hen sings softly when she goes towards the barnyard workshop. LONG. She does not sing softly, but sobs. For with this verb Varro imitates the broken voice of the hens and formed within the beak. The farmers of Columella's day preferred to say *glocire*. PAMP. Then also the rooster sobs. LONG. Correct, but when he crows it is said *cucurrere* in Latin and *κοκκῦζειν* in Greek. This is what Longolius says; but Columella, as I said, writes that the farmers in his time called clucking those who are brooding, and the Italian farmers, the term having been kept until now, call them *chiocce*, doubtless from their voice, and I hear also *klok hennen* in Belgian language. But he correctly said *cucurrere* when the rooster is crowing.

The hen also utters a shrill and faint voice when the rooster is about to mount her. Experience teaches us what follows: if one observes a hen crouched down by a rooster to undergo the coitus, he then strikes her with his beak where the neck *ends* - where the neck begins, at the nape -, but sometimes softly, which Juvenal* called to bite, who at the same time calls the voice of such a hen as thin, when he says:

*He is surprised at the thin voice, worse than which
not even he shouts when the hen is bitten by her husband?*

I do think that a voice of this kind is worked out by the hen whenever she must undergo the coitus unwillingly or when she does not equally reciprocate the rooster's affection: in fact the satiric poet - defines

³³¹ *Dialogus de avibus* (1544) pag. 23-24: PAMPHILUS. Qua de causa haec gallina canturit, [24] officinam cortalem petens? LONGOLIUS. Non canturit, sed singultit, hoc enim verbo Varro vocem gallinarum fractam, et intra rostrum formatam imitatur. Rusticorum gens Columellae tempore glocire maluit dicere. PAMPHILUS. Gallus etiam subinde singultit. LONGOLIUS. Recte, sed cum cantat, cucurrere dicitur Latine, Graece autem **κοκκῦζειν**.

³³² Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 454: Longolius, Non canturit, sed singultit. Hoc enim verbo Varro vocem gallinarum fractam, et intra rostrum formatam imitatur. Rusticorum gens Columellae tempore glocire maluit dicere. Pamphilus, Gallus etiam subinde singultit. Longolius. Recte. sed cum cantat cucu<r>rire dicitur Latine, Graece autem **κοκκῦζειν**. - Gisbert Longolius *Dialogus de avibus* (1544) pag. 24: LON. Non canturit, sed singultit, hoc enim verbo Varro vocem gallinarum fractam, et intra rostrum formatam imitatur. Rusticorum gens Columellae tempore glocire maluit dicere. PAMP. Gallus etiam subinde singultit. LON. Recte, sed cum cantat, cucurrere dicitur Latine, Graece autem **κοκκῦζειν**.

Unde relictis eiusmodi nugis, caetera, quae ad huiusce avium generis procreationem spectant, prosequamur. Supersunt modo, quae ad incubatum, et exclusionem pertinent. In incubatione tria maxime observanda sunt, Gallinarum, ovorumque qualitas, tempus supponendi, et Gallinarii cura. Quod ad Gallinas attinet Columella⁴⁸¹ non omnibus incubationem permittendam esse asserit, quoniam novellae magis {a}edendis, quam excubandis ovis idoneae sunt. Et alibi veteranas ad huiusmodi incubationis munus obeundum eligendas praecipit, easque maxime, quae iam saepius id fecerint, conandumque ut mores earum maxime pernoscamus, quod aliae melius excubant, aliae {a}editos pullos commodius educant.

Sunt e contrario nonnullae, quae et sua, et aliena ova frangunt, ac saepe etiam exsorbent, quas velut omnino ineptas quamprimum ab ovis submovere convenit. Varro⁴⁸² etiam illas improbat, quae rostra, et ungues acuta habent, et tales ad concipiendum potius, quam ad

eggs but also that by flogging them they were driven away with difficulty from that job, and so, since the citizens conceived the conviction that from an egg of this kind a basilisk would emerge, they crushed the egg and strangled the rooster.

Truly, whatever this man and others may say, I should not believe this even if they swore, being so far from reality that a rooster lays an egg in the mud to be fecundated by heat therein, or that I believe that a basilisk is generated if it is incubated by poisonous toads, as some also said for fun. In the meantime I should not deny that a rooster conceives something similar to an egg thanks to a rolled-together concretion of decayed matter within himself, especially in his last old age when he no longer has coitus, but I should not believe at all that he lays a true egg with a shell. For reason dictates that it is perfected in the female. For on the other hand no one could ever affirm that a complete foetus takes birth from a man, thus he won't even have to affirm that it took birth from a rooster, even though he who is speaking is learned both in philosophy and medicine.

Therefore, leaving aside such trifles, let me continue with the remaining things which pertain to the procreation of this genus of birds. Only those things concerning incubation and hatching are remaining. During the incubation three items must be especially observed, the quality of eggs and hens, the moment to place them under the hens and the diligence of the person in charge of chickens. As for the hens is concerned, Columella* asserts that not all hens should be allowed to incubate eggs since young ones are more suited for laying than for hatching out eggs. Elsewhere he advises that aged hens are to be chosen for take up the task of such incubation, and particularly those who have already done so more often, and that we should also make a special effort to learn their individual habits, because some incubate better, others are raising more appropriately the hatched chicks.

There are, on the contrary, some hens who break both their own eggs and those of someone else, and often even swallow them, and it is advisable to remove the hens as soon as possible from eggs as quite unfit. Varro* condemns also those who have sharp beaks and nails, and commends such hens rather for conception

⁴⁸¹ *De re rustica* VIII,5,5-6: Fere autem cum primum partum consummaverunt gallinae, incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis. Quod facere non omnibus permittendum est, quoniam quidem novellae magis edendis quam excudendis ovis utiliores sunt, inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. [6] Veteranas igitur avis ad hanc rem eligi oportebit, quae iam saepius id fecerint, moresque earum maxime pernosci, quoniam aliae melius excudant, aliae editos pullos commodius educant. At e contrario quaedam et sua et aliena ova comminuunt atque consumunt, quod facientem protinus summovere convenit.

⁴⁸² *Rerum rusticarum* III,9,9: Optimum esse partum ab aequinoctio verno ad autumnale. Itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subicias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut ungues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. Adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae.

incubandum commendat. Florentinus⁴⁸³ illas omnino aspernatur, quae spiculatis calcaribus non secus quam Gallinacei armantur. Item iis ova subijci vetat, quae iam aetate florent, quod tales plerunque plura, quam aliae pariant, quales maxime bimae sunt. Est tamen et iis supponendum, cum ab incubandi cupiditate, quae, teste Columella⁴⁸⁴ fere, cum primum partum consummaverint, ab idibus Ian.⁴⁸⁵ incipere solet, prohiberi nequeunt. Nam multa pariens, et non incubans frequenter aegrotat, et moritur. Inhibetur vero [222] illa cupiditas pinnula per nares traiecta, et frigidae aspersione.

Circa ova, quae supponenda sunt, duo maxime considerare oportet, qualitatem nempe, et numerum. Ne sint itaque subventanea, seu hypenemia, sed Gallum expertarum Gallinarum, atque haec recentia, plena, quae aquae dulci iniecta submerguntur, in quibus soli obtentis semen Galli apparet, nihil autem vacui, et si fieri potest, vetularum potius quam pullastrarum.

Sed in eiusmodi ovorum electione inter Plinium⁴⁸⁶, et Columellam⁴⁸⁷ insignis est contradictio, cum ille intra decem dies edita laudet, vetustiora, aut recentiora infoecunda existimans: hic vero, etsi quae decem dierum sunt, infoecunda non putet, aptissima tamen ad excludendum recentissima quaeque iudicet. Sed malim ego hac in re Columellae assentiri, eoque magis cum hunc sequi Albertum videam, qui etiam illud addit, ova quatruiduana optima esse, minus vero probari infra aut supra hoc tempus nata: sed haec Alberti

than incubation. Florentinus* completely despises those who are armed with spiked spurs like the roosters are. Likewise he forbids us to place eggs under those hens which are flourishing in age, because such hens mostly lay more eggs than others, as are doing those who aren't more than two years old. Eggs must nevertheless be placed under these hens when they cannot be discouraged from their desire to incubate, which usually begins, according to Columella, approximately from the Ides of January - January 13th - as soon as they completed their laying. For the hen who lays many eggs and does not incubate, frequently grows ill and dies. But that desire is inhibited by a little feather passed through the nostrils and by sprinkling cold water.

Page 222

As to the eggs which are to be placed under the hen, two items especially must be observed, and precisely their quality and number. Let them not be wind-eggs or full of air, but eggs from hens who entered in touch with the rooster, and recent, full, which, when set in sweet water, are submerged, in which, when put against the sun light, the semen of the rooster is visible and nothing of empty space, and, if possible, eggs of aged hens rather than of pullets.

But regarding the selection of such eggs there is a noteworthy contradiction between Pliny* and Columella*, since the former praises eggs laid since ten days, considering infertile the older or more recent ones: the latter, however, although he does not think infertile ten-day-old eggs, nevertheless judges as very suitable for hatching also the very recent ones. But I prefer to agree with Columella in this matter, all the more because it seems to me that Albertus* follows him, being that he also adds that four-day-old eggs are the best, while those laid before or after this period are less approved: however, this conclusion of Albertus in

⁴⁸³ Questa è la sequenza delle citazioni tratte da Florentino e riportate per esteso da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 426: Ova subiiciantur, non quidem iis quae florent aetate, aut parere possunt, gallinis, sed provectoribus, vigent enim atque florescunt anniculae ad emissiones (partiones) ovorum, potissimum autem bimae sed minus quae sunt seniores, Florentinus. Appositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae, Varro. Gallinae incubationi destinandae, rostra aut ungues non habeant acutos. tales enim debent potius in concipiendo occupatae esse, quam incubando, Idem. Quae non secus quam gallinacei calcaribus spiculatis armantur, cavendum est ne eae incubent, pertundunt enim ova, Florentinus. Oportet qua die subditurus es ova, non unam tantum gallinam, sed tres superponere aut quatuor, Idem.

⁴⁸⁴ *De re rustica* VIII,5,5: Fere autem cum primum partum consummaverunt gallinae, incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis.

⁴⁸⁵ Ai tempi di Columella il calendario giuliano, voluto da Giulio Cesare nel 46 aC, era in uso ormai da circa un secolo, per cui le idi di gennaio cadevano al 13 anziché al 15 dello stesso mese.

⁴⁸⁶ *Naturalis historia* X,151: Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infoecunda. Subici in pari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.

⁴⁸⁷ *De re rustica* VIII,5,4: Observare itaque dum edant ova et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, et quam recentissima supponantur glutientibus (sic enim rustici appellant avis eas quae volunt incubare), cetera vel reponantur vel aere mutantur. Aptissima porro sunt ad excludendum recentissima quaeque. Possunt tamen etiam requieta subponi, dum ne vetustiora sint quam dierum decem.

determinatio quodam modo Columellae adversatur, qui dum recentissima, ut dixi, laudat, eo ova incubationi aptiora innuere videtur, quo ortui suo proximiora existunt: quin im<m>o observari vult, dum eduntur, ac signo aliquo notari, ut, quanto prius fieri possit, glorientibus supponantur, caeteraque vel reponantur, vel aere permutentur. Super qua re inquisitae a me nostrae mulierculae, Alberti potius, quam Columellae praeceptum sequendum praedicant, quia inquirunt recentia unius diei, vel etiam duorum supposita irrita, et putrida fiunt.

Verum etsi quandoque ova omnibus iam dictis bonitatis signis praedita sint, fit tamen ut nonnunquam minime foetum excludant, idque vel incubantis, vel quae ea {a}edidit Gallinae culpa. Eorum enim quae pariunt nonnulla quandoque infoecunda sunt, quamvis ex coitu conceperint, quod inde colligimus, quia nullus ex iis provenit foetus, licet diligentissime incubatu foveantur. Sunt vero potissimum sterilia, vel quia subventanea sunt, vel alias ob causas, quas ad quatuor hasce Albertus redigit. Primo propter corruptum albumen, ex quo partes pulli formari debeant. Secundo propter vitelli corruptionem, unde suppeditandum erat alimentum, nam sic pullus imperfecte formatur, et partes quaedam in ipso {absolutae non} <non absolutae>⁴⁸⁸ inveniuntur, et non coniunctae, sicut in abortu animalis vivipari ante perfectionem lineamentorum foetus. Albumine vero corrupto, nihil omnino per totam incubationem formatur, sed ovum totum marcidum evadit, et foetidum, uti sanies corrumpitur in apostemate. Tertio contingit ovum vitari membranarum, et fibrarum, quae per albumen tendunt, culpa: Nam corrupta tunica, quae continet vitellum, humor vitellinus effluit, et confunditur cum albumine; itaque impeditur ovi foecunditas. Corruptis vero fibris, corrumpuntur, et venae, et nervi pulli, impeditur eius nutritio, compago destructis ligamentis dissolvitur, et laesis nervis sensus amittitur. Quarto propter vetustatem, exhalante spiritu, in quo est virtus formativa: unde vitellus pondere suo penetrat albumen, et ad testam fertur in eam partem, cui incumbit ovum. Hisce igitur quatuor modis ova infoecunda fieri contingit.

some manner is opposing to Columella, who, as I said, while is praising the very recent ones, he seems to hint that the eggs are the more fit for incubation the more are close to their birth: or rather, he wishes to pay attention to when they are laid, and that they are marked with some sign, so that may be placed as soon as possible under the clucking hens, and that the remaining are either put aside or bartered for money. Our farm girls I questioned about this subject declare that is to be followed the advice of Albertus rather than that of Columella, because they say that fresh eggs one-day-old or even two-day-old when placed under a hen become fruitless and rotten.

Truly, even when the eggs are endowed with all the just aforesaid marks of excellence, they sometimes nevertheless do not at all produce a foetus, and this happens either because of the incubating hen or because of the hen who laid them. For sometimes some eggs they lay are infertile although the hens conceived them by coitus, a thing we gather from the fact that no foetus issues from such eggs although they are very diligently warmed by incubation. But they are especially sterile either because they are wind-eggs, or for other reasons which Albertus traces back to the following four. First, on account of the corrupt albumen, from which the parts of the chick were to be formed. Second, because of the corruption of the yolk, whence the sustenance of the chick was to be provided, for thus the chick is formed imperfectly, and in it are found certain unfinished parts and not joined together, as in the abortion of a viviparous animal before the perfection of the lineaments of the foetus. But, since the albumen is corrupted, nothing is formed at all throughout the entire incubation, and the whole egg becomes decayed and fetid, as the pus goes bad in an abscess. Third, it happens that the egg deteriorates because of the membranes and fibers which stretch through the albumen. For when the tunic which contains the yolk is corrupted, the liquid of the yolk flows out and mingles with the albumen; thus the fecundity of the egg is hindered. But when the fibers are corrupted, the veins and nerves of the chick are also corrupted, its nutrition is hindered, when the ligaments are destroyed the bond between the parts is dissolved and when the nerves are injured the sensitivity is lost. Fourth, because of getting old, since the air in which lies the formative property comes out: hence the yolk by its own weight penetrates the albumen and moves to the shell, in that part where the egg is bending. Therefore it happens that the eggs become infertile in these four ways.

⁴⁸⁸ Il significato è completamente diverso: Aldrovandi doveva solo citare correttamente la sua inesauribile fonte, cioè Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 420: Secundo, propter corruptionem vitelli, unde alimentum suppeditandum erat. itaque formatur pullus imperfecte, et partes quaedam in ipso non absolutae inveniuntur et non coniunctae, sicut in abortu animalis vivipari ante perfectionem lineamentorum foetus.

In secundo quidem modo, ut hoc iterum repetamus, aliquando accidit, quod humoribus corruptis partes igneae combustae ferantur ad putamen, unde ovum in tenebris lucet, quemadmodum truncus arboris putrefactae, cuiusmodi ovum sibi visum in regione Corascena Avicenna testatur. Sunt et alii forte corruptionis ovorum modi, sed qui sub iam dictis facile comprehendi possunt. *Depravantur*, inquit Aristoteles⁴⁸⁹, *ova, et fiunt, quae urina appellantur, tempore potius calido, idque ratione. Ut enim vina temporibus calidis coalescunt faece subversa: hoc enim causa est, quod depraventur: sic ova pereunt vitello corrupto. Id⁴⁹⁰ enim in utriusque terrena portio est. Quamobrem et vinum obturbatur faece permista, et ovum vitello diffuso. Multiparis igitur hoc accidit merito, cum non facile omnibus calor conveniens reddi possit, sed aliis deficiat, aliis superet, et quasi putrefaciendo obturbet.* Haec ille: quae vero urina vocat, Plinius⁴⁹¹ aliis cynosura vocari scribit, forte quod aestate, ut diximus, et sub cane magis urina fiant: quia etiam canicularia dicuntur. Caelius οὔρια ova (modo οὔρια eadem sint, ut videtur, cum urinis) quasi fluctuosa dici putat: nam οὔρον, inquit, ventum⁴⁹² dicunt: quo argumento etiam ab Homero mul{t}os⁴⁹³ dici οὔρηας coniectant periti, et recenset Eustathius διὰ τὸ ἄγονον, id est, ob insitam non gignendi proprietatem, quod eorum semen sit ἀνεμαῖον, id est

In the second way, to repeat it again, sometimes it happens that the igneous burned parts are carried towards the shell by corrupted fluids, whence the egg gives out light in the dark, like does the trunk of a rotten tree - by bioluminescence*, and Avicenna* testifies that such an egg has been observed by he himself in the Khurasan* region. There are perhaps also other manners of corruption of the eggs, but which can be easily included among those I just said. Aristotle* says: *Eggs are spoiling and those called unfertilized grow up preferably in the warm season, and this happens because of a reason. For as wines grow sour in warm seasons from the shaking-up of lees: for this is the reason why they are spoiling: so eggs turn bad when the yolk is spoiled. For in both cases it represents - they represent - the earthy portion. For this reason they become turbid both wine because of mixed lees and egg because of scattered yolk. Therefore it is natural that this happens in birds who lay many eggs, since the proper amount of heat cannot easily be provided to all the eggs, but for some it is insufficient, for others it is too much, and it makes them turbid as though putrefying them.* Thus far Aristotle: the eggs he calls *urina*, Pliny writes that by others are called *cynosura*, perhaps because, as I said, in the summer and during the dog days* - August - they become more infertile: which is why they are also called *of dog days*. Lodovico Ricchieri* thinks they are called *ouria* eggs (as long as the *ouria* ones, as it seems, are corresponding to unfertilized ones) as they were shaken by waves: for he says that they call a wind *ouron* - the favourable wind: which is why the experts conjecture that the mules are called *ouréas* also by Homer*, and Eustathius* expounds

⁴⁸⁹ *De generatione animalium* III,2 753a 17-30: Nelle uova gli animali giungono più velocemente a compimento nella stagione soleggiata, perché il tempo concorre in quanto anche la cozione è prerogativa del calore. Sia la terra concorre alla cozione grazie al suo calore, sia l'animale che cova fa la stessa cosa: trasmette il calore che ha in sé. Ma logicamente è durante la stagione calda che le uova si corrompono e si formano le cosiddette sterili [οὔρια]: come anche i vini nella stagione calda si inacidiscono per il rimescolamento della feccia (perché è questa la causa del corrompimento), così anche nelle uova avviene per il tuorlo. Essi rappresentano in entrambi i casi l'elemento terroso, perciò il vino è intorbidito per il rimescolamento della feccia, le uova che si corrompono per quello del tuorlo. È logico che questo accada agli uccelli multipari, perché non è facile conferire a tutte le uova un riscaldamento conveniente, ma in alcune ce n'è difetto, in altre eccesso, e esse sono intorbidite come se andassero in putrefazione. (traduzione di Diego Lanza) - Alcuni traducono οὔρια con *sierose* e l'aggettivo è frequente per designare le uova chiare. Confronta anche *Hist. an.* VI,3 562a 30: 4, 562b 11; *De gen. an.* III,2 753a 22. (Roberto Ricciardi)

⁴⁹⁰ La fonte è rappresentata da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 422: Id enim in utrisque terrena portio est.

⁴⁹¹ *Naturalis historia* X,166: Inrita ova, quae hypenemia diximus, aut mutua feminae inter se libidinis imaginatione concipiunt aut pulvere, nec columbae tantum, sed et gallinae, perdices, pavones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia et minora ac minus iucundi saporis et magis umida. Quidam et vento putant ea generari, qua de causa etiam zephyria appellant. Urina autem vere tantum fiunt incubatione derelicta, quae alii cynosura dixerunt.

⁴⁹² Confronta per esempio Omero *Odissea* V 628; X 17; *Iliade* I 479; II 420, etc.

⁴⁹³ L'errore tipografico - oppure di Aldrovandi - poteva essere evitato confrontando il testo con quello esatto di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 422: Ova generationi inepta οὔρια quasi fluctuosa dici legimus. nam οὔρον dicunt ventum, quo argumento etiamnum ab Homero mulos dici οὔρηας coniectant periti, et recenset Eustathius: διὰ τὸ ἄγονον, id est ob insitam non gignendi proprietatem, quod eorum semen sit ἀνεμαῖον id est spiritosum, ed proinde foecunditatis nescium, Caelius. Unde fit ut τὰ ἀφανιοθέντα ὡὰ καὶ ἐπουρίσαντα, hoc est corrupta et urina ova, fluitent? Integra certe καὶ ἀπαθῆ, confestim sidere, manifestum est. Ac ratio quidem erui illinc potest, quod aquescant ac spiritus contabescencia concipiant plurimum. Qua ratione colligitur et illud, cur in aqua pereuntes, primo quidem ima petere: mox ubi computrescere coeperint, emergere ac fluitare soleant, etc. Idem.

spiritosum, et proinde foecunditatis nescium⁴⁹⁴: et rursus, ubi quaerit, unde eiusmodi ova fluitent? Ratio, inquit, erui illinc potest quod aquescant, ac spiritus contabescencia concipiant plurimum: qua ratione colligitur et illud, cur in aqua pereuntes, primo quidem ima petere: mox ubi computrescere coeperint, emergere, ac fluitare soleant.

Etsi tamen spiritu ita intus concepto aquae innatantia putredinem suam testentur eiusmodi ova, ac proinde infoecunditatem, non ergo subventanea seu hypenemia sunt, ut Calepinus perperam exponit, nam hypenemia sine Galli congressu Gallinae pariunt, sed ita fiunt iam dictas ob causas, quibus demum addere potes, quando ab incubante Gallina reliquuntur, atque hinc forte Florentinus, quae die subditurus es ova, non unam tantum Gallinam, sed tres, [223] quatuorve superponi praecipit.

Sed quaerat modo hic quispiam qua ratione cognoscatur, si quid ex illis nasciturum sit. Certa quidem illius indicia statuere difficillimum esse puto. Tradit tamen Albertus ova incubationi idonea quarto die sanguineas habere venas: eo itaque tempore ad solis radios examinari possunt, et in quibus venae apparent, rursus supponi, alia minime. Videat autem, quisquis introspexerit, si eadem die in acutiore parte clara appareant, hoc est, ut Plinius⁴⁹⁵ loquitur, *cum purus, et uniusmodi pelluceat color*; nam talia ad generationem inepta sunt; item in quibus Galli semen tunc non

with *διὰ τὸ ἀγονον*, that is, because of an inborn characteristic of infertility, since their semen is *anemaion*, that is, windy and therefore unfit to fecundity: and in addition, when he wonders “why do eggs of this kind keep afloat?” The reason, he says, can be drawn from the fact that they become liquid like water and while decaying they take up a lot of air: for this reason it can also be gathered why when steeped in water, first they go to the bottom: as soon as they begun to rot, usually they come up and float.

However, although eggs of this kind, having so taken air into themselves, are indicating their rottenness by floating on water, and then their infertility, because of this they are not *subventanea* or *hypenemia*, as Ambrogio Calepino* erroneously reports, for hens lay *hypenemia* eggs when didn't have coition with a rooster, but these eggs become such for the just given reasons, to which one can lastly add because they are abandoned by incubating hen, and perhaps because of this reason Florentinus* advises that on the day when one is putting eggs under a hen, not one only but three or four hens should be placed upon them.

Page 223

But now at this point someone could ask how it is possible to know whether something will be hatched out from the eggs. To say the truth, I think it is very difficult to establish sure indications of this. Albertus*, however, reports that eggs suited for incubation have bloody veins on the fourth day: thus at that time they can be examined at the rays of the sun, and those in which veins are visible should be placed back under the hen, the others not at all. But whoever examines the eggs should pay attention whether on the same day they appear clear in the sharper end, that is, as Pliny* says, *if a color devoid of impurities and uniform shows through*; for such eggs are unfit for generation; likewise those in which in

⁴⁹⁴ Confronta Eustazio *ad Il. I 50*: οὐρήας μὲν πρῶτον ἐπάχθετο - in alternativa ad altre spiegazioni Eustazio (p. 42, 10 sg.) propone: παρὰ τὸν οὐρον, ὃ δηλοῖ τὸν ἀνεμον τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἀγονον τῶν τοιούτων ζῶων καὶ τὸ τοῦ σπερματικοῦ πνεύματος ἄκαρπον καὶ ὡσπερ ἀνεμιαῖον. Διὸ καὶ τὰ ἐν τοῖ ὠοῖς ἄκαρπα διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν οὐρία ἢ κοινὴ λέγει συνήθεια.

⁴⁹⁵ *Naturalis historia* X,151: Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subici inpari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis. - Errore interpretativo di Aldrovandi dovuto ad Alberto, come si può desumere dal successivo brano di Gessner. Infatti Plinio non dice di esaminare il polo acuto, bensì di afferrare l'uovo per questa estremità e quindi di esaminarlo. - Corrette sono invece le interpretazioni di Conrad Gessner in quanto riporta il nome di ogni autore in *Historia Animalium* III (1555), pag. 427: Ova quae incubantur, si habeant in se semen pulli, curator quatrinduo postquam incubari coeperint, intelligere potest: si contra lumen tenuit, et purum uniusmodi esse animadverterit, putant eijciendum, et aliud subijciendum, Varro. Quarto die postquam coeperi incubari, si contra lumen cacumine ovorum apprehenso una manu, purus et uniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse, proque eis alia substituenda, Plin. Ova incubationi idonea, quarto die sanguineas habent venas: quo tempore si quae ad radios Solis clara apparuerint in acutiore parte, reijciuntur, Albert. La conferma del corretto giudizio di Gessner proviene da pag. 426 dove dice: In iis idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perluceat, id esse obinane [ob inane], Varro, Florentinus et Plinius.

apparet, teste Varrone⁴⁹⁶. Albertus septimo rursus die inspici iubet, et si quid est, quod Soli obtentum non videatur alteratum, abijci, ceu subventaneum, et inutile. Sed in eiusmodi exploratione ovorum observandum maxime est, ut caveat inspector summopere, ne concutiantur. *Concuti enim, ut Plinii verbis utar, experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.*

Sciendum etiam tot denuo substitui posse, quot pro infoecundis reiecta fuerint. Reijciantur denique omnino hypenemia, nam quanvis partes videantur habere omnes, tamen principio carent, quod a maris semine affertur: quapropter animata non sunt, ut dilucide Aristoteles docet: qui etiam tria potissimum alias indicia adducit, quibus huiusmodi ova ex aliis distinguas. Ait⁴⁹⁷ enim aliis minora esse, et plura numero gigni, ob unam eandemque causam. Ratio est, quia cum imperfecta sint, minus augentur, et quia minus augentur, plura numero existunt. Denique minus esse suavia, quia minus concocta. Nam concoctum in quovis genere suavius est. Ne itaque qui ova suppositurus, a venditoribus decipiatur, qui saepe subventanea pro foecundis ignarae plebeculae venditant, fugiat parva, et quorum magnam haberi copiam videt, eligat maiora, eorumque aliquo primo vescatur, ut ex dulci sapore caetera seminis participia divinet.

Collectis modo ovis foecundis, eorum numeri etiam ratio habenda est, si veteribus credimus. Quotquot enim de agricultura scripserunt, fere omnes impari numero subijci iubent, idque hodie nescio quam vere mulierculae nostrae observant. Nam revera res non videtur superstitione carere, nisi Pythagorae forte dogmata sapere dicamus, qui summum bonum

that moment the rooster's semen does not appear, according to Varro*. Albertus recommends they should be inspected again on the seventh day and if there is something which when held up to the sun does not seem different, the egg should be thrown away as windy and useless. But in such an examination one must pay a lot of attention to a thing, that the inspector should be very careful not to shake them. To use Pliny's words, *For they forbid them to be shaken for trial, since they do not give birth to the chick if the vital veins have been ripped apart.*

One must also know that as many eggs will be thrown away as infertile, as many can be substituted in turn. In conclusion, the *hypenemia* ones should be absolutely eliminated, for, although they seem to have all their parts, they nevertheless lack the generative principle which is provided by the semen of the male: therefore they are lifeless, as Aristotle* clearly teaches: who elsewhere reports at first also three clues by which you may distinguish eggs of this kind from others. For he says they are smaller and they are produced more numerous than other eggs for only one and identical reason. Because, being imperfect, they grow less and since they grow less they are more numerous. Finally they are less palatable because they are less concocted. For in every kind of things what is concocted is more palatable. Therefore in order that who is going to put eggs under hens should not be deceived by wheeler-dealers, who often sell wind-eggs for fertile to inexperienced common people, he should shun small eggs and of which he sees there is a large abundance, he must choose the larger ones, and at first he should eat one of them, so that from its sweet taste he can foresee that the others are sharing of the semen.

When only fertile eggs have been collected an account must also be kept of their number, if we believe the ancients. For almost all who wrote on agriculture urge that they must be placed under the hen in odd number, but at the present day I do not know how carefully our farm girls observe this rule. For in actual fact it does not seem to lack superstition, unless we affirm that perhaps it has the taste of the dogmas of Pythagoras*, who

⁴⁹⁶ *Rerum rusticarum* III,9,12: Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quadriduo post quam incubari coepit intellegere potest. Si contra lumen tenuit et purum unius modi esse animadvertit, putant eiciendum et aliud subijciendum. - Errore di Aldrovandi, che scambia *pulli* con *galli*: Varrone non dice di guardare se si vede il seme del gallo, bensì se si vede il germe dell'embrione. Ma l'errore è dovuto ad Alberto, come possiamo desumere dalla citazione di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 426: Ova ad incubationem eliguntur, in quibus Soli obtentis semen galli apparet. tum a septem dierum incubitu iterum inspiciuntur: et si quod est quod Soli obtentum non appareat alteratum, eijcitur tanquam subventaneum et inutile, Albertus. Sed alii (ut infra recitabimus, ubi de cura incubantium sermo erit) versus Solem an semen galli appareat contemplari solent, non in iis ovis quae ad incubationem initio deliguntur, sed quae per aliquot dies incubitum iam pertulerunt.

⁴⁹⁷ *De generatione animalium* III,1, 750b 21-26: Le uova sterili si producono più abbondantemente di quelle feconde e sono più piccole di dimensione per una sola e identica causa: poiché sono incompiute sono di dimensione più piccola, e poiché sono di dimensione più piccola sono in maggior numero. Sono anche meno dolci perché sono meno cotte, e in tutte le cose ciò che è cotto è più dolce. [Tutte queste determinazioni sulle uova sterili appaiono essere dedotte teoricamente, sia quelle relative alle dimensioni, sia quelle relative al grado di dolcezza. Lo stesso è tuttavia affermato da Ippocrate (*Aer. ag. loc.*, 8) a proposito dei cibi cotti.] (traduzione e nota di Diego Lanza)

in numero impari ponebat⁴⁹⁸. Variant vero eiusmodi numerum cum pro uniuscuiusque Gallinae natura, tum etiam pro diversitate temporis anni. Si Gallina foecunda est, Florentinus non plura, quam viginti tria supponi iubet, pauciora vero, cum talis non est. Varro⁴⁹⁹, et Plinius⁵⁰⁰ negant, plus viginti quinque oportere incubare, quanvis etiam propter foecunditatem plura pepererit. Columella⁵⁰¹ primo tempore, id quod est mense Ianuario, non plura quam quindecim subijci vult. Martio novemdecim, nec pauciora, unum et viginti Aprili, et tota aestate usque calendas Octobris. Sed nostrae mulieres semper fere non ultra septemdecim, vel novemdecim glorientibus incubanda exhibent.

Eligendum etiam tempus est incubationi maxime idoneum: siquidem totum anni tempus tale non est. Praefertur autem velut praestantissimum aequinoctium vernalis, hoc est, a vigesima quarta die Martii usque ad nonas Maias⁵⁰²: nam quae post illud tempus incubantur, pullos edunt, qui plerunque, quia tardius nati, nullam aliam eo anno utilitatem habent, quam ad mensae usum, apportant. Quinimo Columella⁵⁰³ auctor est, ab aestivo solstitio bonam pullationem non haberi, quod ab eo tempore, etsi facilem educationem habeant, iustum tamen non capiunt incrementum, probandam itaque aestivam educationem. Et Longolius pullos maturos dici posse putat primo vere exclusos: serotinos vero qui serius {a}eduntur, quos

placed the greatest good in an odd number. For they change such a number not only with regard to the nature of each hen, but also according to the difference of the period of the year. If the hen is fecund, Florentinus* prescribes that not more than twenty-three eggs should be placed under her, but fewer eggs when she is not alike. Varro and Pliny say that it is not worthwhile that more than twenty-five eggs are incubated, even though because of her fertility the hen laid a greater number. Columella, in the first breeding season, that is, in the month of January; wishes no more than fifteen to be placed under her. Nineteen in March, and no fewer, twenty-one in April and for the entire summer up to the kalends of October. But our women almost always give the broody-hens no more than seventeen or nineteen eggs for incubation.

The more suitable time for incubation must also be chosen: since the whole space of the year is not alike. As very excellent the vernal equinox is preferred, that is, from the twenty-fourth day of March to the nones of May - May 7th: for those incubated after that time bring forth chicks which, because they are born later, mostly provide the master in that year no other advantage than table use. But actually Columella says that from summer solstice there is no good production of chicks, because from that time, although they are easily raised, they do not, however, get a proper growth, and thus the summer raising must be regarded as right. Also Longolius* thinks that they can be called mature chicks if hatched in the early spring: but those belated which are born later, which he asserts are called autumnal in his native tongue, he says that they not yet lay at the beginning of spring, as on the contrary are doing those

⁴⁹⁸ È probabile che si tratti di dottrina neoplatonica. In realtà, nel campo musicale, Pitagora scoprì le consonanze musicali, ossia le proporzioni 2:1, 3:2 e 4:3, che rappresentano la lunghezza di corde corrispondenti all'ottava e l'armonia fondamentale (il cinque e il quattro). (Roberto Ricciardi)

⁴⁹⁹ *Rerum rusticarum* III,9,8: Quae velis incubet, negant plus XXV oportere ova incubare, quamvis propter fecunditatem pepererit plura.

⁵⁰⁰ *Naturalis historia* X,150: Plus vicena quina incubanda subijci vetant.

⁵⁰¹ *De re rustica* VIII,5,8: Numerus ovorum quae subijciuntur impar observatur nec semper idem. Nam primo tempore, id est mense Ianuario, quindecim nec unquam plura subijci debent, Martio novem nec his pauciora, undecim Aprili, tota deinde aestate usque in Kalendas Octobris tredecim. - I numeri suggeriti da Aldrovandi, anche se un po' abbondanti, sono alquanto logici nella loro sequenza, che si basa sulla temperatura ambiente, ma non corrispondono, eccetto che per gennaio, con quelli consigliati da Columella. (Roberto Ricciardi) - Scommetto che gli amanuensi hanno alterato i numeri affinché non potessimo giocare al lotto quelli più sensati - e consoni alla temperatura ambiente - che senz'altro prescriveva Columella, il quale non era per nulla uno sprovveduto, come saremmo invece indotti a credere. Il motivo di tanto buon senso da parte di Aldrovandi può essere farina del suo sacco, ma verosimilmente ha attinto farina da quello di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 426: Numerus ovorum quae subijciuntur, impar observatur, nec semper idem: nam primo tempore, id est mense Ianuario quindecim, nec unquam plura subijci debent, Martio XIX. nec his pauciora. unum et viginti Aprili. tota deinde aestate usque in calendas Octobris totidem. Postea supervacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi pulli plerunque intereant, Columel. - Non sappiamo se la rielaborazione dei numeri di Columella è stata dettata a Gessner dal buon senso e dall'esperienza oppure se è dovuta a una fonte misconosciuta altrettanto sensata. (Elio Corti)

⁵⁰² Secondo il calendario giuliano le none di maggio cadevano il 7 del mese, come quelle di marzo, luglio e ottobre.

⁵⁰³ *De re rustica* VIII,5,9: Plerique tamen etiam ab aestivo solstitio non putant bonam pullationem, quod ab eo tempore, etiam si facile educationem habent, iustum tamen non capiunt incrementum. Verum suburbanis locis, ubi a matre pulli non exiguis pretiis veneunt, probanda est aestiva educatio.

patria lingua autumnales vocari asserit, eos ait sub veris initio necdum parere, quemadmodum quos maturos vocat; quamobrem, inquit {;} <, > non ad pullationem, sed ad veru aluntur. Alibi⁵⁰⁴ etiam Columella post Octobrem supervacua incubationis curam esse scribit, quoniam frigoribus exclusi pulli plerunque intereant. Plinius⁵⁰⁵ tamen ad Calendas Novembris usque tempus extendit, et terna dena etiam supponi iubet, sed ab eo die vetat donec bruma conficiatur: admittit denique hyemalem incubationem, sed pauciora tunc incubari cupit, non tamen infra novena. Incubent itaque Gallinae quoties glociunt, et Gallinarii sit exclusos frigore pullos loco calidiori enutrire.

Porro et Lunae ratio habenda est in suppositione. Nam in defectu illius prohibetur; et dum nova est, ut Plinius monet, vel saltem dum crescit, hoc est, a novilunio usque ad decimam quartam diem, laudatur. Ova enim ante novilunium subiecta, Varro⁵⁰⁶, et Plinius⁵⁰⁷ non succedere inquit, hoc est non producere pullos, Florentinus tabescere, et corrumpi, eo quod a plenilunio usque ad novilunium evanescent, ut in conchiliis etiam observamus, et e contrario omnia a novilunio usque ad plenilunium repleantur, et humectentur. Columella⁵⁰⁸ semper quidem considerari vult, ut luna crescente supponantur, verum nisi a decima, postquam creverit, die usque ad quintadecimam: idque Palladius⁵⁰⁹ comprobatur, et Tragus a mulierculis in Germania etiamnum observari scribit. Ex huiusmodi autem suppositione eam utilitatem dimanare inquit, quod pulli in [224] crescente iterum luna excludantur: et revera hic incubandi modus satis laudari nequit, dignus ut ab omnibus instituat.

Hisc itaque omnibus sedulo observatis, Gallinas includere oportet, ut tam interdiu quam noctu, ac in summa semper incubent,

he calls mature; therefore, he says, they are not raised for reproductive purposes, but for spit. Elsewhere Columella also writes that it is useless to devote ourselves to eggs incubation after October, since chicks hatched out in the cold weather generally perish. Pliny, however, extends the period to the kalends of November, and urges that even thirteen eggs at once are placed under the hen, but from that day onward he forbids until the winter ended up: lastly he allows winter incubation, but he want that in this time fewer eggs are incubated, nevertheless not less than nine at once. Therefore the hens should incubate whenever they cluck, and it should be care of the chicken raiser to rear in a warmer place the chicks hatched out in the cold.

Furthermore, for incubation, account must be taken also of the moon. For it is forbidden during its absence, and when it is new, as Pliny advises, or at least when it is growing, that is, from the new moon up to the fourteenth day, incubation is praised. In fact the eggs placed under the hen before the new moon Varro and Pliny say that they are unsuccessful, that is, they do not produce chicks, Florentinus says they melt and go bad, because from the full moon to the new moon they evaporate, as we also observe in shellfish, and on the contrary all of them grow full and moist from the new moon to the full moon. For Columella wishes care always to be taken that eggs should be set under the hen while the moon is growing, and to say the truth only from the tenth day after the moon began to grow up until the fifteenth: also Palladius* confirms this and Tragus - Hieronymus Bock* - writes that this practice is even now observed by farm girls in Germany. For he says that from such a method of placing eggs comes an advantage, because the chicks are hatched when the moon is growing again: and in fact this method of incubation cannot be sufficiently praised, and is worthy of being introduced by everybody.

Page 224

Then, when all these recommendations have been carefully observed, the hens must be shut up so that they incubate both day and night, in short, always,

⁵⁰⁴ *De re rustica* VIII,5,8: Postea supervacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi pulli plerumque intereant.

⁵⁰⁵ *Naturalis historia* XVIII,231: A kal. Novemb. gallinis ova supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena subicito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena.

⁵⁰⁶ *Rerum rusticarum* III,9,16: Incubare oportet incipere secundum novam lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt.

⁵⁰⁷ *Naturalis historia* X,152: Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius inchoata non proveniant.

⁵⁰⁸ *De re rustica* VIII,5,9: Semper autem cum supponuntur ova, considerari debet ut luna crescente ab decima usque ad quintam decimam id fiat.

⁵⁰⁹ *Opus Agriculturae* libro I, XXVII (*De gallinis*): Supponenda sunt his semper ova numero impari, luna crescente, a decima usque in quintadecimam.

nisi dum cibus potusque exhibendus est. Id autem fiat mane, et vesperi. *Cum volumus*, inquit Florentinus⁵¹⁰, *ut ovis Gallinae incubent, stramen nitidum est substernendum, et in eo imponendus ferreus clavus: quod is videatur vim habere quodvis vitium propulsandi*. Erant autem veteres in supponendis ovis admodum diligentes, ne dicam superstitiosi, ut ex hoc Columellae⁵¹¹ cuivis, ni fallor, constet. *Supponendi consuetudo*, inquit, *tradita est ab iis, qui religiosius haec administrant, huiusmodi. Primum quam secretissima cubilia eligunt, ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur: deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque quas substraturi sunt, sulphure, et bitumine, atque ardente teda perlustrant, et expiatis cubilibus iniiciunt, ita factis concavatis nidis, ne ab advolantibus, aut etiam desilientibus evoluta decident ova*.

Caveat Gallinarius, ne ova multum manibus moveat. Nam venae, et humores, dum vertuntur facillime vitiantur, quod vel inde constat, quia cum Gallina in occulto incubat, ova omnia foecunda fiant: manibus vero hominum tractata plurimum corrumpantur. Conradus Heresbachius⁵¹² sibi compertum esse tradit, quassata claudos produxisse pullos. Quare curator, dum ea vertit, cum summa dexteritate id facere debet. Debet autem ea necessario vertere ex Varronis⁵¹³, et {Columellae⁵¹⁴} <Florentini> praecepto, ut aequaliter concalefiant.

Substramen⁵¹⁵ saepius tollat, et recens aliud subijciat, alioqui ex acere veteri pulices

except when food and drink must be given them. This should be done in the morning and evening. Florentinus* says: *When we wish the hens to incubate eggs, we must put clean straw under them, and an iron nail placed in it: because it seems to have the power of driving away whatever harm*. For the ancients were quite diligent in setting eggs, not to say superstitious, as to whoever appears, if I am not wrong, from this passage of Columella*. *The method of placing eggs, he says, has been handed down as follows by those who take care of these matters more scrupulously. They first choose nesting places the most secluded as possible so that the incubating broody hens may not be disturbed by other birds: then, before they scatter anything in them, carefully clean them and purify the chaff which are about to place under the hens with sulphur*, bitumen*, and a flaming torch, and when have cleaned the chaff they throw it into the nests, nests which are made hollow so that the eggs by rolling will not fall out when the hens fly in or jump down*.

The chicken raiser should be careful not to shake much the eggs with his hands. For the veins and fluids are very easily deteriorated when the eggs are turned, which is also proven by the fact that when a hen incubates in a hidden place all the eggs are fertile: but when handled by men they grow rotten a lot. Conrad Heresbach* records that he checked that eggs which had been shaken produced lame chicks. The chicken raiser thus ought to use the greatest dexterity when he turns them. Afterwards he must necessarily turn them according to the advice of Varro* and Florentinus, in order that they may be warmed equally.

He must remove the straw rather frequently and place beneath the hens a new one, otherwise lice grow in the

⁵¹⁰ Confronta anche Plinio *Naturalis historia* X,152: Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius inchoata non proveniant. Celerius excluduntur calidis diebus; ideo aestate undevicensimo educunt fetum, hieme XXV. Si incubitu tonuit, ova pereunt; et accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra tonitrus clavus ferreus sub stramine ovorum positus aut terra ex aratro. - Columella *De re rustica* VIII,5,12: Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid et ramulos lauri nec minus alii capita cum clavis ferreis subiciunt. Quae cuncta remedio creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova pullique semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur.

⁵¹¹ *De re rustica* VIII,5,11: Subponendi autem consuetudo tradita est ab his qui religiosius haec administrant eiusmodi: primum quam secretissima cubilia legunt, ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur; deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque, quas substraturi sunt, sulphure et bitumine atque ardente teda perlustrant et expiatis cubilibus iniiciunt, ita factis concavatis nidis, ne advolantibus aut etiam desilientibus decident ova.

⁵¹² *De Re Rustica* - libro IV.

⁵¹³ *Rerum rusticarum* III,9,11: Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot ac vertere ova, ut aequabiliter concalefiant.

⁵¹⁴ Queste parole non sono presenti nel *De re rustica* di Columella. Il perché possiamo dedurlo da Gessner: il consiglio, espresso in modo così sintetico, proviene infatti da Varrone e da Florentino. Ecco il testo di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 427: Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertat ova, ut aequabiliter concalefiant, Varro et Florentinus. - Columella dà lo stesso suggerimento, ma in modo meno conciso, nonché più tecnico, in quanto contemporaneamente possono essere rimosse le uova traumatizzate: VIII,5,14: Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, [...].

⁵¹⁵ Varrone *Rerum rusticarum* III,9,8: In cubilibus, cum parturient, acus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen et recens aliud subicere, quod pulices et cetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur; ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt aut consenescent.

oriuntur, et caetera huiusmodi animalcula, quae Gallinam conquiescere non patiuntur: ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt, aut consenescent. Columella⁵¹⁶ monet, ut cibus iuxta ponatur, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagantes ova refrigerent: quare commode seorsim ab aliis recludentur. Curabit etiam omnino, si aliquae nolint ascendere ultro, ut ad incubandi munus redeant, coactae etiam, si necessitas urgebit, item si quae unguibus earum laesa, vel {pacta} <fracta⁵¹⁷> sunt, ova removeat.

Die undevigesimo animadvertat, an pulli rostellis ova pertulerint, et auscultet, an pipiant. Nam saepe propter crassitiam putaminum erumpere nequeunt. Itaque haerentes pullos manu eximito, et matri fovendos subijcito, idque non amplius triduo. Nam quae post illum diem silent ova animalibus carent, quare et removenda sunt, ne Gallina diutius incubans inani spe pullorum detenta, effoeta reddatur. Mirabile magnum, quia non plane comprehenditur, inquit Petrus Gregorius, virtus, et omnipotentia Dei, quia pullus intra ovi corticem conclusus, antequam putamen effringat, pipiat ales factus intra conclusus post undevigesimum diem ab incubitu Gallinae in ova.

Porro supponere etiam Gallinis diversi generis volucrum ova non tam nostro aevo, quam apud veteres usitatum fuit. Nam praeterquam quod Plinius⁵¹⁸ id, aliique Geoponici tradunt, etiam apud Ciceronem⁵¹⁹ legimus: *Anatum*, inquit, *ova Gallinis saepe supponimus*. Quomodo vero ea, nec non Anserina subijciantur, suo aliquando loco, Deo volente, docebimus, uti

old chaff and other little animals of this kind, which do not allow the hen to rest: because of this fact the eggs either mature not evenly or grow old. Columella advises that the food is placed nearby, in order that they will remain more zealously upon their nests since their hunger is satisfied and do not cool the eggs when they stroll about rather far away: therefore they should be shut up apart from the others. He will also take a lot of care, if some hens do not wish to climb on their nests spontaneously, that they return to their incubation task, even under coercion if necessity is pressing, and at the same time, if some eggs have been damaged by their claws, or broken, he must remove them.

On the nineteenth day of incubation he should note whether the chicks have struck the eggs with their little beaks, and he should listen for their peeping. For often because of the thickness of the shells they cannot break out. Then let him draw out with his hand the chicks which are stuck and put them under the mother hen to be warmed, and he must do so for no more than three days in succession. For the eggs which are silent after that lapse of time lack creatures and should be removed lest the hen, incubating too long because of a vain hope of chicks, should become exhausted. Pierre Grégoire* says: *The power and omnipotence of the Lord are a great marvel because not clearly understood, being that the chick, while shut up in the egg shell, and before he breaks it, peeps like a shaped and finished bird inside of the egg after the nineteenth day since the hen lay down on eggs.*

Further, to place under the hens eggs of a different genus of birds has been usual not so much in our time, as among the ancients. For besides Pliny* and other geoponic writers* record this practice, we also read in Cicero*: *Often*, he says, *we put ducks' eggs under hens*. How these as well as goose eggs are placed under hens I shall explain, God willing, sooner or later in its place, as also I said at length speaking of the pheasant*.

⁵¹⁶ *De re rustica* VIII,5,14-15: Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius nidis inmorentur, neve longius evagatae refrigerent ova. Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, idque cum fecerit duodeviginti diebus, undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertulerint, et auscultetur si pipant. Nam saepe propter crassitudinem putamina rumpere non queunt. [15] Itaque haerentis pullos manu eximere oportebit et matri fovendos subicere, idque non amplius triduo facere. Nam post unum et vicesimum diem silentia ova carent animalibus, eaque removenda sunt, ne incubans inani spe diutius retineatur effeta.

⁵¹⁷ Il testo di Columella riporta *fracta*, e non *pacta*. Dovrebbe quindi trattarsi di un errore di Aldrovandi oppure della tipografia. Infatti così dice Columella *De re rustica* VIII,5,14: Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, [...]. - Che si tratti di un errore tipografico, oppure di Aldrovandi, ci è confermato anche da Conrad Gessner che riporta *fracta* nella sua *Historia Animalium* III (1555), pag. 427: Quin etiam si qua unguibus laesa, vel fracta sunt, ut removeat.

⁵¹⁸ *Naturalis historia* X,155: Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio prima non plane agnoscentis fetum, mox incerti singultus sollicitate convocantis, postremo lamenta circa piscinae stagna mergentibus se pullis natura dulce.

⁵¹⁹ *De natura deorum* II,124: Quin etiam anatum ova gallinis saepe subponimus; e quibus pulli orti primo aluntur ab his ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt et effugiunt sequentes, cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

etiam abunde de Phasiano diximus⁵²⁰.

Quod si vero quis, vel mares, sive Gallos, sine faemellis, et e contra faemellas sine maribus nasci velit, id ita praestabit. Ova eliget oblonga, et fastigio acuminata, si mares volet: sin faeminas, quae rotundiora, et parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent. Ita enim legendum est apud Aristotelem⁵²¹, ubi ex correctione Alberti contra ex rotundioribus mares, ex acuminatis foeminas prodire legitur. Et multi sane Aristotelis veterem textum, ita vere legi solere putant, quod posteriores Geoponicos in hac determinatione ab illo nihil recedere videant. Nam Marcellus Virgilius cum Columellae, et Aristotelis de sexu ovorum discernendo sententias contrarias, ut credebat, recitasset: *Est sane, inquit, in natura gravis auctor Aristoteles. Col{ }umella tamen villaticam passionem ex quotidiana observatione, et experientia docebat: nec nostrum est inter tam graves auctores tantas componere lites.* Quasi vero Columella ab Aristotelis sententia recedat, quod sane nequaquam facere quivis dicturus sit, qui haec verba eius⁵²² leget. *Cum quis volet, inquit, plurimos mares excludere longissima quaeque, et acutissima ova subijciet, et rursus cum faeminas, quam rotundissima.*

Sed praeter Columellam ipsemet Plinius ubique fere in animalium natura Aristotelis interpres ita sentit, dum ait⁵²³: *Faeminas edunt quae rotunda gignuntur, reliqua marem.* Hoc idem

- Sex of the chick and shape of the egg* - But if someone wishes to have born males, or roosters, without females, and on the contrary, females without males, let him proceed as follows. He should choose elongated eggs and with sharp ends if he wishes males: if he wishes females, let him choose eggs which, being more rounded and blunt at their more pointed end, have a roundish shape. For we must read in such a way in Aristotle*, where owing to the correction by Albertus* we read that on the contrary from the more rounded ones they are arising males, females from the pointed ones. And really many people think the old text of Aristotle should usually read truly in this way, because they think that the later geoponic writers don't want at all to part from him a propos of this conclusion. For Marcellus Virgilius*, when explaining the conflicting opinions, as he was believing, of Columella and Aristotle regarding how to distinguish the sex of the eggs, he said: *Really, in natural history Aristotle is a weighty author. Columella, however, taught poultry husbandry from daily observation and experience: and it is not for us to conciliate such great controversies between such weighty authors.* As if truly Columella was diverging from Aristotle's opinion, and really whoever will read the following his own words, by no manner of means he will be able to affirm that Columella is doing so. *If someone, Columella says, wishes that very many males are hatched out, he will place under the hen all the longest and most pointed eggs, and if on the contrary he wishes females, the roundest ones.*

But besides Columella, Pliny himself, who almost everywhere is a translator of Aristotle on nature of animals, does think alike when he says: *Those which are born round produce females, the rest a male.* Horace* seems to

⁵²⁰ Vol. II, pp. 45-59 (Lind, 1963)

⁵²¹ *Historia animalium* VI,2, 559a 28-30: τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὄξυ ἄρρενα. (Roberto Ricciardi, 2005) - Anche Lanza e Vegetti hanno optato per la seguente versione del testo aristotelico, un testo che, stando ad Aldrovandi, denoterebbe un'errata trascrizione: "Le uova allungate e appuntite danno femmine, quelle arrotondate, cioè con l'estremità circolare, danno maschi". I due studiosi affermano pure che secondo le vedute più recenti la *Naturalis historia* di Plinio dipende da una epitome ellenistica, cioè da un compendio della *Historia animalium*. In questo caso potrebbe sorgere il dubbio che l'equivoco dipenda da un errore dell'epitome e che Alberto vi abbia posto rimedio. Infatti Plinio la *pensava* in modo antitetico ad Aristotele: "Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem." (*Naturalis historia* X,145). Columella concordava con Plinio: "Cum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subijcet: et rursus cum feminas, quam rotundissima." (*De re rustica*, VIII,5,11). Più tardi Avicenna dissentì sia da Plinio che da Columella, e lo stesso fece Alberto tanto da affermare: "Hoc concordat cum experientia, quam nos in ovis experti sumus, et cum ratione." Insomma, è questione di mettersi d'accordo su come la pensasse effettivamente Aristotele, anche se alla fin dei conti sembra un problema di lana caprina. Aldrovandi vuole seguire una certa versione del testo aristotelico, successivamente andata corrotta, e così Aristotele, Plinio e Columella, nonché Orazio, si trovano a dar ragione non solo ad Aldrovandi, ma anche alle donne di campagna che hanno pratica di chioce e di uova da incubare.

⁵²² Columella *De re rustica*, VIII,5,11: Cum deinde quis volet quam plurimos mares excudi, longissima quaeque et acutissima ova subijciet, et rursus cum feminas quam rotundissima.

⁵²³ *Naturalis historia* X,145: Quae oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem.

sentire videtur Horatius⁵²⁴, ubi ova oblonga gratioris saporis esse scribit, inquit:

Longa quibus facies ovis erit, illa memento

Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis

Ponere, namque marem cohibent callosa vitellum.

Contra Albertus, cum Avicennam scribere aliter videret, propriam nobis experientiam obtrudere non est veritus, veteremque Aristotelis textum immutavit, vitiumque non ex dictis Philosophi, sed ex perversa scriptura fuisse arguit. Verum quicquid ille dicat, vetus [225] illa lectio vera est, et genuina Aristotelis, quam scilicet Horatius, Plinius, et Columella, qui, ut dixi, ex proprio periculo tradebat scriptis, comprobarunt.

Nec tanti apud me ponderis Avicennae patrocinium est, ut non potius Aristoteli gravissimo in naturae arcanis auctori adhaerere velim: nec denique me movet ratio illa, quam, citante Caelio Albertus adducit, nimirum virtutis perfectionem in masculinis ovis aequaliter ambire, extremaque continere, in faeminis vero a centro, in quo sit vitalis calor, materiam longius abire. Quinim<mo> contra evenire arbitror. Quis enim non videat in rotundis calorem magis diffundi, in oblongis ab una potiorique parte conglobari? Nec est, quod experientiam eius magni faciamus, eam enim in multis aliis obtrudit, quae aequae falsae sunt, et minus verisimilia. Igitur, ut parerga istaec concludamus, sensit Aristoteles, et scripsit ex rotundis prognerari faeminas, ex acuminatis mares. Nunc vero in textu Aristotelis tam Graeco, quam Latino legitur, prout Albertus correxit, vel potius corruptit. Vetus vero Aristotelica lectio est illa, quam vitiatam ille dicit. Caeterum nunquid modo, ex oblongis mares, ut vetus lectio habet, et ex rotundis faeminae, vel contra procreentur, Gallinarius super hoc esset consulendus. Ego priorem lectionem, ut dixi, libenter amplector, gaudeoque me cum Aristotele in ea {haeresi} <haerese> esse, ut ex acutis ovis mares gigni credam, eoque magis cum Plinium Aristotelicum, et Columellam omnis villicationis consultissimum comites erroris, si error fuerit, habeam. Mulieres medius fidius nostrae ex acutis mares, et contra ex rotundis

think the same thing when he writes that elongated eggs have a more pleasing savor, saying:

Remember to put on the table the eggs with oblong appearance for their flavor is better, and are more rich in albumen than the round ones,

for the shell contains a male yolk.

On the contrary Albertus, seeing that Avicenna was writing in a different way, did not hesitate to superimpose on us his own experience, and he changed the old text of Aristotle, and infers that the error arose not from the affirmations of the Philosopher, but from corrupted transcription. But whatever he says, that old reading is true and authentic of Aristotle, and it is glaring that it has been confirmed by Horace, Pliny, and Columella who, as I said, was putting down in writing what was resulting from his own experience.

Page 225

And the support of Avicenna* does not weigh so heavily with me that I should not wish rather to agree with Aristotle*, the most imposing source about the secrets of nature: nor lastly is moving me that reason which Albertus* adduces, as Lodovico Ricchieri* reports, and precisely that in masculine eggs the perfection of the force wraps up evenly, and contains the deeper portions, while in feminine eggs the matter goes away much more from the center, where the vital heat is located. On the contrary I think that it happens the opposite. For who does not see that in round eggs the heat is more spreading, and that in oblong ones is gathering preferably only in a place? Nor should we give much importance to Albertus' own experience, for he imposes this on us in many other matters which are equally false and not quite akin to the truth. Therefore, to conclude this digression - Sex of the chick and shape of the egg*, Aristotle felt and wrote that females are generated from round eggs, males from pointed ones. Now in the text of Aristotle, both Greek and Latin, we read as Albertus corrected it, or rather corrupted it. But the old Aristotelian reading is that one he says is corrupted. On the other hand on this subject, that is, as the ancient reading is reporting, whether really males come from oblong eggs, and females from round ones, or contrariwise, a chicken raiser should be consulted. I willingly accept the earlier reading, as I said, and I am glad to be in company of Aristotle in that current of thought, since I believe males are born from pointed eggs, all the more because I have the Aristotelian Pliny* and Columella*, very learned in any kind of husbandry, as companions in my error, if error it has been. Take it from me: our women affirm that males are procreated

⁵²⁴ *Sermones* - o *Satirae* - II,4,12-14: Longa quibus facies ovis erit, illa memento, | ut suci melioris et ut magis alba rotundis, | ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.

faeminas procreari asserunt.

Ornithologus⁵²⁵ ex suorum relatione tradit, ova, ut ex eorum singulis omnibus faeminae generentur subijci oportere, dum Luna plena est, eaque ad hoc praeferrunt, quae in plenilunio etiam nata sunt, item ita observandam temporis rationem, ut in plenilunio etiam excludantur. Verum arduum fuerit ova in plenilunio nata, in plenilunio rursus excludere. Nam si illa aliquot diebus reserves, antequam supponas facile evanescent, ut in his, et conchiliis etiam fieri paulo ante⁵²⁶ diximus: sin mox supponas, in plenilunio non excludes. Solent enim viginti plerumque diebus incubationis tempus absolvere. Excludunt tamen celerius, teste Aristotele⁵²⁷, aestate, quam hyeme: aestate nempe duodevigesimo, (undevigesimo habet Plinius⁵²⁸) hyeme aliquando vigesimo quinto die. Sed forte id de locis calidioribus intelligendum est. Nam Albertus hyeme vigesimonono die exire pullos dixit.

Discrimen tamen etiam avium est, ut idem Aristoteles⁵²⁹ autor est, quod aliae magis fungi officio incubandi possunt. Sunt qui asserant, idque in libello quodam Germanico manuscripto se legisse Ornithologus⁵³⁰ prodidit, pullos eo colore nasci, quo ova incubanda tincta fuerint. Alii iubent, ut aviaria, seu caveae, quibus includuntur, congregiuntur,

from pointed eggs, females from round ones.

The Ornithologist reports, from what his fellows countrymen are saying, that in order to generate females from each egg the eggs should be placed under the hen when the moon is full, and that for this purpose are to be preferred eggs laid during full moon too, and that at the same time one should take account of the time, so that eggs may also be hatched during the fullness of the moon. But it would be difficult for eggs laid during full moon to be hatching out once more during full moon. For if you keep them a few days before placing them under the hen they easily evaporate, as a little earlier I said to happen in them as well as in shellfish: but if you set the eggs immediately you will not hatch them out during full moon. For they usually achieve the incubation phase within twenty days. But, as Aristotle testifies, they hatch more quickly in summer than in winter: exactly within eighteen days (Pliny has nineteen) in summer, in winter sometimes at twenty-fifth day. But perhaps this is to be understood for warmer places. For Albertus said the chicks hatch on the twenty-ninth day in winter.

There is also a difference in birds, as Aristotle says, because some can better perform the task of incubation. There are those who assert, and the Ornithologist reported he read it in some German manuscript, that chicks are born of that color with which the eggs for incubation have been dyed. Others urge that the aviaries, or pens, in which they are shut up, where they mate, lay eggs, incubate and hatch, should be covered

⁵²⁵ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 419: Sexus ovorum. Quae oblonga sunt ova, et fastigio cacuminata, foeminam aedunt. quae autem rotundiora et parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent, marem gignunt, Aristoteles. eandem sententiam Albertus approbat: reprehendit vero translationem sui temporis tanquam contrariam iis verbis quae nunc recitavimus. Nostri quidem codices Graeci et Gazae translatio eam sententiam habent, quam nunc retuli, et Albertus comprobatur. Avicenna scribit ex orbiculari ovo brevique progigni marem: ex oblongis acutisve foeminam. ipsum hoc comprobatur experimentum et suffragatur ratio. siquidem virtutis perfectio in masculinis ovis ambit aequaliter, et continet extrema. at in foeminis, a centro longius abit materia in quo est vitalis calor. hoc vero plane imperfectionis argumentum est, Albertus ut citat Caelius. In ovis tam difficile saporum et sexus discrimen est, ut nihil gulae proceribus aequae incertum sit, Marcellus Vergilius. qui cum Columellae et Aristotelis de sexu ovorum discernendo sententias contrarias recitasset: Est sane (inquit) in natura gravis autor Aristoteles: Columella tamen villaticam pastionem ex quotidiana observatione et experientia docebat. nec nostrum est inter tam graves scriptores tantas componere lites. Video Plinium quoque cum Columella et Flacco sensisse. Quae oblonga sint (inquit) ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Foeminam aedunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis Ponere nanque marem cohibent callosa vitellum, Horatius lib. 2. Serm. Cum quis volet quam plurimos mares excludere, longissima quaeque et acutissima ova subijciet. et rursus cum foeminas, quam rotundissima, Columella. Ex ovis, praesertim in plenilunio natis, si plenilunii tempore subijciantur incubanda, et ita observetur temporis ratio ut in plenilunio etiam pulli excludantur, omnibus foeminas non mares nasci, quidam apud nos arbitrantur.

⁵²⁶ A pagina 223.

⁵²⁷ *Historia animalium* VI,2, 559b 29-30: Le uova covate d'estate si schiudono più rapidamente che in inverno: infatti d'estate le galline le fanno schiudere [560a] in diciotto giorni, mentre d'inverno ne occorrono loro talvolta anche venticinque. (traduzione di Mario Vegetti) - ἐν ὀκτώκαιδέκα ἡμέραις αἱ ἀλεκτορίδες ἐν τῷ χειμῶνι ἐνίστε ἐν πέντε καὶ εἴκοσι.

⁵²⁸ *Naturalis historia* X,152: Celerius excluduntur calidis diebus; ideo aestate undevicensimo educunt fetum, hieme XXV.

⁵²⁹ *Historia animalium* VI,2, 559b 32-34: Del resto gli uccelli differiscono tra loro anche per la maggiore o minore attitudine alla cova. (traduzione di Mario Vegetti)

⁵³⁰ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 454: Gallinarum pullos eo colore enasci aiunt, quo ova incubanda tincta fuerint, ut in libello quodam Germanico manuscripto legimus.

pariunt, incubant, et excludunt, susque deque et ex omni parte albis velaminibus obtendantur, ut in Phasiani historia etiam diximus.

Si quis vero pullos cupiat excludere visu iucundissimos, Palumbum marem cum Gallina coire curabit, aut Perdices, vel Phasianum. Cuius coitus modum in Phasiano diximus, et hic sponte omittimus. Perdices copia libidinis gaudent, et cum diversis salacioris generis avibus commiscuntur, coeuntque inter se, et sobolem suscipiunt, ut in Gallinis, unde ex Gallina, et Perdice, et primi foetus communi generis utriusque specie generantur, sed tempore procedente, diversi ex diversis provenientes, demum forma faeminae instituti evadunt. Haec ex Aristotele⁵³¹ scribit Io. Baptista Porta⁵³². Quo loco etiam dicit ex Gallina, et Columbo si misceantur, pullum procreari commistum ex utroque. Sit, inquit Columbus iuvenis, tunc enim temporis fervet in eo ardor coeundi, et seminis superfluitas. Senex enim coire non potest. Omni enim tempore coeunt Columbae, et foetant aestate, et hyeme. Erant nobis domi Columbus caelebs, et Gallina vidua: Columbus satis amplo corpore, et salax: Gallina parva, {sine} <sive> nana: una versabantur, unde tempore veris Columbus Gallinam supervenit, quae suo tempore ova dedit ab ea incubata exclusa sunt, pullosque ex utroque mistos nobis protulit ab utroque genitore retinentes effigiem. Magnitudo corporis, capitis forma, et rostri erat Columbi, pedes Gallinae, pluma quam

evenly and on every side with white curtains, as I said also in my description of the pheasant.

However, if someone wishes to hatch chicks very easy on the eye, he should bustle so that a male pigeon, or a partridge*, or a pheasant* do mate with a hen. I spoke of this kind of coitus in discussing the pheasant, and I omit it here deliberately. Partridges enjoy a good deal of sexual appetite, and they mingle with more lustful different birds, and do mate each other, and they have offspring, as it happens among hens, hence from a hen and a partridge also the first products of conception are generated with an appearance which is common to both genera, but as time goes on, since dissimilar subjects come from different parents, at last they turn out endowed with the appearance of a female. Those things are written by Giambattista Della Porta* drawing them from Aristotle. In the same passage he also says that if subjects belonging to the hen and to the male dove are mingled each other, a chick is generated that is mixed from each parent. He says that the male dove must be young, for at that time the ardor for coitus is burning in him as well as the glut of semen. For when aged he cannot mate. For the doves copulate at any season, and lay eggs both in summer and winter. I had in my house a single male dove and a widowed hen: the dove was rather stout and lustful: the hen was small, or dwarf: they lived together, hence in the spring the dove copulated with the hen, and the eggs she laid at the proper time and then incubated, hatched out, and she gave us chicks, hybrids* from both and having the appearance of both parents. The size of body, the shape of the head and the beak were of the dove, the legs of

⁵³¹ *De generatione animalium* II,4, 783b 27-35: Per questo negli animali di specie diversa che si accoppiano maschio con femmina (si accoppiano quelli che hanno periodi uguali, gravidanze simili e non differiscono molto per le dimensioni del corpo), dapprincipio la prole nasce somigliante a entrambi i genitori, come gli animali che nascono dalla volpe e dal cane, o dalla pernice e dal gallo ma poi col trascorrere del tempo le generazioni successive giungono alla fine in accordo con la forma della femmina, come i semi forestieri si adattano alla terra, perché questa offre la materia, cioè il corpo, per i semi. (traduzione di Diego Lanza)

⁵³² Giambattista Della Porta parla degli ibridi fra piccione e gallina sia nella prima edizione del *Magiae naturalis* (1558) dove lo fa in modo assai conciso, mentre si dilunga alquanto nella seconda edizione del *Magiae naturalis* (1584) della quale posso citare solo la traduzione inglese del 1658. - *Magiae naturalis* II (1558), Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis .cap. XXIV - ANIMAL È DIUERSIS COMMIXTUM - PVLLVS autem è diuersis commixtus sic eueniet: Marem palumbum cum gallina coire curabis, pullusque emerget non iniucundus visu. Sic quoque è perdicibus, gallinis, phasianis eueniet, diuersisque accipitribus, & pauonibus. Dabit mixtum foetum gallina, sibi que similem admodum, eique, quo prolificum acceperit semen. At si defecerit matrix, sic dabitur. (trascrizione di Laura Balbiani in <http://homepages.tscnet.com/omard1>) - *The Second Book of Natural Magick* (1584) Transcribed from 1658 English Edition, Printed for Thomas Young and Samuel [Samuel?] Speed, at the Three Pigeons, and at the Angel in St Paul's Church-yard. - Chapter XIV - DIVERSE COMMIXTIONS OF HENS WITH OTHER BIRDS. - The pigeon must be young, for then he has more heat and desire of copulation, and much abundance of seed, for if he is old, he cannot tread. But young pigeons do couple at all times, and they bring forth both Summer and Winter. I had my self at home a single pigeon, and a hen that had lost her cock. The pigeon was of a large size, and wanton withal, the hen was but a very small one. These lived together and in the spring-time the pigeon trod the hen, where by she conceived, and in her due season laid eggs, and afterward hatched them, and brought forth chicken that were mixed of either kind, and resembled the shape of them both. In greatness of body, in fashion of head and bill, they were like a pigeon; their feathers very white and curled, their feet like a hens feet, but they were overgrown with feathers, and they made a noise like a pigeon. And I took great pleasure in them, the rather, because they were so familiar, that they would still sit upon the bed, or muzzle into some woman's bosom. (da <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

albissima, et crispa, pedes pennis operti; atque ut Columbus pipiebat, qui maximi nobis fuit oblectamenti, et iucunditatis quique non alibi quam in cubili, aut mulierum sinu quiescebat.

Docet item alibi ex Aristotele⁵³³, quonam modo pullus Gallinaceus quaternis alis nascatur, quaternisque pedibus. Ova {illi} <illa>, inquit⁵³⁴, seligito, quae {bina} <binos> comperies habere {boleta} <boletos - βολήτας>, pellicula quadam non tenui intercurante, sed albumina {continentia} <continuentur>, quae foecundiores {fere} <saepe> Gallinae assolent parere: ex magnitudine cognosces: patetque {iutuentibus} <intuentibus> Soli exponendo, exuperante {etiam} <iam> materia productum, {et} <ex> plurium seminum commixtu, semenque habeat pullorum<, > glorienti Gallinae iam supponas excubanda, ut suo insessu foveat ea: elapso iam debito tempore tales excludet foetus, pedibus, alisque quaternis, curabis ut commode educantur. Si autem membrana disternabitur, gemini discreti pulli generantur, sine ulla supervacua parte.

the hen, with plumage as white as possible, and curly, the feet covered with feathers; and that one, which for me has been a very great pleasure and cheerfulness, peeped like a dove, and which did not sleep anywhere else except in the bed, or on the lap of the women.

In another passage, basing himself on Aristotle, he tells how a gallinaceous chick may be born with four wings and four legs. He says: *choose those eggs which you find to have two yolks, without a thin membrane running between them, but with continuous albumens, and which often the more fertile hens are accustomed to lay: you will recognize such eggs by their largeness: and this is clear for those who carefully look at them holding them up to the sun, as they are the product of superabundant matter, resulting from the mixture of many semens, and it must have the embryo of chicks: place at once these eggs under a clucking hen for incubation, so that she may warm them by sitting on them: when the due time has elapsed, she will hatch out such foetus, that is, with four wings and legs, and you shall then see that they are raised properly. But if a membrane will separate the yolks, separated twin chicks are generated, without any unnecessary part.*

Page 226

Sic enim et biceps nascetur serpens, [226] et animal omne, quod ovo excluditur: si tale evenerit, non mediocris erit admirationis,

In fact in this way also two-headed snake will be born and any animal hatching from an egg: if such an event will take place it is a subject of no little admiration, for monstrosities are born more

⁵³³ *De generatione animalium* IV,4, 740a 7-32: Perciò siffatte anomalie si producono assai raramente negli unipari, e più nei multipari e soprattutto negli uccelli, e tra gli uccelli nei polli. Questi non sono solo multipari perché depongono spesso uova, come il genere dei colombi, ma perché portano contemporaneamente molti prodotti del concepimento, e si accoppiano in ogni stagione. Perciò producono molti gemelli: i prodotti del concepimento grazie alla reciproca vicinanza si formano insieme, come molti frutti fanno talvolta. In tutti quelli che hanno i tuorli definiti dalla membrana nascono due piccoli separati senza alcuna superfetazione, mentre in quelli che hanno i tuorli contigui e senza alcuna interruzione i piccoli nascono anomali con un corpo e una testa, ma quattro gambe e quattro ali, perché le parti superiori dell'animale si formano prima e dal bianco, essendo controllato il loro alimento proveniente dal tuorlo, mentre la parte inferiore si forma dopo e l'alimento è unico e indistinto. È accaduto di vedere anche un serpente a due teste per la stessa causa, perché anche questo genere è oviparo e multiparo. Le anomalie sono però più rare in essi per la configurazione dell'utero. Data la sua dimensione la massa delle uova si trova infatti disposta in fila. Non accade nulla del genere né alle api né alle vespe, perché la loro nascita avviene in cellule separate. Nel caso dei polli avviene invece l'opposto, e anche in questo caso è chiaro che la causa di questi fenomeni deve essere attribuita alla materia, perché anche tra gli altri animali si hanno soprattutto nei multipari. (traduzione di Diego Lanza)

⁵³⁴ Le correzioni al testo di Aldrovandi vengono fatte in base al testo originale di Della Porta, che in alcuni punti è diverso da quello riportato da Aldrovandi. Ecco il testo di Giambattista Della Porta tratto dalla prima edizione del *Magiae naturalis*, quella del 1558, che si componeva di soli 4 libri. *Magiae naturalis* II (1558), Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis .cap. XXIV - PULLUS GALLINACEUS QUATERNIS ALIS ENASCATUR, QUATERNISQUE PEDIBUS - Quod docet Aristoteles: Oua illa seligito, quae bina comperies retinere boleta, pellicula quadam non tenui intercurante, sed albumina continuentur, quae foecundiores saepè gallinae assolent parere, ex magnitudine cognosces, patetque intuentibus Soli exponendo, exuberante iam materia productum, ex plurium seminum commixtu, semenque habeat pullorum, glorienti gallinae iam excubanda supponas, vt suo insessu foueat ea, elapso iam debito tempore tales excludet foetus, pedibus, alisque quaternis, curabis vt commodè educantur. Si autem membrana disternabitur, gemini discreti pulli generantur, sine vlla superuacua parte. Sic enim & biceps nascetur serpens, & animal omne, quod ovo excluditur: si tale euenerit, non mediocris erit admirationis: saepius enim monstra in prolificis animalibus, & multiparis, quam in minus foecundis, & in perfectioribus animalibus, in aliis verò facilitas generationis praeualt: vnde in vilioribus animalibus facilius monstra prodeunt, quam in nobilibus. Sic quoque aliter generare possumus. (trascrizione di Laura Balbiani in <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

saepius enim monstra in prolificis animalibus, et multiparis, quam in minus foecundis, et {imperfectioribus} <in perfectioribus> animalibus nascuntur: in aliis vero facilitas generationis pr<a>evalet: unde in vilioribus animalibus facilius monstra {proveniunt} <prodeunt>, quam in nobiles. Haec itaque omnia Porta⁵³⁵, qui etiam docet⁵³⁶, quomodo Gallus, vel capus in mortuae, vel educere pullos Gallinae nolentis locum succedat. Iubet autem illi ostendi pullos, et blande manibus dorsum pertractando praebere cibum, ut manibus edere assuescat, et cicur fiat. Mox pectus deplumando urticis perfricari atque ita paucis interiectis horis adeo optime pullos recepturum promittit, et cibum eis exhibiturum, ut vix unquam mater Gallina tale fecerit. Verum ipsemet Aristoteles⁵³⁷ Gallos nonnullos visos esse testatur, qui cum forte faemina interiisset, ipsi officio matris fungerentur, pullos ductando, fovendo, educando, ita ne de caetero, vel cucu<r>rire, vel coire appeterent. Et Aelianus⁵³⁸ Galli laudes prosequens {;}<,> *Matrice Gallina, <i>nquit, extincta, ipse incubat; et pullos ex ovis excludit, ac tum silentio utitur.* Idem etiam testatur Plinius⁵³⁹,

often among prolific and giving birth to many young animals than among less fecund and more perfect animals: for in the former ones the facility of generation prevails: hence among lower rank animals monstrosities come forth more easily than among higher rank animals. All this is referred by Giambattista Della Porta*, who also inform us how a rooster or a capon takes the place of a dead hen or of one who is unwilling to rear chicks. He urges the chicks be shown him and food be offered him while his back is stroked gently by hands, so that he gets accustomed to eat from hands and becomes tame. Next, in removing the feathers from his chest he is rubbed with nettles* and he assures that thus after a few hours he will accept so properly the chicks, and that he will show them the food, that scarcely any mother hen has ever behaved in such a way. Truly Aristotle* himself reports that some roosters have been seen who, when by chance the female had died, assumed the duties of the mother in leading, warming, and rearing the chicks, so that they not bother about other things, neither crowing nor copulating. And Aelian*, going on with the praise of the rooster, says: *When a laying hen dies, he himself incubates, and hatches out the chicks from eggs, and at that time he keeps silent.* Also Pliny* testifies the same when saying: *They say that when the hen is dead their males have been seen to relieve her and to do the remaining things like a female with chicks and to abstain from*

⁵³⁵ Le correzioni al testo di Aldrovandi vengono fatte in base al testo originale di Della Porta, che in alcuni punti è diverso da quello riportato da Aldrovandi. Ecco il testo di Giambattista Della Porta tratto dalla prima edizione del *Magiae naturalis*, quella del 1558, che si componeva di soli 4 libri. *Magiae naturalis* II (1558), Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis .cap. XXIV - PULLUS GALLINACEUS QUATERNIS ALIS ENASCATUR, QUATERNISQUE PEDIBUS - Quod docet Aristoteles: Oua illa seligito, quae bina comperies retinere boleta, pellicula quadam non tenui intercurante, sed albumina continuentur, quae foecundiores saepe gallinae assolent parere, ex magnitudine cognosces, patetque intuentibus Soli exponendo, exuberante iam materia productum, ex plurium seminum commixtu, semenque habeat pullorum, glorienti gallinae iam excubanda supponas, vt suo insensu foueat ea, elapso iam debito tempore tales excludet foetus, pedibus, alisque quaternis, curabis vt commodè educantur. Si autem membrana disternabitur, gemini discreti pulli generantur, sine vlla superuacua parte. Sic enim & biceps nascetur serpens, & animal omne, quod ouo excluditur: si tale euenerit, non mediocris erit admirationis: saepius enim monstra in prolificis animalibus, & multiparis, quam in minus foecundis, & in perfectioribus animalibus, in aliis verò facilitas generationis praeualet: vnde in vilioribus animalibus facilius monstra prodeunt, quam in nobiles. Sic quoque aliter generare possumus. (trascrizione di Laura Balbiani in <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

⁵³⁶ Giambattista Della Porta, *The Fourth Book of Natural Magick* (1584), Chapter XXVI - TO HATCH EGGS WITHOUT A HEN. - *A Cock fosters Chickens as the Hen does.* For they would die, if none did keep them. But a cock or capon will perform what the hen should. Do but show him the chicken, and stroke him gently on the back, and give him meat out of your hands often, that he may become tame. Then pull the feathers off of his breast, and rub him with nettles. For in a few hours, not to say days, he will take care of the chickens so well and give them their meat, that no hens did ever do it as he will. (da <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

⁵³⁷ *Historia animalium* IX,49 631b 13-16: Ἦδη δὲ καὶ τῶν ἀρρένων τινὲς ὄφθησαν ἀπολομένης τῆς θηλείας αὐτοὶ περὶ τοὺς νεοττοὺς τὴν τῆς θηλείας ποιούμενοι σκευωρίαν, περιάγοντές τε καὶ ἐκτρέφοντες οὕτως ὥστε μήτε κοκκύζειν ἔτι μήτ' ὀχεύειν ἐπιχειρεῖν. - E si sono visti persino alcuni maschi, essendo morta la femmina, prendersi essi stessi cura dei pulcini come la femmina, portandoli in giro e allevandoli cosicché non si mettono né a cantare e neanche ad accoppiarsi. - Iam vero mares quidam visi sunt amissa gallina, ipsimet apparatus ferre pullis: eos etiam circumducere et enutrire ita, ut non amplius cucuriant, aut veneri operam dent. (traduzione di Giulio Cesare Scaligero*)

⁵³⁸ *La natura degli animali* IV,29: Τῆς δὲ ὄρνιθος ἀπολωλυίας, ἐπάρξει αὐτὸς, καὶ ἐκλέπει τὰ ἐξ ἑαυτοῦ νεόττια σιωπῶν· οὐ γὰρ ἄδει τότε θαυμαστῆ τινὶ καὶ ἀπορρήτῳ αἰτία, ναὶ μὰ τὸν· δοκεῖ γὰρ μοι συγγινώσκειν ἑαυτῷ θηλείας ἔργα καὶ οὐκ ἄρρενος δρώντι τηνικάδε. - Morta la gallina, egli stesso cova, e fa schiudere i propri figlioletti standosene in silenzio; perché non canta in quel periodo di tempo è dovuto a un qualche motivo strano e misterioso, per Zeus; infatti mi sembra sia consapevole che così sta svolgendo le mansioni di una femmina e non di un maschio.

⁵³⁹ *Naturalis historia* X,155: Narrantur et mortua gallina mariti earum visi succedentes in vicem et reliqua fetae more facientes abstinentesque se cantu.

Narrantur, inquam, et mortua Gallina mariti earum visi succedentes invicem, et reliqua foetae more facientes, abstinentesque se a cantu. Quae cum ita sint, Gallos aliquando absque {homium} <hominum> opera, Gallinarum officio functos fuisse manifesto constat.

Quod si vero nec Gallina nec Gallus excubare ova velint, nondum desperandum est: nam praeterquam quod uterque immutari possit: possunt etiam in primis ab homine perfici, teste Plinio⁵⁴⁰, qui Liviam Augustam ait ovum in sinu fovendo exclusisse, ut postea dicemus, et ante etiam diximus⁵⁴¹, indeque fortasse nuper inventum esse, ut ova in calido loco imposita paleis igne modico foverentur, homine versante pariter, ut stato tempore illinc erumperet foetus. Sed vetus Aristotelis praeceptum est, si aut tempus sit bene temperatum, aut locus in quo ova manent, tepidus, non avium tantum ova concoqui sine parentis incubitu, sed quadruped*<i>*um oviparorum etiam. Et alibi⁵⁴² ita scribit: *Incubitu avium ova excludi naturae ratio est: non tamen ita solum ova aperiuntur, sed etiam sponte in terra, ut in Aegypto obruta fimo pullitiam procreant.*

Cuius rei Diodorus Siculus⁵⁴³ etiam meminit his verbis: *Quaedam suo studio adinventae sunt, ut qui (loquitur autem de Aegyptiis) aves, aut Anseres nutriunt, praeter \dagger earum, quae apud alios homines habentur procreandi nomina, ut in numerum dictu mirabilem avium evadant: non enim ova incubant aves, sed ipsi ingenio, et naturali arte educant foetus.*

De eisdem populis ita Paulus Iovius⁵⁴⁴: *Apud Aegyptios magna copia est pullorum Gallinaceorum. Nam apud illos Gallinae sua ova non incubant: sed ea*

crowing. Since these are the facts, it clearly follows that sometimes roosters, without human intervention, took on the task of hens.

But if neither hen nor rooster wish to incubate eggs, one must not despair: for, beyond the fact that they can change places each other, first of all also a human being can perform this task, according to Pliny, who says Livia Drusilla* - or Julia Augusta - hatched an egg by warming it in her bosom, as I shall say later and as I also said before, and that perhaps hence recently it has been discovered how eggs placed in a warm place upon straw are warmed up with little fire, while a man is turning them at the same time, so that the fetus comes out at the stated time. But it is an old advice of Aristotle that, if the season is very mild or the place in which eggs lie is lukewarm, not only the eggs of the birds come to maturity without the incubation of the parent, but also those of quadruped oviparous animals. And elsewhere he writes thus: *It is a rule of nature that eggs of birds hatch by incubation: but eggs open not only in this manner, but also spontaneously in the earth, as in Egypt where they give birth to a clutch of chicks after they have been covered up by dung*.*

Diodorus Siculus* also mentions this fact by these words: *Certain things have been discovered thanks to their own endeavor, as of those (anyway he is speaking of Egyptians) who raise hens, or geese, besides [...] those, which among other men are thought methods of reproduction, so that they have as result a number of birds extraordinary to say: for don't are the hens incubating eggs, but they themselves hatch chicks by their talent and natural cleverness.*

Paolo Giovio* writes about the same peoples as follows: *Among Egyptians there is a large abundance of chickens. For among them the hens do not incubate their eggs: but*

⁵⁴⁰ *Naturalis historia* X,154: Quin et ab homine perficiuntur. Julia Augusta prima sua iuventa Tib. Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo atque, cum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor; nec falso augurata proditur. Nuper inde fortassis inventum, ut ova calido in loco inposita paleis igne modico foverentur homine versante, pariterque et stato die illinc erumperet fetus.

⁵⁴¹ Ne ha parlato a pagina 207 e ne riparlerà a pagina 260.

⁵⁴² *De generatione animalium* III,2 752b: Il piccolo dunque nasce quando, come si è detto, l'uccello lo cova. Nondimeno anche quando la stagione è temperata o soleggiato il luogo in cui si trovano deposte, sia le uova degli uccelli sia quelle dei quadrupedi ovipari giungono a cozione. Tutti questi depongono le uova al suolo ed esse giungono a cozione per effetto del calore della terra; quanti poi dei quadrupedi ovipari sono soliti covare, lo fanno soprattutto a scopo di difesa. (traduzione di Diego Lanza) § *Historia animalium* VI,2 559a 30-559b 2: Le uova si schiudono in seguito alla cova da parte degli uccelli; possono tuttavia farlo anche spontaneamente al suolo, come in Egitto, se vengono immerse nel letame. (traduzione di Mario Vegetti)

⁵⁴³ *Bibliotheca historica* I,74,4-5. - La successiva lacuna nel testo di Aldrovandi suona più o meno così: "fanno molte scoperte da se stessi, e ... per l'estremo impegno in queste attività gli allevatori di polli e di oche, oltre a far nascere i suddetti animali in modo naturale, così come si fa negli altri paesi, ne mettono insieme un numero indicibile per la loro particolare abilità. Infatti non fanno schiudere le uova con la cova degli uccelli, ma eseguendo loro stessi l'operazione artificialmente in modo sorprendente, con intelligenza e capacità non meno efficaci dell'azione della natura."

⁵⁴⁴ *Historiarum temporis sui* liber XVIII. (Aldrovandi)

in clibanis, tepore sensim adhibito, ita foventur, ut mirabili arte compendioque pulli intra paucos dies progignantur, simul et educantur, quos illi non numero, sed mensura venales habent. Modiolum statuunt sine fundo, quem ut compleverint, tollunt. Et Tragus denique, In Aegypto, inquit, circa Alcairum ova arte excluduntur: clibanum parant cum multis foraminibus, quibus ova diversa, Gallinarum, Anserum et aliarum avium imponunt, tum fimo calido integunt clibanum, et si opus fuerit, ignem circumque faciunt, sic {ovo sua} <ova suo> quaeque tempore maturescunt.

Verum in eo Iovius, et Tragus a Diodoro, et Aristotele discrepant, quod hi nulla clibani facta mentione, ova tantum fimo obrupta pullitiam procreare dicant: quare dicendum esset Aegyptios nunc diverso modo, quam solebant olim, pullos excludere, cum tamen talis exclusio celeriter absolveretur, ut vel ex hoc colligo, quod, ut Aristoteles pariter testis est, quidam potator Syracusis, ovis sub storea in terra positus, tamdiu potaret, donec ova foetum ederent. Iam vero, et cum in vasis quibusdam tepidis essent coniecta sponte sua pullos edidisse, idem Aristoteles⁵⁴⁵ author est.

*Si Gallina non incubet, inquit Democritus, hac industria complures habebis pullos. Qua die incubanti Gallinae ova subjicis, eadem stercus Gallinae accipiens, id ipsum contere, cribraque ac denique in vasa injice ventricosa, pennas illi{s}*⁵⁴⁶ *Gallinarum circumpone. Post haec autem figura recta imponito ova, sic ut pars mucronata superne tendat, ac dein rursus ex eodem fimo tandiu illis inspergito, donec undique inducta videantur. At ibi duos, aut tres dies primos sic intacta esse ova permiseris, singulis postea diebus illa convertito, cavens ne contingantur mutuo, ut videlicet ex aequo incalescant. Post vigesimam autem diem, dum sub Gallina ova excludi incipiunt, invenies ea, quae in alveis {suut} <sunt>, circumfracta. Ob quam nimirum causam etiam inscribunt diem, qua supponuntur, ne dierum numerus ignoretur. Vigesima itaque die putamen extrahens, pullos in cophinum*

in ovens, with warmth used moderately, they are so warmed that with admirable ability and time's shortening within a few days the chicks are hatched, and at the same time they are raised, and they think that they can be marketed not according to the number but to the size. They set up a bucket without bottom which they take away when they filled it up. And finally Tragus - Hieronymus Bock - says: In Egypt in neighborhoods of Cairo eggs are hatched with cleverness: they prepare an oven with many openings on which they place different sorts of eggs, of hens, geese and other birds, then they cover the oven with warm dung, and if there is need, they light a fire all around, so each egg comes to maturity at its proper time.*

Indeed in this regard Giovio and Tragus disagree with Diodorus and Aristotle because without any mention of an oven they say that eggs covered only with dung give birth to a clutch of chicks: therefore it should be said that the Egyptians now hatch out chicks in a different manner than they formerly used, and that such a hatching comes at end quickly, like I gather from the fact that, as also Aristotle testifies, at Syracuse a drunkard who, after he placed eggs in earth under a mat, was going on with drinking until eggs didn't give birth to the fetus. Aristotle himself writes that the eggs hatched out chicks by themselves even when placed in some warm vessels.

If a hen does not incubate, Bolos of Mendes says, you will have many chicks by the following job. On the day when you place the eggs under an incubating hen, on the same day take some chicken dung, crumble and sieve it, and then place it in bellied pots and put hen feathers all around the dung. After this, place over it the eggs upright so that their pointed ends are upturned, and in addition sprinkle them with the same dung until they seem to be wholly covered. But allow the eggs to remain this way untouched for first two or three days, then on each day thereafter turn the eggs over, taking care that they do not touch each other, of course so that they may be warmed evenly. After the twentieth day, when eggs under a hen begin to hatch, you will search the eggs cracked all around laying in the hollow pots. Just for this reason they also write down the day on which they are placed for incubation, so that the number of days is not unknown. Therefore on the twentieth day take off the egg shells, put the chicks into a basket, and nourish them with very minute feed. Also bring in a*

⁵⁴⁵ *Historia animalium* VI,2 559b 2-4: E dicono che a Siracusa un ubriacone, messe delle uova in terra sotto la sua stuoia, continuò a bere ininterrottamente per tanto tempo che fece schiudere le uova. Ed è anche capitato che delle uova, poste in vasi caldi, maturassero e si aprissero spontaneamente. (traduzione di Mario Vegetti)

⁵⁴⁶ Il testo è dedotto da pagina 429 di Gessner *Historia animalium* III (1555), dove non c'è *illis* (riferibile ai vasi panciuti) bensì *illi* (riferibile allo sterco, oppure avverbio di stato in luogo = in quel luogo là). Ecco il testo di Gessner trascritto da Aldrovandi parola per parola eccetto *illis/illi*: Si gallina non incubet, hac industria complures habebis pullos. qua die incubanti gallinae ova subjicis, eadem stercus gallinae accipiens id ipsum contere, cribraque ac denique in vasa injice ventricosa, pennas illi gallinarum circumpone. § Gessner ha tratto il brano dalla traduzione dei *Geoponica* di Andrés Laguna*(1541), sostituendo *disseminans* di Laguna con *circumpone* di Cornarius: [...] pennas illi gallinarum disseminans. § Janus Cornarius* (1543) ha tradotto con *eique*, riferito allo sterco: [...] eique gallinarum pennas circumpone. § Dal testo originale pubblicato da Teubner (1994) si evince chiaramente che *illi* ed *eique* sono riferiti allo sterco. Infatti il testo greco suona così: τῆ δὲ κόπρω περιβάλαε ὀρνιθίων περῶ. § Quindi si emenda *illis* di Aldrovandi con *illi*.

conijcito, eos alens delicatissime. Ascisce etiam Gallinam, quae {modorabitur} <moderabitur> omnia. Haec Democritus, Andrea a {Lucana} <Lacuna> interprete, qui Graecam vocem γάστρας vasa ventricosa interpretatur: Cornarius ventriculos: Hieronymus Cardanus, qui hunc locum in libros suos de subtilitate transcripsit, pulvinaria, his verbis: Pulvinaria duo reple stercore Gallinarum tenuissime trito: inde plumas Gallinarum annecte consuendo utrique molles, ac densas. Ova vero capite tenuiore supra extante, colloca super alterum pulvinar. Deinde reliquum superpone in loco calido, permitteque immota duobus diebus: post vero ad vigesimam usque diem, illa sic verte, ut undique aequaliter foveantur: inde stata [227] die, quae iuxta vigesimam primam est, pipillantes iam ex ovo sensim educito.

hen who will supervise everything. These are the words of Bolos of Mendes, as interpreted by Andrés Laguna*, who translates the Greek word *gástras* - large bellied pots - with *vasa ventricosa*: Janus Cornarius* with *ventriculos*, bellies: Gerolamo Cardano*, who transcribed this passage in his books *De subtilitate*, with cushions, and by these words: Fill two cushions with crumbled hen's dung: then by sewing fasten on both soft and thick hen's feathers. Upon either cushion place the eggs but with the sharper end sticking out upward. Then place over it the other one in a warm place and let them not be moved for two days: then until the twentieth day turn them in such a way that they are warmed evenly on all sides: afterwards at the stated day, corresponding approximately to the twenty-first, you will bring carefully the already peeping ones out of the egg.

Page 227

Ego etsi hoc etiam modo ova excludi posse ratio loqui videtur: video tamen aliud sensisse Democritum, verbis eius Graecis diligentius examinatis, et placet gastran vas ventricosum vertere, ut prius in tale vas intelligamus fimum injiciendum, tum super fimo imponendas plumas (ut ἐπίβαλλε potius quam περίβαλλε legatur) in plumis ova: postremo rursus fimum addendum donec contegantur ova. Sed ut ut est, Porta hoc a se diligentissime expertum non successisse scribit, nec quomodo succedere possit, sese conijcere posse. Hoc etiam addens quod qui clibanum laudant, modum non ostendant quo id fieri possit. Unde quae ipsemet fecit, et ab aliis factitata vidit minutissime demonstrat⁵⁴⁷.

As far as I am concerned, although reason seems to suggest that eggs can hatch also in this manner, nevertheless I reckon that Bolos of Mendes*, after his Greek words have been more carefully checked, he meant another thing, and it is my opinion to translate *gástran* with *vas ventricosum* - bellied pot, since I mean that dung must first be thrown into it, afterwards feathers are to be placed upon the dung (reading *epíballe* - put on - rather than *períballe* - put around) and the eggs within the feathers: lastly further dung must be added until eggs are covered. But however that may be, Giambattista Della Porta* writes that this, tested by him with a lot of diligence, has not been followed by success, and that he himself cannot gather how it could be successful. He is also adding

⁵⁴⁷ Giambattista Della Porta, *The Fourth Book of Natural Magick* (1584), Chapter XXVI - TO HATCH EGGS WITHOUT A HEN. - *Hatch Eggs in a hot Oven*. - Make a vessel of wood like a hogshead. Let it be round, and the diameter so long as your arm, that you thrust in, that you may lay and turn the eggs. Let it be four foot in altitude. This we divide by three boards within into three parts. Let the first be a foot and half, the second little above a foot, the third a foot, and the fourth the least of all. Let every concavity divided with boards have a little door thereto, so large as you may thrust in your arm, and its shut to open and shut at pleasure. Let the first and second loft be made of thin boards, or wrought with twigs. Let the third be of brass arched, and the fourth of solid wood. Let the first and second stage have a hole in the center three fingers broad, through which must pass a brass or iron pipe tinned over. That must come half a foot above the second story, and so in the lower most, but in the bottom the orifice must be wider, like a pyramid or funnel. So that it can fitly receive the heat of the flame of a candle put under it. In the second story let the pipe be perforated about the top. That the heat breathing forth thence, the place may be kept warm, and the eggs may be hot in the upper part, as they are under the hen. Above these three rooms strew sawdust, which I think is best to cover them. Let the sawdust be highest about the sides of the hogshead, but less in the middle. In the bottom where the pipe is lower, the eggs lie upon it may receive the heat that comes from the pipe every way. In the third story where the pipe ends, let it be pressed down about the sides, and higher in the middle about the pipe. Let a linen cloth cover the sawdust. A fine cloth that if it be fouled it may be washed again. And the chicken hatched may go upon it. Lay upon every story a hundred eggs more or less. Let the great end of the eggs lie downwards, the sharp end upwards. The walls of the hogshead that are above the sawdust with the concavities, and the upper part of the story must be covered with sheep skins, that their warmth may keep in the heat. In the lower concavity under the tunnel, must a light lamp be placed, at first with two wicks, in the end with three in Summer. But at beginning of winter, first with three, and last with four or five. Let the light fall upon the middle of the tunnel, that the heat ascending the pipe, the rooms may all heat alike. The place where this vessel stands must be warm and stand in a by place. In the lower part where the lamp is lighted, you must lay no eggs. For the heat there will not hatch them. But where the chickens are wet when they are first hatched, shut them in

that those who are praising the oven do not give account for the way thanks to which it can happen. Hence he is describing down to the smallest detail what he himself has done and what he saw done usually by others*.

Ut parvo labore, et sine Gallinis quivis ova clibano calido excludere possit, vas fieri vult ligneum, valde simile dolio, rotundum, cuius diameter tantae sit longitudinis, quantum capiat brachium intromittendum, ut ova componere, et convertere possit: altitudo quatuor pedum⁵⁴⁸. Hoc tribus tabulatis intus, in quatuor partes dividemus. Sit primum sexquipedale, secundum paulo maius pede, tertium pedale, quartum omnium minimum. Habeat unaquaeque cellula tabulatis divisa suum ostiolum latitudine quantum brachium immitti possit, suaque opercula, ut apte claudi, et reserari possint. Primum, et secundum tabulatum ex tenuibus tabellulis, vel viminibus contexta sint; tertium sit aeneum, fornicatum, postremum ligneum, solidumque. Primum et secundum tabulatum in centro foramen habeat, latitudinis trium digitorum, per quod aeneus canalis, vel ferreus, stanno sublitus. Is supra secundum tabulatum ad medium pedem semper emineat, sic et in inferiori, sed in imo patentioris fiat oris ad modum pyramidis, vel infundibuli, ut concinne calorem, et flammam suppositae lucernae excipere possit. In secundo tabulato canalis circa supremum locum perforatus sit, ut inde exhalans calor, locum tepide foveat, et ova ex superiori parte calescant, ut Gallinae faciunt.

Super haec tria tabulata spargatur scobs lignea, quae tibi aptissimo operi videbitur. Scobs circa dolii latera erectior, in medio minus: in imo, ubi canalis, depressior, ut ova supra eam incubantia calorem undique a canali provenientem excipiant. In tertio tabulato, ubi canalis terminatur, sit circa latera depressa, in medio

In order that with little labor and without hens anyone can hatch eggs by a heated portable oven, he should make a wooden vessel very similar to a barrel, round, with a diameter long enough to receive an arm thrust into it, so that one may place eggs within it and turn them over: it should be four feet high. When three floors are arranged inside, it will be divided into four parts. The first space should be a foot and a half in height, the second hardly more than a foot, the third a foot, the fourth the lowest of all. Each compartment, so divided by floors, must have a little its own opening wide enough to receive the arm thrust through it, as well as a little door so the compartment can be fairly closed and opened. The first and second floors should be made of thin slats or of interwoven wickers; the third should be of bronze and arched, the last of solid wood. Let the first and second floors have a hole in the center, three fingers wide, through which there is a bronze or a tin-plated iron pipe. The pipe should ever project half a foot above the second floor, so in the lower floor too, but at the bottom let it have a widened mouth in the shape of a pyramid or funnel, so that it can receive evenly the heat and the flame of a lantern placed beneath. In the second floor let the pipe be perforated at the top so that the heat exhaling from it warms this place, and the eggs get warm from above as hens do.

Above these three floors scatter sawdust which will come in very useful for you. Let the sawdust be higher around the sides of the barrel, less in the middle: at the center, where the pipe is, let it be even lower, so that the eggs incubating upon the sawdust may receive on all sides the warmth coming from the pipe. On the third floor, where the pipe ends, the

here to dry them by the warm heat of the lamp. Marking twice or thrice every day whether the heat abate, be warm or very hot. We shall know it thus. Take an egg out of the place, and lay it on your eye, for that will try it well. If it is too hot for you, the heat is too much. If you feel it not, it is weak. A strong heat will hatch them, but a weak one will make them addle. So you must add or take away from your lamp, to make the light adequate and proportionable. After the fourth day that the eggs begin to be warmed, take them out of the cells, and not shaking them hard, hold them gently against the sun beams or light of a candle, and see whether they be not addle. For if you discern any fibers or bloody matter run about the egg, it is good. But if it is clear and transparent, it is naught. Put another egg in place of it. All that are good must be daily turned at the lamp heat, and turn them round as the hen is found to do. We need not fear spoiling the eggs, or if any man does handle them gently. In summer after nineteen or twenty days, or in winter after twentyfive or twentyeight days, you shall take the eggs in your hand, and hold them against the Sun and see how the chicken beak stands. There break the shell, and by the hole of the egg take the chicken by the beak and pull out its head. And lay it in its place again. For the chicken will come forth itself. And when it is come out, put it in the lower cell as I said. But let the lamp stand something from the parent, or the chickens allured by the light, should pick at it and be burned by it. And if you do work diligently as I have shown you, in three hundred eggs, you shall hardly loose ten or twenty at most. (da <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

⁵⁴⁸ A seconda del campo d'impiego, il piede italiano oscillava da 30 a 50 cm.

circa canalem altior: supra scobem linteus extendatur subtilis, si deturpatur, ut denuo lavari possit, et exclusi pulli supra illum ambulare possint.

Singulis tabulis centena ova accomodentur, plus, minus. Retusa ovi pars infra, acuta sursum vergat. Parietes dolii supra scobem extantes intra cellulas, et superna pars tabulati, ovillis pellibus contegantur, ut suo tepore calorem retineant. Inferiori cellula sub infundibulo lucerna accomodetur accensa, in initio binis {ellichniis} <ellyphniis>, in fine tribus aestatis tempore, sed hyeme initio tribus, postremo quatuor, aut quinque. Feriat lumen in medio infundibuli, ut per canalem ascendens calor, aequae cellulas concalfaciat.

Locus in quo hoc vas steterit, sit tepidus, et solitarius. In inferiori parte, ubi accensa lucerna non oportet ova accomodare, quia calorem non habet ad ova excludenda aptum. Sed ubi pulli madidi, quam primum ovis excluduntur, hic claudantur, ut tepido flammae calore madorem ex<s>icent: bis, terve singulis diebus animadvertendo, si calor remissus, tepens, aut intensus sit. Quod ita cognoscemus: ovum e cellula extrahemus, ut supra oculum ponendo optime experiemur. Nam si offendit, intensus est: si insensibilis, remissus. Intensus calor excoquit ova, remissus irrita facit. Ob id lucerna lumen addendo, et minuendo exaequatum reddes.

Post quartum diem, a quo ova fieri coeperint, extrahito e cella, et nulla facta commotione vehementi, sensim contra splendorem Solis, vel candelae quispiam specularitur, si prolificum sit ovum, necne. Nam si fibrarum aliquot, cruentumque discurrere videtur, prolificum est, si contra perspicuum erit, ceu infoecundum reiiciendum: irriti loco substituatur aliud. Foecunda oportet quotidie ad calorem luminis vertere, atque circumcirca movere, ut Gallina solet. Nec verendum nobis ne corrumpantur ova, vel si ab aliquo sensim, et commode pertractentur.

Post decimum nonum, vel vigesimum diem aestatis tempore, aut vigesimum quintum, aut vigesimum octavum hyemis, ova manu capies, ac Soli obversa inspice, ubi pulli rostrum steterit, ibi crustam rumpito, et per ovi foramen manibus rostellum capiendo pulli caput foras extrahe, ac suo loco reponere. Nam ex se ipso foras

sawdust should be pressed down around the sides, higher in the center around the pipe: spread a thin linen* cloth, which can be washed if it becomes soiled, upon the sawdust, so that the hatched-out chicks may walk around on it.

Let arrange on each floor one hundred eggs, more or less. The blunt end of the eggs must turn downward, the sharp end upward. Inside the compartments, cover the barrel's walls sticking above the sawdust as well as the supreme part of the floor, with sheepskins, so that they retain the warmth by their insulating power. Place a lighted lantern in the lower compartment under the funnel, and in summer, in the beginning, with two wicks, with three wicks towards the end, but in winter in the beginning with three and in the end with four or five wicks. Let the flame strike the middle of the funnel so that the heat ascending through the pipe can evenly warm the compartments.

Let the place in which this vessel stands be lukewarm and solitary. Eggs should not be placed in the lower part where the lighted lantern is, because it does not have a heat suitable for hatching eggs. But as soon as the chicks hatch out from eggs and are still moist they must be shut up here, so that with the tepid heat of the flame they dry up their moisture, checking carefully twice or thrice each day to find out whether the heat is low, lukewarm, or intense. You can find out that as follows: take an egg from a compartment and placing it on an eye you will realize in the best way. For if it troubles you, the heat is intense: if it does not give any feelings, the heat is low. Intense heat bakes the eggs, low heat makes them worthless. Because of this you will make the heat even by the lantern, raising or lowering the fire.

After the fourth day since eggs begun to develop draw out them from the compartment and without any violent motion someone will examine them little by little against the shining light of the sun or of a candle to see whether the egg is fertile or not. For if some of the bloody fibers are seen to move it is fertile, but if the egg is limpid, or infertile, it must be discarded: another egg should take place of the infertile one. Daily the fertile eggs ought to be turned towards the heat of the lantern and ought to be turned over, as usually the hen does. And there is no need to fear the eggs will become corrupt, especially if they are handled gently and suitably by someone.

After the nineteenth or twentieth day in summer, or the twenty-fifth or twenty-eighth in winter, take the eggs in your hand and inspect them, turning them to the sun, and where the chick's beak is located, here break the shell, and seizing with hands the little beak through the hole in the egg pull out the head of the chick, and then put the egg back in its place. For the

progreditur, et ovo egressum in inferiori cellula, ut diximus, pone, sed a pavimento lucerna aliquantulum absit, ne pulli lucis splendore allecti, lumen rostellis feriant, et comburantur. At si quae diximus diligenter operatus fueris, ex trecentis ovis vix decem, aut viginti perdes. Hactenus itaque Io. Bap. Porta.

Petrus Crescentiensis⁵⁴⁹ denique scribit, in quadam regione homines reperiri, qui furnos ita temperate calefaciant, ut eorum calor par sit Gallinae incubantis, et in furno, seu {clibamo} <clibano> ponere {quamplurimos} <quamplurimas> plumas, et mille Gallinacea ova quae post viginti dies nascantur, ac erumpant. Atque istaec de iis, quae ad huiusce avium [228] generis procreationem spectabant dicta sint.

chick comes out by himself, and, after he came out from the egg, place him, as already I said, in the lower cell, but the lantern must be a little bit raised from the floor so that the chicks may not strike the lantern with their little beaks, attracted by the brightness of the light, and thus burn themselves. Only if you will carefully do what I said you will hardly lose ten or twenty eggs out of three hundred. Thus far then Giambattista Della Porta.

Pier de' Crescenzi* finally writes that in a certain region there are men who heat up ovens so moderately that their heat is equal to that of an incubating hen, and into this oven or furnace they place plenty of feathers and a thousand hen eggs which after twenty days get birth, and hatch out. Thus much then about details concerning the procreation of this kind of birds.

Page 228

Antequam tamen ad reliqua me conferam, pauculos hosce Politiani⁵⁵⁰ versus ceu epilogi loco, nempe de eisdem agentes adjiciam. Ait autem:

*Vocibus interea crebrum {singulit} <singulat> acutis
Parturiens coniu<n>x, quae scilicet ova subinde
Tollit anus, signatque dies, vigilemque lucernam
Consulit: et Lunae crescentis tempora servans
Ut primum Gallina glocit, numero {impare} <impari>
subdit
Versatisque diu, solers auscultat, an intus
Pipiat involucer pullus, tenerumque putamen
Pertuderit molli rostro, {atque} <adque> erumpere tentet.*

EDUCATIO. VICTUS.

Quamvis nulla non mulier Gallinaceum genus sciat educare: sunt tamen nonnulla praecepta a diligentissimis antiquis Geoponicis praescripta, quae illas non tantum, sed forte eruditos etiam latent. Qui itaque fructum ex his avibus percipere volet, fidum in primis aliquem eligat oportet. Nisi enim, qui curam habet Gallinarum, fidem domino servet, nullus ornithonis quaestus vincet impensas. Eiusmodi altor, qui nempe in Gallinarium scandit, et ova colligit, et quae incubantur, manibus versat, Gallinarius curator,

But before devoting myself to remaining items, I shall add as epilogue these few verses of Poliziano*, dealing of course with the same subject: For he says:

The partner, while is laying the egg, often sobs with sharp sounds, and of course straight after the old woman takes up those eggs and marks the date, and watches the ever-lighted lantern: and, observing the periods of the growing moon, as soon as a hen clucks she sets an uneven number of eggs under the hen, and after she handled them slowly, skillfully listens if inside the flightless chick is peeping and has broken the tender shell with its soft beak, and if is trying to come out.

BREEDING - FEEDING

Although every woman knows how to raise the chickens, there are nevertheless some precepts fixed by the very careful ancient geponics* which are unknown not only to women but perhaps also to people learned in these matters. He who wishes to gain profit from these birds should first choose someone he can trust. For unless the person who takes care of the hens keeps faith with his master no profit from poultry house will overcome the expenses. A breeder of this sort, who of course climbs up a hen house, collects the eggs, and turns

⁵⁴⁹ *Ruralium commodorum libri XII*, libro IX, capitolo LXXXVI - Delle galline - pagina 240: Ma dicesi che in alcuna parte del mondo si truova huomini che i forni in tal maniera scaldano che il loro calore e uguale al caldo delle galline che covono & in quel forno mectono penne piccole & mille uova di galline & dopo venti di nascono successivamente & escensene fuori & lo primo parto sie dallo equinocio vernale innanzi cioe da mezzo marzo innanzi, & quelle che innanzi o poi nate son non sono da sopporre a galline vecchie che a pollastre e a quelle che il beccho ne unghioni non siano acuti. (traduzione italiana stampata nel 1490, di proprietà della Army Medical Library (n° 32563) Washington DC, USA - pubblicata da <http://gallica.bnf.fr>)

⁵⁵⁰ *Rusticus*, composto da Poliziano nel 1483-84.

vel custos recte dicitur.

Cum vero pulli maiorem quam adultiores curam requirant, itaque de his prius dicemus: qui⁵⁵¹ iam exclusi singulis <nidis> Gallinarum statim subtrahendi sunt, subijciendique {alii} <aliae>, quae {paucioribus incubat} <paucos habet>, sed et huius rursus quae fovet, ova vel nondum concreta, et formata, aliis quarum ova eiusdem temporis sunt, supponi debent, ut una cum illis calefacta animentur. Columella⁵⁵² ea, qua excluduntur die, singulos tollere prohibet, sed una die in cubili sinere iubet cum matre, et aqua ciboque abstinere, donec caeteri excludantur, et postera die, cum iam grex fuerit effoetus, hoc modo deponere: Cribro vitiario⁵⁵³, vel etiam loliario, quod iam fuerit in usu, pullos superponi, deinde pulegii surculis fumigari, quoniam ea res, pituitam quae celerrime teneros interficit, prohibere videatur. Posthac caveae iuxta eundem cum matre includendi sunt, et farre hordaceo cum <aqua> incocto, vel adoreo farre vino resperso modice alendi. Nam maxime cruditas vitanda est, et {obhoc} <ob hoc> tertia die cavea cum matre retinendi sunt, priusque quam emittantur, ad recentem cibum singuli tentandi, ne quid habeant in gutture, nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat; abstinereque debent, donec concoquant. Dum adhuc teneri sunt, non est permittendum longius evagari, sed circa caveam continendi sunt, et farina hordacea pascendi, donec iam robustiores evaserint.

them when in incubation, will rightly be called the caretaker or the guardian of hens' house.

Since the chicks require more care than more adult subjects, therefore I shall speak of them first. The chicks already hatched must be immediately withdrawn from each nest of the hens and must be placed under another hen who has less chicks; but conversely the eggs warmed by this hen which are not yet developed and formed ought to be placed under other hens whose eggs are of the same period, so that warmed together they can be vivified. Columella* forbids us to remove chicks on the day on which they are hatched, but prescribes to leave them one day in the nest with the mother, and that they must to abstain from water and food, until the rest are hatched. And on next day when the flock has been hatched, to arrange them in this way: the chicks must be placed upon a vetch* or darnel* sieve which has already been used and then fumigate them with sprigs of pennyroyal - *Mentha pulegium**, since this seems to prevent the pip* which kills the very young birds very swiftly. Subsequently they must be shut up in a hencoop with the mother nearby the summer savory itself and given a moderately large feeding of barley* flour boiled in water or of wheat* flour sprinkled with wine. For indigestion must be particularly avoided. Thus until third day the chicks should be kept in the hencoop with the mother and before they are sent out for fresh food, each should be touched to see if they have anything in their crops; for if their ingluvies is not empty this indicates digestive disorders and they should be kept away from food until they conclude the digestion. While they are quite young they should not be allowed to stray far but be kept around the hencoop and fed with barley flour until they become stronger.

⁵⁵¹ Inizia una ennesima bagarre di rielaborazione da parte di Aldrovandi dell'equivalente testo di Varrone citato anche da Gessner, con omissioni tali da renderlo incomprensibile. - Varrone *Rerum rusticarum* III,9,13: Excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subiciendum ei quae habeat paucos; ab eaque, si reliqua sint ova pauciora, tollenda et subicienda aliis, quae nondum excuderunt et minus habent triginta pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum. - Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 429-430: Pullorum recens exclusorum cura. Excus{s}os pullos subducendum ex singulis nidis, et subijciendum ei, quae habeat paucos. Ab eaque si reliqua sint ova pauciora, tollenda, et subijcienda aliis, [430] quae nondum excuderint, et minus habent triginta pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum, Varro.

⁵⁵² *De re rustica* VIII,5,15-18: Pullos autem non oportet singulos, ut quisque natus sit, tollere, sed uno die in cubili sinere cum matre et aqua ciboque abstinere, dum omnes excudantur. Postero die, cum grex fuerit effectus, hoc modo deponatur: [16] cribro viciario vel etiam loliario, qui iam fuerit in usu, pulli superponantur, deinde pulei surculis fumigantur. Ea res videatur prohibere pituitam, quae celerrime teneros interficit. [17] Post hoc cavea cum matre cludendi sunt, et farre hordeaceo cum aqua incocto vel adoreo farre vino resperso modice alendi. Nam maxime cruditas vitanda est. Et ob hoc iam tertia die cavea cum matre continendi sunt, priusque quam emittantur ad recentem cibum, singuli temptandi ne quid hesterni habeant in gutture. Nam nisi vacua est ingluvies, cruditatem significat, abstinereque debent dum concoquant. [18] Longius autem non est permittendum teneris evagari, sed circa caveam continendi sunt et farina hordeacea pascendi, dum corroborentur; cavendumque ne a serpentibus adflentur, quarum odor tam pestilens est ut interimat universos. Id vitatur saepius incenso cornu cervino vel galbano vel muliebri capillo, quorum omnium fere nidioribus praedicta pestis summovetur.

⁵⁵³ Anche se si tratta di grafia medievale-umanistica, la stessa imprecisione - *vitiario* invece di *viciario* - viene riportata da Conrad Gessner in *Historia Animalium* III (1555), pag. 430: Cribro vitiario, vel etiam loliario, qui (quod) iam fuerit in usu, pulli superponantur: deinde pulegii surculis fumigantur. Ea res videtur prohibere pituitam, quae celerrime teneros interficit.

Varro⁵⁵⁴ quindecim primis diebus mane subiecto pulvere, ne scilicet tenellis rostris noceat terra dura exhibet polentam, cum nasturtii semine, et aquam prohibet, ne tum deinde in eorum corpore turgescat. {Dydimus} <Didymus⁵⁵⁵> porri⁵⁵⁶ folia tenerrima cum caseo musteo contusa illis exhibet. Hordeum vero exactis duobus (sex ut habet codex Graecus, sed interpres mendum⁵⁵⁷ suspicatur) mensibus offerri iubet. Democritus vermes laudat ex stercore asinino, vel {bovino} <equino>⁵⁵⁸ genitos: quare id in capacia vasa colligi, iniijcique vult. Nam decem diebus exactis nascuntur pullorum nutritioni percommodi. Sunt qui, ut multum, et cito crescant, testas, e quibus emergerunt, tunica interiore dempta, contritas, cum sale, et ovo cocto duro immisceant, et pullis primi alimenti loco apponant. Verum nostrae mulieres tanta diligentia non utuntur, et simul atque omnes exclusi sunt, mox vel saltem post biduum simul cum matre evagari sinunt, obviumque quidvis exhibent. Audio tamen apud Belgas primis octo, aut decem diebus caveae matrem includi, ne pulli longius abeant, et simul cum illa cibum sub cavea capiant, habereque ligneum quoddam vas vix palmum altum, in quo multa, plerunque vero duodecim cava sunt, et in his aquam pro potu imponi, ne si in ea incidant pulli submergantur.

In the first fifteen days in the morning, with dust laid down so that they not damage their tender beaks on the hard earth, Varro* offers them barley polenta to eat with nasturtium* seed and keeps them from water so that later the polenta will not swell inside of their bodies. Didymus - a geoponic - offers them very tender leaves of leek* crushed with fresh cheese. He says barley should be given them when two months have passed (the Greek manuscript has six, but the translator suspects a mistake). Bolos of Mendes* praises worms born from donkey or horse dung: therefore he prescribes it should be collected and thrown into large vessels. For when ten days have passed worms are born very suitable for feeding the chicks. There are people who, so that they may grow large and quickly, in place of their first food give the chicks the shells from which they emerged, with the inner tunic removed, ground up and mixed with salt and hard boiled egg. To tell the truth our women do not employ such great diligence and as soon as all chicks are hatched, immediately or at least two days after, allow them to wander with their mother and offer them whatever food. I hear that among Belgians, however, the chicks are kept in a coop with their mother for the first eight or ten days lest the chicks wander afar, and along with her they receive the food under the coop. And they also have a certain wooden vessel scarcely a palm high in which there are many holes, mostly twelve; they put drinking water in these holes, so that if chicks fall inside they don't

⁵⁵⁴ *Rerum rusticarum* III,9,13: Obiciendum pullis diebus XV primis mane subiecto pulvere, ne rostris noceat terra dura, polentam mixtam cum nasturtii semine et aqua aliquanto ante factam intritam, ne tum denique in eorum corpore turgescat; aqua prohibendum.

⁵⁵⁵ Didimo di Alessandria, vissuto presumibilmente nel sec. VI dC, la cui opera - *Περὶ γεωργίας ἐκλογαί* - servì come fonte alla *Geoponica* che ci è stata tramandata, per esempio, dal codice marciano 524 (della Biblioteca Marciana o biblioteca nazionale di Venezia), sotto il nome di Cassiano Basso (in realtà una compilazione bizantina del sec. X, realizzata per iniziativa dell'imperatore Costantino VII Porfirogenito*). La prima edizione moderna, con traduzione latina e commento, si deve a I.N.Niclas, 1781. § L'aggettivo greco *didymos* significa duplice, doppio, nonché gemello. Il plurale sostantivato indica non solo due fratelli gemelli, ma anche i testicoli. Infatti l'epididimo è quella formazione allungata situata sulla parte postero-superiore del testicolo che costituisce la porzione iniziale delle vie spermatiche, per poi continuarsi nel condotto deferente.

⁵⁵⁶ Vedi il lessico alla voce Aglio e Cipolla*. - Dell'impiego del porro di Taranto ne parla Columella quando detta le regole alimentari dei pulcini di pavone. Il porro di Taranto è il *Porrum sectivum* di *De re rustica* XI 3.30 (cfr. anche X 371), di cui si mangiavano solo le foglie, e veniva indicato per le affezioni polmonari, per la gola e per la tosse: Nerone ne faceva una cura regolare, all'olio, per la sua voce (cfr. Plinio, XIX 108). Ecco il testo di Columella relativo ai pulcini di pavone, *De re rustica* VIII,11,14: Sed cum erunt editi pulli, similiter ut gallinacei primo die non moveantur, postero deinde cum educatrice transferantur in caveam. Primisque diebus alantur hordeaceo farre vino resperso, nec minus ex quolibet frumento cocta pulticula et refrigerata. Post paucos deinde dies huic cibo adiciendum erit concisum porrum Tarentinum et caseus mollis vehementer expressus. nam serum nocere pullis manifestum est.

⁵⁵⁷ Il codice greco di Didimo potrebbe essere stato esatto, cioè indicare 6 mesi e non 2. Infatti Columella a proposito dei pulcini di pavone, che vanno nutriti come quelli di gallina, dice che l'orzo lo si dà loro al sesto mese quando si smette di nutrirla con cavallette (*De re rustica* VIII,11,15): Lucustae quoque pedibus adeptis utiles cibandis pullis habentur. Atque his pasci debent usque ad sextum mensem, postmodum satis est hordeum de manu praebere.

⁵⁵⁸ Sia la traduzione dei *Geoponica* di Andrés de Laguna (1541) che quella di Janus Cornarius (1543) riportano sterco d'asino o di cavallo: asinum praeterea, sive equinum stercus (Laguna), asinum sive equinum stercus (Cornarius). Se non bastasse, il testo greco è equivalente: *ὄνειαν ἢ ἰπείαν κόπρον* (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994). È pertanto d'obbligo emendare questo ennesimo svarione di Aldrovandi.

Quot vero pullos una Gallina educare debeat, cuius notum est, dum quaeque suos tantum convocet. Quod si autem inter incubantes aliae plura aliis incubent, pulli aliquot ei subijci poterunt, quae pauciores habet: idque maxime faciendum, dum quae futura erat nutrix, nota est non bene educare. Columella⁵⁵⁹ id omnino faciendum esse monet, dum mater suos, et alienos propter similitudinem dignoscere non potest, nempe prima die. Cavendum item ne plures quam triginta uni nutrici committantur. Negant enim omnes fere Geoponici hoc numero ampliorem gregem posse ab una nutriri. Sin autem Gallinarum aliqua suos deserat, timeasque ne ita [229] deserti intereant, cura, ut Gallus, vel Capus nutricis munere fungatur. Quod quomodo praestare possis, superiori capite⁵⁶⁰ ex Io. Baptista Porta ostendi.

drown.

But how many chicks one hen can raise is known to anyone, as long as each hen calls together only her own. But if among incubating hens some sit on more eggs than others, some chicks may be placed under the hen which has fewer; this should be done particularly when the hen that is to be the future nurse is known to be a poor mother. Columella advises that this should be done by all means while the mother cannot as yet distinguish between her own chicks and those of other hens, that is, on the first day. Care should be taken not to commit more than thirty chicks to one nurse. For almost all geoponics affirm that a larger flock than this number cannot be raised by one nurse. But if some one of the hens deserts her chicks and you may fear lest so deserted they perish, see to it that a rooster or a capon takes on the duty of nurse. I have shown how you can accomplish this in the chapter above from Giambattista Della Porta*.

Page 229

Gallinam pullos deserere volentem agnosces inde, quod non iam amplius hispida sit, nec alas demittat, glocire desinat, et cum iis evagari nolit. Atque haec de pullorum cura dicta sint.

You will recognize a hen who wishes to desert her chicks by the fact that by now she is no longer ruffled nor lets down her wings, ceases to cluck, and does not wish to wander with them. Let this be said about the care of chicks.

Iam de parentum educatione aliquid dicendum superest. Eae si incubent, bis, mane scilicet et vesperi cibus offerendus est. Vagantium vero non alius cultus est, quam clausarum, nisi quod hae non emittantur, sed intra ornithonem ter die maiori mensura pascantur. Nam singulis capitibus, Columella⁵⁶¹ teste, quaterni cyathi⁵⁶² diurna cibaria sunt, cum terni, vel bini vagis praebeantur. Quid vero exhibendum paulo post dicemus.

Now something remains to be said about the care of their parents. If they are incubating they should be fed twice a day, in the morning and evening. But the care of wandering hens is no different from that of hens shut up except that the latter are not let out but are fed three times a day in larger measure inside the pen. To each hen, according to Columella*, four *cyathi* - nearly 200 ml - of food should be given daily while three or two are given to wandering hens. What food is to be given I shall explain shortly after.

Locus, quo conversantur, Gallinarium dicitur: Gyb. Longolius officinam cohortalem appellari ait,

The place where they live together is called poultry house: Gisbert Longolius* says it is called barnyard

⁵⁵⁹ *De re rustica* VIII,5,7: Pulli autem duarum aut trium avium excusi, dum adhuc teneri sunt, ad unam quae est melior nutrix transferri debent, sed primo quoque die, dum mater suos et alienos propter similitudinem dinoscere non potest. Verumtamen servari oportet modum, neque enim debet maior esse quam triginta capitum. Negant enim hoc ampliorem gregem posse ab una nutriri.

⁵⁶⁰ A pagina 226.

⁵⁶¹ *De re rustica* VIII,4,5: Gallina post primam emitti et ante horam diei undecimam claudi debet, cuius vagae cultus hic quem diximus erit. Nec tamen alius clausae, nisi quod ea non emittetur, sed intra ornithonem ter die pascitur maiore mensura. Nam singulis capitibus quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cum vagis [terni, vel] bini praebeantur.

⁵⁶² Ciato: dal greco *kyathos*. 1) Ciotola, provvista di lungo manico, in uso nell'antichità tra la fine del sec. VI e la metà del V aC per travasare il vino dal cratere nelle brocche. 2) Antica unità di misura di capacità corrispondente a 1/2 decilitro scarso. Un decilitro = 100 ml. Quattro ciati corrispondono a circa 200 ml. Orbene, 200 ml di granaglie corrispondono in media a 150 grammi. Infatti 200 ml di granaverde di riso = 150 gr, di mais intero = 145 gr, di mais macinato medio insieme alla sua farina = 140 gr. La farina di frumento tipo 00 ha un peso specifico basso: 200 ml pesano solo 100 grammi. - Vedi anche: Pesi e misure*.

quod, ut in nostris officinis cuncta parantur, quae in usum humanum veniunt, ita istic ova, et pulli, quae in cibum. Aviaria vero nominantur, ubi cicures atque omnium avium genera separata farciuntur. Haec aviaria ὀρνιθοβοσκεία Varroni dicuntur. Unde forte haud recte Calepinus ὀρνιθῶνα Gallinarium interpretatur. Nam praeterquam quod ea vox, teste Varrone⁵⁶³, in villa pastionis genus, quale pariter περιστερῶνας⁵⁶⁴ dicunt aviarium proprie significat: etsi interim minime negarim, et pro gallinario accipi. Nam Graeci cum omnem avem, ut diximus⁵⁶⁵, tum Gallum Gallinamve per excellentiam ὄρνιν et ὄρνιθα nominant. Grapaldus πέταυρον interpretatur ex Polluce caveam, in qua sese cortis alites cubitum iturae recipiunt. Aristophanes⁵⁶⁶, inquit Pollux⁵⁶⁷, πέταυρον, nominat οὗ τοὺς ἐνοικίδιους ὄρνιθας ἐγκαθεύδειν συμβέβηκε. Verum ut Ornithol. conijcit, non Gallinarium totum πέταυρον nominari potest, sed tabula, vel asser, qui Varino dicitur σανίς, quasi πέτευδον παρὰ τὸ εὔδειν ἐν αὐτῷ, τὰ πετεινά.

Sunt vero nostra gallinaria longe diversa ab illis, quae Columella⁵⁶⁸, Varroque commendant. Nostra

workshop given that, as in our workshops are provided all those things for human use, so there are provided eggs and chicks, which become food. But are called aviaries those where tame fowls and distinct genera of all birds are fattened. These aviaries are called *ornithoboskeia* in Varro*. Hence perhaps wrongly Ambrogio Calepino* translates *ornithóna* as *gallinarium* - poultry house. For besides this word, according to Varro, in farmhouse properly means aviary, as it is that kind of raising which likewise they call *peristerónas*: although I should not in the least meanwhile affirm that it is not meant for hen house. In fact Greeks, as I said, call both whatever bird and par excellence rooster or hen *órnin* and *órniθα*. Francesco Mario Grapaldi*, from Julius Pollux*, translates *pétauron* - poultry pen stick, planking - as poultry pen, into which barnyard fowls withdraw when are about to go to sleep. Julius Pollux says that Aristophanes* calls *pétauron* the place where domestic birds go to sleep - *oú toús enoikídious órniθas enkatheúdein symbéβēke*. To tell the truth, as the Ornithologist conjectures, not the whole hen pen can be called *pétauron*, but a plank or a beam which by Varinus is called *sanís* - plank, as to say that the fowl jumped up on it to sleep - *péteudon parà tò eúdein en autó, tà peteiná*.

But our hen pens are far different from those which Columella and Varro recommend. For ours are

⁵⁶³ *Rerum rusticarum* III,3,1: Eius disciplinae genera sunt tria: ornithones, leporaria, piscinae. Nunc ornithones dico omnium alitum, quae intra parietes villae solent pasci. III,3,7: Contra nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones, quae palatum suave domini paravit, ut tecta maiora habeant, quam tum habebant totas villas, in quibus stabulentur turdi ac pavones. III,4,2-3: [2] Merula, Duo genera sunt, inquit, ornithonis: unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub Casino, quod amatores invenit multos; alterum fructus causa, quo genere macellarii et in urbe quidam habent loca clausa et rure, maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. [3] Ex iis tertii generis voluit esse Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit in Tusculano, ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cenitaret et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum fenestras captos. Quod inutile invenerunt. Nam non tantum in eo oculos delectant intra fenestras aves volitantes, quantum offendit quod alienus odor opplet nares.

⁵⁶⁴ Si tratta delle colombaie, come specifica Varrone in *Rerum rusticarum* III,7,2: Alterum genus columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum intra limina ianuae solet pasci. Hoc genus maxime est colore albo, illud alterum agreste sine albo, vario. Ex iis duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in locum unum, quod alii vocant peristerona, alii peristerotrophion, in quo uno saepe vel quinque milia sunt inclusae.

⁵⁶⁵ A pagina 189.

⁵⁶⁶ *Fragment* 839. (Lind, 1963)

⁵⁶⁷ In *Onomastikón* 10,156.

⁵⁶⁸ *De re rustica* VIII,3,1-7: [1] Gallinaria constitui debent parte villae quae hibernum spectat orientem. Iuncta sint ea furno vel culinae, ut ad avem perveniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id est ornithonis, tres continuae exstruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orientem sit obversa. [2] In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ipsa, e tribus minima, esse debet in altitudinem et quoqueversus pedes septem. In ea singuli dextro laevoque pariete aditus ad utramque cellam faciendi sunt, iuncti parieti qui est intrantibus adversus. Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec inpediat praedictos aditus et ab eo fumus perveniat in utramque cellam; eaeque longitudinis et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media. [3] Sublimitas dividatur tabulatis, quae super se quaternos et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Utraque tabulata gallinis servire debent, et ea parvis ab oriente singulis inluminari fenestellis, quae et ipsae matutinum exitum praebeant avibus ad cohortem, nec minus vespertinum introitum. Sed curandum erit ut semper noctibus claudantur, quo tutius aves maneant. [4] Infra tabulata maiores fenestellae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia inrepere animalia, sic tamen ut inlustria sint loca, quo commodius habitet aviarius, qui subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetas. Nam etiam in his ipsis locis ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant, in quibus aut ova edantur aut excludantur pulli. Hoc enim et salubrius et elegantius est quam

enim admodum exigua sunt, et vix quandoque gregem capientia, cum maximo saepe eius detrimento, nam cum bona pars saepe noctu excludatur, animalium noxiorum reliquuntur furumque rapinis. Non mirum itaque si tanta gallinariorum cura veteres inceserit, ut illa nobis exacte depinxerint. Iubent itaque, ut, ea parte villae, quae orientem spectat, constituentur, iuncta sint furno, vel Culinae, ut ad aves perveniat fumus, qui huic generi praecipue salutaris est, adeo ut Palladius⁵⁶⁹ sufficere dixerit, ut fumo<, > pulvere, et cinere utantur. Unde etiamnum nostro aevo super furno, vel prope caminum saltem aedificantur.

Totius autem officinae, inquit Columella, tres continuae extruuntur cellae, (sed forte pro plurimo gregis numero, nam Varro pro ducentis duas caveas coniunctas constituendas monet) quarum perpetua frons orienti sit obversa. In ea deinde fronte exiguus detur omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima esse debet in altitudinem, et quoque versus pedes septem: in ea singuli dext<e>ro, laevoque pariete aditus ad utramque cellam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est intransibitibus adversus. Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec impediatur praedictos aditus, et ab eo fumus perveniat ad utramque cellam, eaque longitudinis, et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media<:> sublimitas{:} divida{n}tur tabulatis quae supra se quaternos, et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Utraque tabulata Gallinis servire debent, et ea parvis ab oriente singulis illuminari fenestellis, quae et ipsae matutinum praebeant exitum avibus ad cohortem, nec minus {ad} vespertinum introitum, sed curandum erit, ut semper noctibus claudantur, quo tutius aves maneant. Intra tabulata maiores fenestrae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia. Sic tamen ut

quite small and sometimes scarcely hold the flock, often with great damage of it since a large part is often shut out at night and is left as prey to harmful animals and thieves. It is no wonder if ancients took such care of their hen houses, so much as they described them accurately for us. Therefore they urge that they should be built in that part of farmhouse facing east, joined with wood-burning oven or kitchen so that the smoke may reach the birds, since it is especially healthful for this genus, so that it is sufficient for them, according to Palladius*, to use smoke, dust and cinders. Hence still in our age hen pens are built upon an oven or at least near a fireplace.

Well, Columella says three adjacent rooms are built to form the entire *workshop* (but perhaps for a very big number of subjects, since Varro recommends two pens joined together be built for two hundred birds) and the whole front of them should face east. Then in this front a very small entrance should be made for the middle cell, which should be the smallest of the three cells and whose height and each other side must be of seven feet. Inside this cell in right and left partition wall must be made a single entrance adjacent the wall facing those who enter the central cell. To this wall a hearth must be attached of a length that will not block the aforesaid entrances and so that from it the smoke may reach each of the other two cells, which should be twelve feet long and high and have no more width than the middle cell. The height should be divided by planks which must keep clear four feet above and seven below since the planks take up a foot each. Both planks should serve the hens and furthermore must be lighted by small windows on east side which may also offer an exit for the birds into the poultry yard in the morning as well as an entrance in the evening; but care should be taken to keep them always closed at night so that the birds may remain with greater security. Below the planks larger windows should be

illud quod quidam faciunt, ut palis in parietis vehementer actis vimineos qualos superponant. [5] Sive autem parietibus ita ut diximus cavatis aut qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matrices ad cubilia vel pariendi vel incubandi causa perveniant. Neque enim debent ipsis nidis involare, ne dum adsiliunt pedibus ova confringant. [6] Ascensus deinde avibus ad tabulata per utramque cellam datur, iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici. Sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iniungantur, quibus inrepant aves ad requiem nocturnam. Maxime autem curabimus ut et haec aviaria et cetera, de quibus mox dicturi sumus, intrinsecus et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne quae ad aves feles habeant aut coluber adcessum, tum et aequae noxae prohibeantur pestes. [7] Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit, podagram creat. Ea perniciositas ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres levitas earum supersilientem volucrem non recipiat conquadrate deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis et inter se bipedali latitudinis spatio distent. - Non si emenda con<quo commodius habitet aviarius, qui subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetus> in quanto Aldrovandi ha dedotto il testo da Conrad Gessner *Historia animalium III* (1555) pagina 425, un testo che non corrisponde a quello di Columella che ci viene offerto nel XX secolo.

⁵⁶⁹ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 1: Gallinas educare nulla mulier nescit, quae modo videtur industria. Hoc de his praecepisse sufficiat, ut fumo, pulvere utantur et cinere.

illustria sint loca, quo commodius habitent, aviariusque subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis foetus.

Nam etiam in iis locis ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem, Gallinarum cubilia recipiant: in quibus aut ova edantur, aut excludantur pulli. Hoc enim et salubrius, et elegantius est, quam illud quod <quidam> faciunt, ut palis in parietes vehementer actis, vimineos qualos super imponant. {Sic} <Sive> autem parietibus, ita, ut diximus<,> cavatis, aut qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matricem ad cubilia vel pariendi, vel incubandi causa perveniunt. Neque enim debent ipsis nidis involare, ne dum assiliunt, pedibus ova confringant, ascensus deinde avibus ad tabulata per utramque <cellam> datur iunctis parietum modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici. Sed ab {hac} cohorte fori{e}nsecus praedictis fenestellis scandulae similiter in<i>ungantur, quibus irreperant aves ad requiem nocturnam. Maxime autem curabimus ut et haec aviaria, et caetera, de quibus mox dicturi sumus intrinsecus, et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aves feles habeant{;} aut coluber accessum, et aequae noxiae prohibeantur pestes.

Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus unci adhaesit, podagram creat. Ea perniciosa ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres laevitas earum supersilientem volucrem non recipiat: conquadrate [230] deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis, et inter se bipedalis latitudinis spatium distent.

Haec erit cohortalis officinae dispositio, quam Columellae acceptam ferre debemus, a qua nonnihil diversa est, quam ponit Varro⁵⁷⁰. Si

opened up and protected with gratings so that harmful animals may not creep in. The rooms should be kept well lighted in order that they can stay rather well, and the poultry keeper rather often must keep an eye on incubating or hatching hen.

For also in these rooms it is advisable to make walls so thick that they may hold the hollow nests of the hens in a row, in which the hens may lay eggs or hatch chicks. For this solution is both more healthy and neat than what some people do, that is, when they drive pegs into the walls and place wicker baskets on them. And in front of the spaces hollowed out in the walls so as I said, or of the wicker baskets, little entrances must be placed through which the females can pass to their nests for either laying eggs or incubating them. For they must not fly into the nests themselves, so that when jumping on them lest they break the eggs with their feet. Furthermore through both rooms an ascent for the birds to the planks is provided by small pegs fixed to the wall; these should be roughened a little with grooves formed on them so that they are not slippery when the birds fly on them. But outside, on the barnyard's side, similarly little ladders should be fixed to the aforesaid little windows, on which the birds may creep to their nightly rest. But great care should be taken that both these aviaries, and the others about which I shall soon be speaking, be kept polished with plaster both inside and outside so that the beech marten* or a snake may have no access to the birds and that likewise harmful diseases may be excluded.

It is unsuitable that a sleeping bird rests on the planks in order to not be damaged by its own dung, because once this adhered to its hooked feet creates podagra* - bumblefoot. To avoid this injury the perches should be cut square lest their rounded smoothness fails to give the bird a purchase on them when flying up. When squared, the perch poles should be inserted into holes in two walls facing each other so that they rise a foot above the plank and two feet distant each other.

Page 230

This will be the arrangement of the barnyard *workshop* which we must recognize as due to Columella*, which differs somewhat from Varro's*

⁵⁷⁰ *Rerum rusticarum* III,9,6-7: [6] Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. Si ducentos alere velis, locus saeptus adtribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedum, latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores: in utraque fenestra lata tripedalis, et eae pede altiores e viminibus factae raris, ita ut lumen praebent multum, neque per eas quicquam ire intro possit, quae nocere solent gallinis. [7] Inter duas ostium sit, qua gallinarius, curator earum, ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint

{ducentas} <ducentos>, inquit, alere velis, locus septus attribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad orientem versus, utraeque in longitudinem circa decem pedes, latitudine dimidio minores, et altitudine paulo humiliores. Utriusque fenestrae latitudine {bipedali} <tripedali>⁵⁷¹, et uno pede altiores, {a} <e> viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit, quod nocere possit Gallinis. Inter duas ostium sit, qua Gallinarius curator earum ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint ut omnes sustinere possint Gallinas. Contra singulas perticas in pariete exculpta sint cubilia earum. Ante sit, ut dixi, vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in pulvere volutari. Praeterea sit cella grandis in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia posita sint cubilia Gallinarum aut exculpta, aut affixa firmiter, motus enim, cum incubant, nocet.

Haec ille, quanvis Florentinus non plures, quam quinquaginta in uno aviario nutriri prohibeat, quod in angusto arctatae labefactentur. Quapropter aviarium magnum sit, necesse est. Columella ducenta capita unius custodis curam requirere etiam scripsit, eamque sedulam, ne vel ab hominibus, aut insidiosis animalibus aliqua diripiantur. Quod vero ad cortem attinet, ea ad meridiem pateat, et soli obiecta sit, quo facilius hyeme aliquem tepore<m> concipiat. Porticus furcis, asseribus, et fronde formandi, {quae} <qui> vel scandulis, vel si copia suppetit, tegulis, vel, si facilius, et sine impensa placuerit, caricibus, aut genistis tegendi, ut aestate caloris saevitia temperetur, animaliaque ceu in umbra degant. Columella⁵⁷² monet, ut pulvis siccus, et cinis, ubicunque cohortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponatur, ut sit, quo aves se perfundant. Nam his rebus, inquit plumas,

suggestion. The latter says: If you wish to raise two hundred birds you need to assign a fenced-in place, in which two large adjacent rooms must be built, facing east, both of them around ten feet long, less than a half in width, and a little lower in height. The windows of each room should be three feet wide and one foot higher, made of wide weaved wickers, so that they may furnish much light and without through them anything can enter which might harm the hens. Place between the two rooms an opening through which the chicken keeper can pass, who takes care of the hens. In the rooms, have many perches crossing through so that they can support all the hens. In front of each perch there should be nesting places dug in the wall. In front of the pen let there be a fenced-in place where the chickens can walk during the day and tumble about in the dust. Further, let there be a large cell in which the keeper stays, so that in the walls all around there are all the nests of the hens, either dug or firmly attached, for movement is harmful when hens are incubating.

Thus far Varro, although Florentinus* forbids no more than fifty hens should be raised in one pen because they would grow weak in cramped quarters. Therefore the hen house must be large. Columella also wrote that two hundred birds require the care of one custodian and that such a care must be active, so that some subjects may not be stolen by men or dangerous animals. As far as chickens' yard is concerned, it should be open southward and facing the sun so that it may more easily receive some warmth in winter. There should be built sheds made of forks, beams and wreaths of foliage and roofed with laths, or tiles if there is enough of them, or, if it is easier and without expense, covered with rushes or brooms to temper in summer the fierce heat and the animals can live as in the shade. Columella advises that dry dust and ashes be scattered near the walls wherever the shed or the roof protect the yard so that there is a place where

gallinas. Contra singulas perticas in pariete exclusa sint cubilia earum. Ante sit, ut dixi, vestibulum saeptum, in quo diurno tempore esse possint atque in pulvere volutari. Praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia plena sint cubilia gallinarum aut exculpta aut adfecta firmiter. Motus enim, cum incubat, nocet.

⁵⁷¹ Il conforto che la larghezza sia *tripedali* e non *bipedali* ci viene anche da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 424: Si ducentas alere velis, locus septus attribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedes, latitudine dimidio minores (latitudine paulo minus, Crescenti) et altitudine paulo humiliores. Utriusque fenestrae latitudine tripedali, et co(uno)pede altiores, e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit quod nocere solet gallinis. - Ma anche Gessner ha *ducentas* invece di *ducentos*.

⁵⁷² *De re rustica* VIII,4,4: Siccus etiam pulvis et cinis, ubicunque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietem reponendus est, ut sit quo aves se perfundant. Nam his rebus plumam pinnaeque emundant, si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues caeno, cohortales aves pulvere lavari. - *Heraclito* invece di *Heraclito* è tratto bellamente da Conrad Gessner *Historia animalium* III (1555) pag. 425: Siccus etiam pulvis, et cinis ubicunque cohortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, ut sit, quo aves se perfundant. nam his rebus plumam, pinnaeque emundant: si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues coeno, cohortales aves pulvere, vel cinere lavari, Columella.

pennasque emundant, si modo credimus Ephesio {Heraclito} <Heraclito>, qui ait⁵⁷³, sues coeno, aves cohortales pulvere vel cinere lavari.

Qui itaque emolumentum causa hocce avium genus educare volunt, aediculam qualem ex Columella, vel ex Varrone descripsimus, aedificare poterunt, et quae sequentur, diligenter observare. Nonnulli, teste Leontino, {domunculos} <domunculas>, et nidus purgant, ipsasque aves sulphure, asphalto, pice{a} lustrant, sed et ferri laminam, ac clavorum capita, atque lauri surculos imponunt nidis, ut quae ad arcenda prodigia (textus Graecus habet *διοσημείας* tempestates) omnia magnam vim habere videntur. Sed eiusmodi remedia, ut diximus nimiam sedulitatem veterum declarant.

Gallorum etiam ratio habenda est ut totius Gallinarum numeri sexta pars mares sint, sed id minime observatur a nostris Gallinariis, cum alioqui haud ab re ab antiquis Geoponicis ea norma tradita sit. Quoniam si plures Gallinae fuerint, Gallum nimio coitu enervant. Si ergo forte evenerit, quod Gallum vel noviter emeris, vel dono acceperis, eumque in corte tua {eum} <cum> reliquo grege educare volueris, non temere statim, ac fortuito solutum dimittes. Sed curabis, si alii Galli ibi sint, ne ab eis fugetur. Aelianus⁵⁷⁴ eiusmodi Gallum recentem sponte fugitivum ad suos familiares, et compascales, utcunque procul allatus fuerit, se recipere tradit, ideoque custodia ipsum muniendum, et vinculis occultioribus, quam quibus apud Homerum⁵⁷⁵ {Vulcanus} <Mars> irretitur, coercendum, idque hunc in modum effici, si ei fidem adhibes, (nam revera fabulam sapit) mensam super qua cibum capere soles, in medium cortis siste, et Gallum ter circa ipsam circumfero, atque ita cum caeteris avibus domesticis liberum dimittito. Sic enim tanquam vinctus nusquam aufugiet. Sed Gallus ad suos non revertetur, ut ille ait, nisi a vicinis tuis illum emas, nam tunc propter veterem pellicum amorem facile domum repetit.

the birds may take a bath. For with these things, he says, they clean their plumes and feathers, if we just believe Heraclitus of Ephesus*, who says that pigs wash themselves with mud and barnyard fowls with dust or ashes.

Therefore those who wish to make money from raising this genus of birds can build a small pen such as I have described from Columella and Varro and observe carefully the following suggestions. According to Leontinus - a geponic*, some people purify the little houses and nests, and the birds themselves, with sulphur*, asphalt - or bitumen*, pitch, but they also place a thin sheet of iron and heads of nails as well as sprigs of laurel* on the nests because these things seem to have great power in driving off bad things (the Greek text has *diosēmeias* - prodigies, heavenly signs - that is, disasters). But remedies of this kind, as I said, indicate the excessive zeal of the ancients.

We must also make allowance for the roosters, so that the males are a sixth of hens' number, but this is by no means observed by our poultry keepers, although this standard has been handed down not motiveless by ancient geoponics. Since if there are several hens, they wear out the rooster by too much copulation. Therefore if it happens that recently you buy or receive as a gift a rooster and wish to raise him in your barnyard with the rest of the flock, do not at once release him to run rashly and haphazardly. But take care that he is not driven away by other roosters, if there are any there. Aelian* reports that such a recently arrived rooster spontaneously runs away to his friends and feeding partners, from however far off he has been brought, and thus must be guarded and bound with chains more invisible than those by which Mars* - see *The cheated on Vulcan**, according to Homer*, is snared. It can be done in this manner, if you have faith in him (for in fact his words smack of a fable): place the table on which you are accustomed to take your food in the middle of the barnyard and carry the rooster three times around it. Then let him run free with the other domestic birds. For in this manner as if chained he will run away nowhere. But a rooster

⁵⁷³ Eraclito di Efeso, *Sulla natura*, fr. 37 Diels-Kranz.

⁵⁷⁴ *La natura degli animali* II,30.

⁵⁷⁵ *Odissea* 8,274 sgg. (Francesco Maspero, 1998) The reference in Homer's *Odyssey* 8. 266-366, should be to Ares, not Vulcan. (Lind, 1963) - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 404: Alectryon quidam adolescens Marti acceptus fuit, quem Mars aliquando cum Venere concubiturus in domo Vulcani pro vigile secum ducebat, ut si quis appareret, Sol oriens praesertim, indicaret. Ille vero somno victus cum Solis ortum non indicasset, Mars a Vulcano deprehensus et irretitus est. Qui postea dimissus, Alectryoni iratus in avem eum mutavit una cum armis quae prius gerebat, ita ut pro galea cristam haberet. Itaque memor deinceps huius rei alectryon, etiam nunc ales, id tempus quo Sol prope ortum est, quo scilicet Vulcanus domum reverti solebat, cantu designat. Fabulam memorant Lucianus, et ex eo interpretatus Caelius Rhodiginus, et Aristophanis Scholiastes, et Eustathius in octavum Odysseae, et Varinus.

Quod vero ad reliquam ὀρνιθοτροφίαν, seu, ut Columella⁵⁷⁶ vertit, rationem cohortalem attinet, ea iam in solo victu, et potu consistere videtur. Victus autem ratio ob duas potissimum causas instituitur, ut scilicet vel ova pariant, et proli {incubant} <incubent>, vel pro hominum futuro pastu saginentur. Sed cum animantia sint pamphaga, nihilque non devorent, absumantque naturae suae caliditate {adiuti} <adiuta>, adeo ut non solum praeter omnia fere granorum genera, omnium animantium cum terrestrium, tum aquatiliū carnibus oblectentur verumetiam nec humanis stercorebus, nec serpentibus, scorpionibus, eiusmodique animalibus, venenatis sibi temperent, quinim<m>o conficiant ac nonnunquam arenas, lapillosque ingluvie sua devoratos, teste Dioscoride⁵⁷⁷, dissolvant: nam cum hos in ventriculo aperto tantum reperire sit, (unde et Gallicum vulgus, ut scribit Laurentius Io<u>bertus⁵⁷⁸ Gallus, earum avium ventriculū {perie} <perie> vocat a petris, quas patria lingua peiras dicunt⁵⁷⁹) nunquam vero in intestinis, itaque non dissolvi tantum, sed confici etiam ab illis quispiam non inepte iudicet, quia non prius descendit conclusa ventriculo materia, quam sit emollita, et in {chylum} <chylum>⁵⁸⁰ conversa. Quinim<m>o avium genus, maxime earum, quae non sunt carnivorae, et seminibus pascuntur potissimum, ut Gallinae, ventriculū membranā habet densissimā, in eaque nativum calorem valde acrem, ut est in c<h>alybe ignito ob subiecti soliditatem.

does not return to his friends, as Aelian says, unless you buy him from your neighbors, for then, because of an old love for his concubines, he easily seeks his home again.

As to the remaining things pertaining to chicken raising - *ornithotrophian* - or, as Columella translates, *ratio cohortalis* - the barnyard science, they seem finally to concern only food and drink. The method of feeding is determined chiefly by two purposes, that is, so that either they lay eggs and take care of offspring or they are to be fattened for human food. But since these animals are omnivorous and there is nothing they do not devour and swallow, helped by the heat of their nature, to such an extent that not only beside almost all kinds of grain they enjoy the flesh of all land and water animals, but they do not refrain from even human dung or serpents, scorpions, and poisonous creatures of this kind, and sometimes they even eat sand, and, according to Dioscorides*, they dissolve swallowed pebbles by their own stomachs. For since such things have been found only in their opened stomachs (whence also the French people, as the Frenchman Laurent Joubert* writes, call the stomach of these birds *perie* from *petrae*, stones, which they call in their language *peiras*) but never in their intestines, whence one would not conclude out of turn that these things are not only dissolved by them, but also produced, for whatever material there is in the stomach does not descend before it is softened and converted into chyle* - today called chyme. Furthermore the genus of birds, especially those who are not carnivorous and feed mainly on seeds, such as hens, have a very thick membrane of the stomach and in it a very keen native heat, as there is in steel* which is made hot by the compactness of the material which lies beneath it.

⁵⁷⁶ *De re rustica* VIII,2,6: His enim curis et ministeriis exercetur ratio cohortalis, quam Graeci vocant ornithotrophian.

⁵⁷⁷ La citazione non è farina del sacco di Aldrovandi, bensì di quello di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 383: Gallinae calida natura praeditae sunt. nam et venena conficiunt, et aridissima quaeque semina consumunt. et nonnunquam arenas lapillosque ingluvie sua devoratos dissolvunt, Dioscor. - Salvo leggere tutto quanto il testo di Dioscoride nelle svariate edizioni, nonostante un accanimento e una perseveranza da certosino mi è risultato impossibile localizzare questa affermazione di Dioscoride riferita da Gessner. Dioscoride può benissimo aver affermato tutto ciò, oppure si tratta di un'erronea citazione di Gessner a noi propinata da Aldrovandi.

⁵⁷⁸ Laurent Joubert, *Disputatio de febribus putridis; in qua tria de febribus paradoxa L. J. excutiuntur* (1580); cited by Aldrovandi as *In Apologia pro paradoxis*, Book 7, Decade 2. (Lind, 1963)

⁵⁷⁹ Aldrovandi ne ha già parlato a pagina 199: Gallicum vulgus, quod tanquam parergon interiectum esto, inquit Laurentius Ioubertus, Gallinarum ventriculū, si bene memini, perie vocat a petris, quas patria lingua peiras dicunt: quoniam raro absque lapillis reperitur. - Roberto Ricciardi puntualizza che in dialetto alessandrino - oltre che in quello valenzano - si dice pré, essendo *preia* la pietra.

⁵⁸⁰ Confronta per esempio Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 442: Alii cum vitelli sic in patella assi ad chylum illum pervenerunt, amplius adhuc coquant, donec materia tota siccari ac denigrari incipiat: quae paulo post iterum liquescet, et multum humorem nigrum et ex adustione graveolentem remittet.

Atque ut is calor conservetur, est tunicae illi {circumdicta} <circumducta> [231] caro multa, densaque ac crassa: ut non sit mirum aves solidissima quaeque posse conficere. Cum itaque iam ita omnia devorent, naturaque ventriculum largita sit tam mirifice calidum, iure merito de edacibus, helluonibusque hominibus ac omnia sua ligurientibus natum est adagium *Gallorum incusato ventrem*⁵⁸¹, quod ex Aristophane⁵⁸² desumptum videtur: ait enim:

*Mibi dixerat ventrem esse Gallinacei
Velociter enim concoquet hoc argentulum.*

Ut modo partum Gallinarum promoveamus, commodumque ex iis nobis percipiamus, cibos convenientes exhibebimus, cavebimusque ne devorent, quae sterilitatem inducant. Columella⁵⁸³ pro optimis cibariis praeberi scribit hordeum pinsitum, et viciam, nec non cicerculam, tum etiam milium, aut panicum: sed haec ubi {utilitas} <vilitas> annonae permittit: ubi vero ea est carior, excreta tritici minute commode dari: quod per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non utiliter praebetur <, quia obest avibus>. Posse etiam lolium decoctum offerri, nec minus furfures modice a farina excretos: hos vero si nihil habeant farris, non esse idoneos, nec tantum appeti <ieiunis>. Palladius⁵⁸⁴ ova maiora parere tradidit, et saepius, si hordeum semicoctum exhibeatur. Rasis idem facti<ta>turas promittit Nasturtii seminibus tritis, cum furfure, et cum vino {subactas} <subactis>, ac in cibum oblatis. Item magna ova tibi parient Gallinae, si testam Laconicam tusam furfuribus, et vino admiscueris, et subactam Gallinis obieceris: item ad eundem effectum rubricam dissolutam cibo earum

And, so that this heat may be conserved there is much dense and thick flesh surrounding that tunic. Thus it is no wonder that birds can break into bits the most solid things. Since in this way they can eat up everything and nature endowed them with a stomach so marvelously hot, it is with justice that the proverb *You will find fault with the belly of roosters* has arisen, which is applied to voracious and greedy men who lick up all their things, which seems to be drawn from Aristophanes*, for he says:

*He had told me I had the belly of a rooster
For it quickly will digests this little silver coin.*

But in order to increase the production of hens and obtain a profit from them, we shall give them suitable foods, and warn against they swallow those which induce sterility. Columella* writes that among the best foods to be given them are crushed barley* and vetch*, as well as chick-peas*, then also millet* or foxtail millet*, but these last two when the low price of grain is allowing: but when it is more expensive, chaff from wheat in small quantity may conveniently be given. This grain by itself, even in places where it is very cheap, is not profitably given, being harmful to birds. Boiled darnel* may also be offered as well as bran if only partially separated from meal, but if there is no meal with the bran it is not suitable nor they have longing for it when have an empty crop. Palladius* reported that they lay larger eggs and oftener if you feed the hens half-boiled barley. Razi* promises that they usually will do this with crushed nasturtium* seeds mixed with bran and wine and offered as food. Likewise the hens will lay large eggs for you if you mix bran and wine with a crushed Laconian* earthenware pot, and offer to them after you have mixed it. Likewise for the same effect mix

⁵⁸¹ Aldrovandi, da buon prestigiatore, manipola il proverbio di Erasmo*, per cui da *Gallorum incusare ventres* crea un *Gallorum incusato ventrem*, e lo fa passare come suo, tralasciando di citare la fonte. Ben diversamente si è comportato Gessner nel riportare tutta la sfilza di proverbi desunti da Erasmo. Se a qualcuno desse fastidio questa mia ennesima filippica contro Aldrovandi, la riprova sta nel fatto che *Mibi dixerat ventrem esse Gallinacei | Velociter enim concoquet hoc argentulum* corrisponde al 100% con quanto scritto da Erasmo. - Nell'edizione degli *Adagia* di Erasmo del 1550 (Lugduni, apud Sebastianum Gryphium) questo proverbio corrisponde a II,10,97 (Chiliadis II Centuria X - XCVII).

⁵⁸² Dalla commedia composta nel 422 aC: Σφήκες - *Le vespe*, 794-95. Ecco il relativo testo completo. È Filocleone che parla: Ἀλεκτρυόνης μ'ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν, | "Ταχύ γοῦν καθέψεις τὰργύριον", ἢ δ'ὄς λέγων.

⁵⁸³ *De re rustica* VIII,4,1: Cibaria gallinis praebentur optima pinsitum hordeum et vicia, nec minus cicercula, tum etiam milium aut panicum. Sed haec ubi vilitas annonae permittit; ubi vero ea est carior, excreta tritici minuta commode dantur. Nam per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non utiliter praebet, quia obest avibus. Potest etiam lolium decoctum obici, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tamen appetuntur ieiunis. § È assai verosimile che Aldrovandi abbia dedotto *minute* dal testo di Gessner (*Historia animalium* III, 1555, pag. 432): ubi vero ea est carior, excreta tritici minuta commode dantur. nam per se id frumentum, etiam quibus locis utilissimum est, non utiliter praebet, quia obest avibus. Oppure Aldrovandi ha dedotto il testo di Columella dalla stessa fonte utilizzata da Gessner. Sta di fatto che, se si usa l'avverbio *minute* associato a *quia obest avibus*, questo *minute* lo si traduce benissimo con "in piccola quantità", visto che nuoce ai polli. Invece Aldrovandi omette *quia obest avibus*, per cui bisognerebbe emendare con *minuta*. Ma vale la pena emendare aggiungendo *quia obest avibus* di Columella (e di Gessner) e lasciare inalterato *minute*.

⁵⁸⁴ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 1: Hordeo semicocto et parere saepe coguntur et reddunt ova maiora. Duobus cyathis hordei bene pascitur una gallina, quae circuit.

admiscebis.

Sunt qui parere nequeuntibus Gallinis Melanthii semen, quod vulgo gith vocatur, exhibeant. Matthiolus⁵⁸⁵ experientia sese compertum habere asserit Gallinas, quae hyeme, quo tempore propter algoris saevitiam raro ova parere solent, cannabis semine vescuntur, numerosiore ovorum partu gaudere, et Brasavola per totam hyemem ova {a}edere testatur. Quod certe insigni privilegio fecerint, cum alioqui, teste Simeone Sethi, cannabis semen in homine genituram instar caphurae exiccet. Sunt qui furfuribus coctis tanta crassitie, quanta sumi a Gallina poterunt matura Urticae semina immiscent, et sic per hyemem incalescere, et foecundiores fieri promittunt: aliqui etiam urticas exiccant, manibus atterunt, in futuram hyemem servant, et in aqua pro illarum cibo decoquunt ob eandem scilicet causam.

Sed Brasavola ex semine urticae idem promittit, quod alii ex cannabis semine. Aliqui item viscum decoquunt: cuius quidem pabulo foecunditatem dari cuicumque animali, Plinius alibi⁵⁸⁶ auctor est. Crescentiensis gralegae, sive rutae caprariae⁵⁸⁷ semen dicere quosdam asseverat, mirabiliter foecunditatem Gallinarum augere. Contra vinacea sterilitatem inducunt. Quae res nostras mulieres minime latet, quando prorsus cavent ne toto eo tempore, quo pariunt, ea degustent. Unde Andreas a Lacuna non parum hallucinatus videri potest, {γόνιμα} <γόνιμον>⁵⁸⁸ quod ex vinaceis acinis cohiberi Florentinus scribit, firmitudinem vertens,

pulverized red earth with their food.

There are those who would offer hens who are not able to lay eggs the seed of nigella*, which is commonly called gith*. Pierandrea Mattioli* asserts on the basis of his own experience that those hens who because of the severity of winter cold are accustomed to lay few eggs produce more of them when they eat hempseed*, and Antonio Brasavola* declares they lay eggs throughout the entire winter. They certainly obtained this thanks to a singular privilege, because in other respects, according to Simeon Sethi*, hempseed, like camphor*, dries out the seminal fluid in humans. There are some people mixing ripe nettle* seeds with bran cooked to as great a thickness as the hen can consume, and they assure that thus they grow warmer during the winter and more fertile. Some also dry out nettles, crumble them with their hands, save them for the coming winter and cook them very well in water for feeding them, of course for the same purpose.

But Brasavola promises the same result from nettle seed as others do from hempseed. Likewise some cook a long time the mistletoe; elsewhere Pliny* says that using it as food it gets fertility for any animal. Pier de' Crescenzi* asserts that some people say the seed of *gralega**, or goat-rue, increases remarkably the fertility of the hens. Dregs of pressed grapes, on the contrary, induce sterility. Our women know this very well since they take care during the entire laying season that the hens do not taste them. Therefore Andrés de Laguna* seems to have strayed widely from the truth in translating the Greek word *gónimon* - fertile - as *strength*, which Florentinus* writes is inhibited by grape husks,

⁵⁸⁵ *Commentari a Dioscoride III*, 148. (Aldrovandi)

⁵⁸⁶ Plinio, parlando del visco: *NH XVI*,251: Fecunditatem eo potio dari cuicumque animalium sterili arbitrantur, contra venena esse omnia remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est. - XXIV,12: Quidam et galbanum adiciunt pari pondere singulorum eoque modo et ad vulnera utuntur. unguium scabritias expolit, si septenis diebus illinantur nitroque conluantur. quidam id religione efficacius fieri putant prima luna collectum e robore sine ferro, si terram non attingerit; comitialibus mederi, conceptum feminarum adiuvaré, si omnino secum habeant; ulcera commanducato inpositoque efficacissime sanari.

⁵⁸⁷ La citazione non è tratta direttamente da Pier de' Crescenzi, bensì da quella fonte inesauribile rappresentata da Conrad Gessner *Historia animalium III* (1555) pag. 426: Gralegae (Rutae caprariae) semen dicunt mirabiliter foecunditatem gallinarum augere, Crescentiensis. - La dimostrazione che la fonte è Gessner è rappresentata dalla sinonimia fra *galega* - o *gralega* - e *ruta capraria* reperibile nelle opere botaniche dello zurighese. - Gessner deve aver tratto il testo di de' Crescenzi da un'edizione latina di *Ruralium commodorum libri XII* e magari da quella edita a Basilea nel 1548 che va sotto il nome di *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*. Infatti nell'edizione del 1490 della traduzione italiana di *Ruralia commoda* non ricorre la voce singola *Gralega* come invece avviene nell'edizione latina del 1548, perlomeno nel libro VI dedicato alle erbe. - Ecco il testo di de' Crescenzi: Gralega dicitur impinguare terram si viridis vertatur in eam. Itidem dicitur quod eius semen mirabiliter facit ovare gallinas. (liber VI, pag. 216 *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*, 1548)

⁵⁸⁸ Il download è verosimilmente avvenuto da Conrad Gessner in *Historia Animalium III* (1555), pag. 432: Maxime observandum ne vinaceos acinos vorent, ut qui foecunditatem (Andreas a Lacuna vertit firmitudinem. legit enim {μόνιμα} <μόνιμον> non {γόνιμα} <γόνιμον>, quod non probo) earum cohibeant, Florentinus.- Si emenda in base a *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De re rustica eclogae* - recensuit Henricus Beckh (Teubner, 1994) - 14,7,4: Ὅταν δὲ ὠτοκῶσι, παρατηρεῖν μάλιστα χρῆ, ὅπως μὴ γίγαρτα φάγωσι. τὸ γὰρ γόνιμον αὐτῶν ἐπέχει. - Oltretutto Gessner nel suo *Lexicon graecolatium* (1537) dà γόνιμος solo come sostantivo maschile e non come aggettivo, anche se poi, incomprensibilmente, lo traduce come aggettivo: Γόνιμος. ου. ὁ. fertilis, naturalis, genitalis, prolificus.

cum foecunditatem transferre debebat: sed, ut videtur nominis vicinitate falsus {μόνιμα} <μόνιμον> legit.

Vetus item hactenus opinio inolevit fabarum esum Gallinis sterilitatem conciliare: inde, ut apparet, nata, quod Theophrastus⁵⁸⁹ earum putamina radicibus arborum apposita vitam penitus tollere scripserit: etsi interim nullam Gallinarum mentionem faciat, tantum abest, ut earum esum illis interdicat ut postmodum Clemens⁵⁹⁰<,> Apollonius⁵⁹¹, Avicenna, multique recentiores fecerunt. Cum vero fabas inflare nulli non notum sit, et infantia omnia venerem cieri, plane videre nequeo, cur ob dictam causam Gallinae earum esu abstinere debeant. Quare etiam eorum sententiam probare minime possum qui Pythagoreos tradunt fabarum esum vetasse, quoniam comesae mulieres infoecundas reddant⁵⁹². Quinim<m>o contra Plutarchus⁵⁹³ aliam causam affert, cur Pythagoras a fabis abstinere voluerit, nempe quod omnia legumina spiritum, et humorem impurum ingenerent in corporibus atque hanc ob causam ad venerem incitent. In eadem sententia Cicero⁵⁹⁴ fuisse videtur, cum scribit ad hunc modum. *Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque adferat. Ex quo etiam Pythagor{a}eis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habe{a}t inflationem magnam {in cibus} <is cibus>, tranquillitati mentis qu<a>erenti vera contrariam.*

when he should have said *fecundity*, but, as it seems, he has read *mónimon* - steady - because deceived by the similarity of the word.

Likewise an old belief which lasted until the present time inculcated the conviction that eating broad beans induces sterility in hens: seemingly this arose from the fact that Theophrastus* wrote their hulls laid at the roots of the trees take away the life completely: nevertheless meanwhile he makes no mention of hens, he is so far from forbidding them to eat broad beans, as later Titus Flavius Clemens*, Appollonius Discolus*, Avicenna* and many more recent authors have done. But since everyone knows that broad beans inflate and everything that inflates encourages sexual appetite, I certainly cannot see why hens should abstain from eating them because of the above-mentioned reason. Therefore I cannot share at all the opinion of those who report that the Pythagoreans* forbade the eating of broad beans, since they render barren the women who have eaten them. Or rather, Plutarch* reports on the contrary another reason why Pythagoras forbade the eating of broad beans, namely because all legumes generate an impure breath and humor inside the bodies - the favism* - and thus incite sexual lust. Cicero* seems to have been of the same opinion when he writes in this way: *Therefore Plato* advises to go to sleep with bodies so prepared that nothing is able to bring to the soul restlessness or trouble. Also for this reason, it is thought the Pythagoreans were forbidden to eat broad beans, for this food produces great flatulence which is detrimental to the peace of the mind for who is in search of the truth.*

⁵⁸⁹ *De causis plantarum* V,21. (Aldrovandi) - In *Theophrasti Eresii opera omnia* (Fridericus Wimmer - Parigi, Didot, 1866) non esiste il capitolo 21. Il libro V finisce con il capitolo 18. Come suggerito da Roberto Ricciardi, verosimilmente si tratta del libro IV,14,2: Inter legumina rubigine maxime corripitur faba, tum propter foliorum multitudinem in partibus omnibus, tum quia densa seritur, tum etiam quia propter raritatem maxime humorem attrahit, denique quia omnium maxime terrae propinquum fructum habet: maxime enim partes inferae putrescunt, quoniam minime a vento teguntur. Ac omnino legumina ejusmodi rubigini sunt obnoxia.

⁵⁹⁰ *Stromata*, 3. (Aldrovandi)

⁵⁹¹ *Historia mirabilium*. (Aldrovandi)

⁵⁹² Ciò che dice Aldrovandi è vero. Infatti Pitagora diceva che mangiare le fave è lo stesso che mangiare la testa dei genitori. E Luciano, nel suo dialogo *Il sogno ovvero il gallo - Óneiros ē alektryon* - fa esprimere Pitagora, reincarnatosi in un gallo, con queste parole: 5 - GALLO Perché tu non conosci, Micillo, qual è la ragione di ciò, né cos'è che si conviene a ciascuna vita. Effettivamente a quel tempo io non mangiavo le fave: ero filosofo. Ora invece le mangerei, perché è un alimento buono per i volatili, a noi non interdetto. Ma, se ci tieni, allora ascolta com'è che prima ero Pitagora e adesso sono così, e quante vite passate ho già alle spalle, e cosa ci ho guadagnato da ciascuna nel loro succedersi. (traduzione di Claudio Consonni)

⁵⁹³ *Problemata* (Aldrovandi). - *Quaestiones convivales* II,3,1 635 E - VIII,8,2 729A - *De Iside* 352F, 359F - *Moralia* 286D - *Aetia Romana* 95,286E: "Ἔστι δὲ τὰ ὄσπρια (= τοὺς κιάμους) πνευματώδη καὶ περίττωμα ποιεῖ πολλῆς καθάρσεως δεόμενον. Ἡ ὄτι καὶ πρὸς συνουσίαν παρορκᾷ διὰ τὸ φυσῶδες καὶ πνευματικὸν;

⁵⁹⁴ *De divinatione* I, XXX, 62: Epicurum igitur audiemus potius? Namque Carneades concertationis studio modo ait hoc, modo illud; at ille quod sentit: sentit autem nihil umquam elegans, nihil decorum. Hunc ergo antepones Platoni et Socrati? Qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent. Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus adfectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque adferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quaerenti vera contrariam.

Hieronymus {Mercuriaris} <Mercurialis>⁵⁹⁵ denique medicus nostri aevi longe celeberrimus, mihiq; amicissimus non tantum in eadem mecum opinione est, sed de Theophrasti verbis etiam dubitare videtur, et revera nostri agricolae ut uberiores segetem faciant, fabam prius seminant, quod pinguedinem quandam in terra relinquere noscant, unde subsequenti anno frumenti copiam maiorem colligant, tantum abest, ut sterilitatem agris inferre existiment. An vero earum cortices, ut vult Theophrastus, arbores extinguant, an non, compertum minime habeo et penes illum fidem eius relinquo. Esset vero super hac re diligens, prudensq; agricola consulendus. Ego itaque fabas Gallinis minime interdixerim, sed potius laudaverim. Nam et {Bavatos} <Batavos> audio apud quos fabae vilis annona est, Columbibus dare, ut ad venerem alacriores reddantur, et per consequens citius pariant.

Finally Girolamo Mercuriale*, a very celebrated physician of our time and a great friend of mine, not only shares my opinion but seems even to doubt the words of Theophrastus. Actually our farmers, in order to produce a more fertile ground, first they plant broad beans, because they know that they leave as a fat in the soil, so that in the following year they gather a larger crop of wheat, so far are they from believing that they bring sterility to the fields. As to whether their hulls destroy trees or not, as Theophrastus claims, I have no knowledge whatever, and I leave him in possession of his faith. A careful and judicious farmer should really be consulted in this matter. Thus I should by no means deny broad beans to the hens, but should rather praise them. For I hear that the Dutch, among whom broad beans are cheap foodstuffs, give them to doves to make them more active sexually and hence so that they lay faster.

Page 232

Vinaceis vero omnino abstinere iusserim, [232] quod quanvis tolerabiliter pascant, ex eorum tamen usu, raro pariant, et ova exigua faciant. Sint igitur ipsis cibus post autumnum, cum a partu cessant. Quod etiam Columellae praeceptum est. Eo tempore, inquit⁵⁹⁶, quo parere desinent aves, id est, ab idibus Novembris pretiosiores cibi subtrahendi sunt, et vinacea praebenda, quae satis commode pascunt adiectis interdum tritici excrementis. Vitentur herbae amarae, maxime {absinthium} <absinthium>, siquidem ex eius esu ova amarissima pariunt. Sunt qui ex impura cibaria pascentibus Gallinis putrida plerunque venenataque ova nasci velint, et excrementosa, si humanas faeces comederint. Lupinis etiam abstinere debent ob eandem causam, tum vero quod sub oculis grana gignant, ut Crescentiensis observavit⁵⁹⁷, quae nisi acu, teste Palladio⁵⁹⁸, leviter apertis pelliculis auferantur, oculos extinguunt.

But I would like to advise that hens ought to abstain absolutely from grape husks since, although they are fairly well nourishing, they seldom lay eggs and small ones when using them. Therefore they must be a food for them after the autumn when they stop laying. This is also an advice of Columella*. He says: *At the time when the birds cease laying, that is, starting from the ides of November - November 13th, more expensive foods should be withheld, and grape husks given them since they are satisfactory nourishing, occasionally adding wheat discards.* Bitter herbs should be avoided, chiefly wormwood*, because when eating it they lay very bitter eggs. There are people who think that from hens eating impure foods they take birth generally rotten and poisoned eggs, as well as with taste of excrements if they ate human feces. They should also abstain from lupines* for the same reason, as well as for the reason that granules occur under their eyes, as Pier de' Crescenzi* observed, which cause the loss of the sight unless, as Palladius* reports, they are removed with a needle after the thin skin covering them has been delicately opened.

⁵⁹⁵ *Variae lectiones* IV,5. (Aldrovandi) - Editio a Venezia nel 1570 da P. e A. Meietus. (Lind, 1963)

⁵⁹⁶ *De re rustica* VIII,5,25: Eodem quoque tempore cum parere desinent aves, id est ab Idibus Novembribus, pretiosiores cibi subtrahendi sunt et vinacea praebenda, quae satis commode pascunt, adiectis interdum tritici excrementis.

⁵⁹⁷ Pier de' Crescenzi non ha osservato un bel niente. Egli si limita a ripetere pedissequamente quanto riferito telegraficamente da Palladio. Per cui non vale neppure la pena citare quanto contenuto nel suo *Ruralium commodorum* - Libro IX - Di tutti gli animali che si nutricano in villa - capitolo LXXXVI - Delle galline - pagina 241 (traduzione italiana stampata nel 1490, di proprietà della Army Medical Library (n° 32563) Washington DC, USA - pubblicata da <http://gallica.bnf.fr>)

⁵⁹⁸ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 2: Si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt. Quae nisi acu leviter apertis pelliculis auferantur, extinguunt. - A mio avviso non si tratta di un effetto dei lupini, bensì della manifestazione cutanea del difterovaiolo aviario. Vedi il lessico alla voce Pipita*.

Uvae, quarum alioqui sapore maxime afficiuntur, propter vinacea prohibentur, quae steriles reddunt, tum etiam, quod pituitam generent communem huius avium generis pestem, maxime si immaturae fuerint. Idem incommodum ficus adferunt, quorum esu non minus gaudent, et perperam Ornithologus⁵⁹⁹ aut lectum ab Hermolao⁶⁰⁰, aut male intellectum hoc Graecum carmen suspicatur.

Σύκα φιλόρνιθε{ο} <σ>σι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν, id est:

Ficus amant aves, plantare vero nolunt.

Cum ceu proverbialiter recenseat Gallinaceos amantibus {ficus} <ficum>⁶⁰¹ ne serito: quasi vero Barbarus Gallinaceos neget ficus amare. Sed hoc voluit indicare, ut qui eiusmodi aves lucri causa educant, ficus non offerant, quod, ut dixi, pituitam generent. Ut igitur huic malo obviam eas, caprificum una cum cibo decoctam offeres, atque ita, teste Columella, ficus fastidire facies. Item uvarum fastidium inducit uva labrusca de vepribus immatura lecta. Plinius alibi simpliciter cibo incoctam dari iubet, alibi cum farre mistam⁶⁰². Columella⁶⁰³ cum farre triticeo minuto coctam esurientibus obijci vult, polliceturque eius sapore offendi ita aves, ut omnem aspernentur uvam. Sed videndum est, num eandem plantam intellexerit, quam Plinius. Hic enim alibi⁶⁰⁴ etiam uvae florem id praestare

Grapes, by whose taste on the other hand they are exceedingly attracted, are forbidden on account of the grape-stones, which make them sterile, and also because they cause the pip*, a common disease among this genus of birds, especially if grapes are immature. Figs cause them the same disease, and in eating them they do not take less pleasure, and the Ornithologist is suspicious that the following Greek verse has been either misread or misunderstood by Ermolao Barbaro*.

Sýka phil'orníthessi, phyteúein d'ouk ethélousin, that is:
The birds like the figs, but they do not wish to plant them.

Since by a sort of proverb he bids: you don't will plant a fig for those who love chickens; as though Ermolao Barbaro affirms that chickens don't like figs. But he wished to indicate this: so that those who raise chickens for profit should not offer them figs, because, as I said, they cause the pip. Then, to ward off this disease you should offer the hens boiled wild figs* with their food and thus, as Columella testifies, you will make them dislike figs. Likewise the wild grape - or *lambrusca**, picked unripe among thorny shrubs, gives a dislike for different kind of grapes. In a passage Pliny* urges it must be cooked and given them as food just as it is; in another it must be given mixed with emmer* meal. Columella wishes it to be given hungry hens boiled with fine wheat flour, and promises that its taste will so disgust the birds that they will refuse all grapes. But it must be seen whether

⁵⁹⁹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 410: Gallinaceos amantibus ficum ne serito, Hermolaus Corollario 194. Veluti proverbiale recenset. Ego Graecum carmen, *Sýka phil'orníthessi, phyteúein d'ouk ethélousin*: hoc est, Aves amant ficus, sed plantare recusant, perperam aut lectum ab eo, aut male intellectum suspicor.

⁶⁰⁰ *Corollarium in Dioscoridem* 194 (1516). - Ermolao Barbaro alla fine di questo corollario elenca alcuni proverbi relativi al fico e si astiene dal riferirne sia la fonte che il significato. Quindi Ermolao non accenna affatto di aver letto il verso greco di fonte gessneriana. Siamo di fronte a una tortuosa elaborazione da parte di Aldrovandi delle considerazioni sinteticamente espresse in via puramente ipotetica da Gessner. Ecco l'asettico testo di Ermolao per il quale voglio rispettare maiuscole e minuscole che a mio avviso ricorrono a casaccio: produntur & de hac arbore proverbia. ficum post piscem. legumina post carnem. gallinaceos amantibus ficum ne serito. Assentari nescio ficum ficum. Panem panem dico. Sacra ficus athenis vocabatur via quae ducit ad eleusinem.

⁶⁰¹ Ermolao Barbaro - così come citato da Gessner - ha *ficum* e non *figus*.

⁶⁰² *Naturalis historia* XIV,99: Universi numquam maturescunt, et si prius quam tota inarescat uva incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvae adpetendi. - Roberto Ricciardi afferma che non si trova in Plinio un passo in cui si parli della *labrusca cum farre*. È quindi assai verosimile che Aldrovandi si sia affidato ciecamente a Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 431: Id vitium maxime nascitur cum frigore et penuria cibi laborant aves. item cum ficus aut uva immatura nec (videtur menda) ad satietatem permissa est, quibus scilicet cibis abstinendae sunt aves: eosque ut fastidiant efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta, quae cum farre triticeo minuto cocta (Plinius simpliciter cibo incoctam dari iubet, alibi cum farre miscendam) obijcitur esurientibus: eiusque sapore offensae aves, omnem aspernantur uvam, Columella.

⁶⁰³ *De re rustica* VIII,5,23: Id porro vitium maxime nascitur cum frigore et penuria cibi laborant aves, item cum per aestatem consistens in cohortibus fuit aqua, item cum ficus aut uva immatura nec ad satietatem permissa est, quibus scilicet cibis abstinendae sunt aves. Eosque ut fastidiant efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta, quae cum hordeo triticeo minuto cocta obijcitur esurientibus, eiusque sapore offensae aves omnem spernantur uvam. Similis ratio est etiam caprifici, quae decocta cum cibo praebetur avibus, et ita fici fastidium creat.

⁶⁰⁴ *Naturalis historia* XIV,98-99: Fit e labrusca, hoc est vite silvestri, quod vocatur oenanthinum, floris eius libris duabus in musto maceratis. Post dies XXX utuntur. Praeter hoc radix labruscae, acini coria perficiunt. [99] Hi paulo post quam defloruere singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores, gelidissima, ut ferunt, natura. Pars eorum aestu moritur prius quam reliqua, quae solstitiales dicuntur. Universi numquam maturescunt, et si prius quam tota inarescat uva incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvae adpetendi.

scripsit his verbis: *Uvae florem in cibis si edere Gallinacei, uvae non attingunt*. Fortassis {oenanthe} <oenanthe>⁶⁰⁵ e Graeco uvae florem transtulit. A Dioscoride quidem memoratur genus vitis sylvestris sterile, quod fructum non profert, sed florem tantum, {quen} <quem> oenanthe vocant⁶⁰⁶. Sed Labrusca alioqui fructum fert, at exiguum eumque prius admodum austerum, post mellitum, atque dulcissimum.

Caeterum quaecumque dabitur esca per cohortem vagantibus, monet Columella⁶⁰⁷, ut die incipiente, et iam in vesperam inclinante bis dividatur, ne scilicet mane a cubili latius evagentur, et ante crepusculum vespertinum propter cibi spem tempestivius ad officinam redeant, possitque numerus capitum saepius recognosci. Nam omne volatile pecus pastoris custodiam facile decipit. Quantum autem cuique avi exhibendum est difficulter exprimi posse putem. Palladius⁶⁰⁸ tamen duobus hordei cyathis⁶⁰⁹, unam, quae vaga est, Gallinam bene pasci dicit.

Qui vero saginare eas, et ad mensae luxum educare volunt, diligentius, et maiori impensa eas nutriunt, ut ea dignam mercedem consequantur. Quae res antiquissima certe est, et quam Deliaci primi exercuisse perhibentur, de quibus ita Plinius⁶¹⁰: *Gallinas saginare Deliaci coepere: unde pestis exorta {optimas} <opimas> aves, et suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis caenarum interdictis exceptum invenio iam lege C. Fannii Cos. XI. annis ante tertium Punicum bellum, ne quid {volucrum} <volucra> poneretur praeter unam Gallinam, quae non esset altilis: quod deinde caput translatum per omnes leges*

he means the same plant as Pliny does. For the latter elsewhere wrote that also the grape flower accomplishes the same purpose, by these words: *If the chickens eat the flower of the grape in their food they do not touch grapes*. Perhaps he translated from the Greek *oenanthe* as grape's flower. Dioscorides* indeed mentions a kind of sterile wild vine which does not give a fruit but only a flower, which they call *oenanthe*. But however the *lambrusca* bears a fruit, which however is small, and which before is very sour, later honeyed and very sweet.

Whatever food is given the flock when it wanders through the barnyard, Columella advises that it must be divided in two times, at daybreak and towards evening, so that they will not wander far from the pen in the morning and will return to the poultry house early before evening twilight because of their hope of food, and the number of head can be repeatedly counted. For whatever flock of fowls easily deceives the check of the keeper. I should think it is difficult to tell how much food should be given each bird. Palladius said, however, that two *cyathi* of barley feed well a wandering hen.

But those who wish to fatten and raise them for table pleasures, they feed them more carefully and with greater expense, in order to obtain a worthwhile profit. This practice is certainly very ancient, and the inhabitants of Delos* are regarded as firsts to have carried it out, of whom Pliny writes as follows: *They have been the inhabitants of Delos who began to fatten hens, whence arose the very bad practice of eat up fat poultry basted in its own greasy. Among the ancient prohibitions concerning courses, in the law promulgated by the consul Caius Fannius* eleven years before the Third Punic War - 161 BC - I first find the prohibition of serving no course of fowl except a single not*

⁶⁰⁵ Il vocabolo greco di genere femminile *oinánthē* significa: gemma della vite, vite silvestre, fiore della vite, fiore della clematide.

⁶⁰⁶ Nell'edizione del *De materia medica* di Jean Ruel* del 1549 - e di conseguenza in quella di Pierandrea Mattioli* del 1554 - si parla della vite selvatica *oenanthe* nel libro V capitolo 5.

⁶⁰⁷ *De re rustica* VIII,4,3: Sed cum plane post autumnum cessa[n]t a fetu, potest hoc cibo sustineri. Ac tamen quaecumque dabitur esca per cohortem vagantibus, die incipiente et iam in vesperum declinato, bis dividenda est, ut et mane non protinus a cubili latius evagentur, et ante crepusculum propter cibi spem temperius ad officinam redeant, possintque numerus capitum saepius recognosci. Nam volatile pecus facile custodiam pastoris decipit.

⁶⁰⁸ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 1: Duobus cyathis hordei bene pascitur una gallina, quae circuit.

⁶⁰⁹ Ciato: dal greco *kyathos*. 1) Ciotola, provvista di lungo manico, in uso nell'antichità tra la fine del sec. VI e la metà del V aC per travasare il vino dal cratere nelle brocche. 2) Antica unità di misura di capacità corrispondente a 1/2 decilitro scarso. Un decilitro = 100 ml. Quattro ciati corrispondono a circa 200 ml. Orbene, 200 ml di granaglie corrispondono in media a 150 grammi. Infatti 200 ml di granaverde di riso = 150 gr, di mais intero = 145 gr, di mais macinato medio insieme alla sua farina = 140 gr. La farina di frumento tipo 00 ha un peso specifico basso: 200 ml pesano solo 100 grammi. - Vedi anche: Pesi e misure*.

⁶¹⁰ *Naturalis historia* X,139: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucra poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit.

*ambulavit. Meminit eorundem Cicero*⁶¹¹: *Vides ne, inquiens, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui Gallinas alere permultas, quaestus causa solerent. {Hi} <Ei> cum ovum inspexerant, quae id Gallina peperisset dicere solebant. <A> Petronio Arbitro*⁶¹² *Deliaci Gallinarum curatores <dicti sunt> Molles, veteres, Deliaci manu recisi, id est castrati, ut Scaliger exponit.*

Saginantur autem hyeme melius, quam aestate. Sunt tamen qui asserunt Gallinas potissimum pinguescere, quo tempore arbores florent: maxime, si flores depascantur: ova vero tunc etiam cito corrumpi ac putrescere. Locus ad saginandum {calidissimus} <tepidus> deligendus, et modici luminis, quod motus earum, et lux pinguedini inimica sit, ut Varro⁶¹³ tradit, et experientia suffragatur: unde et Martialis⁶¹⁴ ganeae non imperitus fuisse videri potest, cum non tantum nobis tradiderit, quo loco saginentur, verum etiam, quo cibo maxime. Ait autem:

*Pascitur et dulci facili<s> Gallina farina,
Pascitur et tenebris.}<.> {ingenios agula est}
<Ingeniosa gula est>.*

Vocat autem dulcem farinam, quae ex milio fit mulso lacteve elotam, unde etiam Plinius⁶¹⁵ dicebat: *Inventumque diverticulum est in fraude<m> earum Gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis, multo ita gratiores approbantur.*

Pinguescunt fere viginti quinque diebus, singulae caveis inclusae, quae ab utraque parte foramina habeant, unum, quo caput alterum, quo caudam

fattened hen; this article of law was later resumed and drifted from law to law. Cicero mentioned them when saying: Are you aware how the likeness of one egg to another is proverbial? Nevertheless we have been told what follows, that at Delos, without damage for those things, a great number of people were in the habit of keeping large numbers of hens for profit purposes. Whenever they looked at an egg they used to tell which hen laid it*. The hens keepers of Delos are called by Petronius Arbiter* The ancient effeminate Delians cut by the hand, that is, castrated, as Giulio Cesare*/Giuseppe Giusto* Scaligero explains.*

They are fattened better in winter than in summer. There are those, however, who assert that hens fatten above all in the season when trees are blooming: especially if they eat flowers: but at that time their eggs are also quickly corrupted and grow rotten. A lukewarm place for fattening hens should be chosen and with a moderate light, because their motion and the light are adverse to fattening, as Varro* reports and experience supports. Hence, also Martial* can appear to have been experienced in carousing since he not only reported the place where hens are to be fattened, but also the food which fattens them most. For he says:

*The hen is easily nourished also with sweet meal,
she is also nourished by darkness. The palate is ingenious.*

And he calls sweet flour that made from millet*, moistened with hydromel or milk, whence also Pliny said: *A loophole to evade these laws has been found by feeding also roosters with foods soaked in milk: in this way they are regarded as much more tasteful.*

They grow fat within almost twenty-five days, enclosed singly in coops which have holes on each side, one for thrusting out their head and another for

⁶¹¹ *Academica* II 57: Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent: ei cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant.

⁶¹² *Satyricon* XXIII: Huc huc convenite nunc, spatulocinaedi, | pede tendite, cursum addite, convolute planta, | femore facili, clune agili et manu procaces, | molles, veteres, Deliaci manu recisi. - Si emenda il testo di Aldrovandi senza troppi fronzoli grafici, altrimenti ne scaturirebbe una confusione maggiore di quanto la tipografia ci propone.

⁶¹³ *Rerum rusticarum* III,9,19: De tribus generibus gallinae saginantur maxime villaticae. Eas includunt in locum tepidum et angustum et tenebricosum, quod motus earum et lux pinguitudinis vindicta, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuo his, quas Melicas appellat falso, quod antiqui, ut Thetim Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.

⁶¹⁴ *Epigrammi* XIII, 62, *Gallinae altiles*. Pascitur et dulci facilis gallina farina, | pascitur et tenebris. Ingeniosa gula est.

⁶¹⁵ *Naturalis historia* X,139-140: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucre poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. [140] Inventumque diverticulum est in fraudem earum gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores adprobantur. § Non si capisce in cosa consista la scappatoia stando alle parole di Plinio. Per la legge Fannia non si poteva porre in tavola alcun volatile eccetto una gallina che non doveva essere stata ingrassata. Ma i galli, nutriti con cibi inzuppati nel latte per renderli di sapore più raffinato, erano anch'essi dei volatili, salvo che li facessero passare per galline asportando cresta e speroni, oppure che i cibi inzuppati nel latte fossero capaci - ma non lo erano - di castrarli e di farli somigliare a galline. Misteri interpretativi! Oltretutto, grazie al latino di Plinio, *quae non esset altilis* potrebbe magari tradursi con *gallina che non fosse grassa = che doveva essere grassa*, come ci permettiamo noi italiani di usare il *non* con il condizionale con finalità affermative anziché negative. Ma se la gallina doveva essere grassa, addio parsimonia nelle spese per le mense, perché ingrassare un volatile costa di più.

exerant, ut scilicet cibum capere, et excrementa deponere queant.

the tail, that is, so that they can both eat and put down their dung.

[233] Pluma omnis in capite, sub alis, atque clunibus {detergatur} <detergetur⁶¹⁶>, illic ne pediculos creet, hic ne stercore naturalia laedantur. Varro⁶¹⁷ ex alis, et cauda pennas evelli iubet. Florentinus extremas, quare et hae{c} eximi poterunt. Substernatur mundissima palea, vel molle foenum. Nam si dure cubent, non facile pinguescunt.

Every feather on head, under wings, and on buttocks should be cleaned, to prevent that they give rise to lice* in first two areas, in the latter point to keep their genital parts from being damaged by dung. Varro* advises the feathers should be plucked from wings and tail. Florentinus* says the outermost ones, therefore these also can be plucked. The cleanest straw must be spread underneath, or soft hay. For if they lie down on something hard they do not easily grow fat.

At non obesas tantum, sed in cibo etiam longe suaviores fore promittunt omnes ferme rei rusticae scriptores, si farina hordeacea recenti aqua mulsa conspersa exhibeatur. Unde Columella⁶¹⁸, postquam, ut videtur, ex Varrone, apud quem eadem leges, nisi quod simplicem eam aquam dulcem vocet, simplici eam aqua conspergit, et ita offas ex eadem fieri iussit, primisque diebus dari parcus, donec plus concoquere consuescant: quod cruditas vitanda sit maxime, tantumque praebendum, quantum digerere possint: neque ante recens exhibenda, quam tentato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse. *Nam illi, inquit, qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras aves efficere, mulsa {recente} <recenti> aqua praedicti generis farinam conspergunt, {atque infarciunt} <et ita farciunt>.*

But almost all writers on agriculture assure that they will not only be obese but much more tasteful if they are fed on barley* meal sprinkled with water recently mixed with honey. Hence Columella*, who seemingly gathered it from Varro in whose book you will read the same things, after he simply called water that sweet water, he sprinkles barley meal with unmixed water, and after he prescribed little balls to be made, to be given sparingly in the first days until they get accustomed to digest them in larger amount: since indigestion is to be avoided by all means, and only so much food should be given as they can digest: and, before new food is given, their crop is to be touched lest any previous food remained in it. He says: *For those who wish to make hens not only fat, but also tender, they sprinkle meal of aforementioned kind with fresh hydromel, and thus they fatten them.*

Nonnulli, teste Varrone⁶¹⁹, pane triticeo, vino optimo ac odorato madefacto, et aqua praedicta opimant, ita ut viginti diebus pingues reddant, et teneras. Alii, inquit Columella, tribus aquae partibus unam boni vini miscent, madefactoque eodem pane obesant: et hoc modo farctam avem, quae prima Luna (quoniam id quoque

Some, Varro is witness, fatten them with wheat bread soaked in very good and fragrant wine as well as in the aforementioned water, so that they can grow fat and tender in twenty days. Others, Columella says, mix one part of good wine with three parts of water, and with the same soaked bread they fatten them: and he says a hen fattened in this way, which begun to be

⁶¹⁶ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 432: Pluma omnis e capite, et sub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret.

⁶¹⁷ *Rerum rusticarum* III,9,20: Ex iis evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaceis partim admixtis farina lolleacia aut semine lini ex aqua dulci.

⁶¹⁸ *De re rustica* VIII,7,3-4: [3] Cibus autem praebetur hordeacea farina, quae cum est aqua conspersa et subacta, formantur offae, quibus avis salivatur. Hae tamen primis diebus dari parcus debent, dum plus concoquere consuescant. Nam cruditas maxime vitanda est, tantumque praebendum quantum digerere possint. Neque ante recens admovenda est quam temptato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse. [4] Cum deinde satiata est avis, paululum deposita cavea dimittitur, et ita ne evagetur, sed potius, si quid est quod eam stimulet aut mordeat, rostro persequatur. Haec fere communis est cura farcientium. Nam illi qui volunt non solum opimas sed etiam teneras aves efficere, mulsea recenti aqua praedicti generis farinam conspergunt, et ita farciunt. nonnulli tribus aquae partibus, unam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obesant avem, quae prima luna (quoniam id quoque custodiendum est) saginari coepta vicensima pergliscit.

⁶¹⁹ *Rerum rusticarum* III,9,21: Quidam et triticeo pane intrito in aquam, mixto vino bono et odorato, farciunt, ita ut diebus XX pingues reddant ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione pro portione, ac decem primis processit, in posterioribus ut deminuat eadem ratione, ut vicesimus dies et primus sint pares. Eodem modo palumbos farciunt ac reddunt pingues.

custodiendum est) saginari {caepa} <coepta>, vigesima pergliscere tradit. Varro⁶²⁰ turundis hordeaceis partim {admistis} <admixtis> {ex} farina {hordeacea} <lolleacia>, aut semine lini ex aqua dulci farciri scribit, idque facere iubet usque ad dies viginti quinque tum denique pingues fieri. Laudatur Florentino etiam milium. Et panicum ad Gallinarum Columbarumque saginam potius datur, quam ad hominum alimentum. Cardanus auctor est, Gallinas si pingui lacertae salnitro cyminoque farinam tritici miscueris et hoc cibo eas saginaveris, adeo pinguescere hominesque qui eis aluntur, ita pingue fieri, ut disrumpantur⁶²¹.

Io. Iacobus Weckerus⁶²² eiusmodi sese secretum ab Hollando quodam accepisse tradit, ut Gallinae pinguescant. In culina, inquit, facias tibi capsam, pluribus interstinctam capsulis, singulis cum suis foraminibus, per quae capita extrudere foras possint Gallinae, cibumque capere. His itaque capsulis, Gallinae iuvenes, vel pulli incarcerentur, singulae singulis: cibusque singulis horis offeratur, parum pro vice potu interdicto. Cibus autem sit triticum in aqua modice elixum. Oportet autem capsulas inferius esse pervias, ut excrementa permeare possint singulis diebus diligenter auferenda. Caeterum ultra duas hebdomadas inclusas Gallinas esse non oportet: prae nimia enim pinguedine interirent. Haec ille. Audio etiam apud eosdem populos insigniter pinguescere, et cito, si cervisia eis in potu apponatur pro aqua, item si reliquiis eiusdem cervisiae pascantur, sed et ova ita plura, maioraque, parere.

Columella⁶²³, Plinius, et Florentinus⁶²⁴, cum ad partum promovendum, tum ad saginandum, Cytisum miro modo {comedant}

fattened at the beginning of new moon (since also this must be observed) finishes its fattening by the twentieth day. Varro writes that they are stuffed with barley mash partly mixed with darnel* flour or flaxseeds* kneaded with running water, and he prescribes to do this for twenty-five days, and then they become fat. Millet* is also praised by Florentinus. Also foxtail millet* is given for fattening hens and pigeons rather than for feeding humans. Gerolamo Cardano* asserts that hens, if you will mix wheat flour with a fat lizard, saltpeter and cumin*, and you will nourish them with this food, they fatten up to such an extent, as well as humans eating them grow fat to such an extent that they burst.

Johann Jacob Wecker* reports that he learned from a certain Dutchman the following secret about how hens grow fat. He says: in the kitchen you should make a box divided up into many little boxes, each of them with its own hole through which the hens can thrust their heads and take food. Then pullets or cockerels are imprisoned in these boxes, one pullet in each box: and food is given them hourly, on the contrary the drink is forbidden in dribs and drabs. Furthermore their food should be wheat a little soaked in water. Then it is advisable that compartments are open underneath so that the excrements may pass through and each day must be carefully carried away. The hens should not be shut up, however, for more than two weeks: for they may die from too much fat. Thus far Wecker. I also hear that among those same people they grow very fat and swiftly if beer is given to drink instead of water, likewise if they are fed on the dregs of beer, but thus they lay more and larger eggs as well.

Columella, Pliny, and Florentinus especially recommend the cytissus* both for increasing eggs laying and for fattening, and therefore it is very

⁶²⁰ *Rerum rusticarum* III,9,20: Ex iis evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaceis partim admixtis farina lolleacia aut semine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant, observantes ex quibusdam signis ut prior sit concoctus, antequam secundum dent. Dato cibo, quom perpurgarunt caput, nequos habeat pedes, rursus eas concludunt. Hoc faciunt usque ad dies XXV; tunc denique pingues fiunt.

⁶²¹ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 455: Si pingui lacertae, halinitro cyminoque farinam tritici miscueris, gallinae hoc cibo saginatae adeo pinguefaciunt homines, ut disrumpantur, Cardanus.

⁶²² *De secretis* liber VIII.

⁶²³ *De re rustica* VIII,5,1-2: Confecta bruma parere fere id genus avium consuevit. Atque earum quae sunt fecundissimae locis tepidioribus circa Kalendas Ianuarias ova edere incipiunt, frigidis autem regionibus eodem mense post Idus. [2] Sed cibus idoneis fecunditas earum elicienda est, quo maturius partum edant. Optime praebetur ad satietatem hordeum semicoctum, nam et maius facit ovorum incrementum et frequentiores partus, et is cibus quasi condiendus est interiectis cytisi foliis ac semine eiusdem, quae maxime putantur augere fecunditatem avium. Modus cibariorum sit, ut dixi, vagis binorum cyathorum hordei. Aliquid tamen admiscendum erit cytisi, vel si id non fuerit, viciae aut milii.

⁶²⁴ Aldrovandi - estremamente prolisso a proposito di certi argomenti, come quelli religiosi - stavolta è assai sintetico e non riporta il brano di Florentino citato da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 432: Cibus illis est offerendus, elixum hordeum, aut milium aut frumenti furfur, aut zizania vocata lolium, quae quidem ad nutritionem est commodissima: ac humida folia cytisi. Haec enim eas maxime durabiles et firmas reddunt, (foecundiores potius. *gonimotera*, non *monimotera*.) Florentinus.

<commendant>, eamque propterea in agro haberi plurimum referre. Paucae enim regiones sunt, e quibus non possit eiusmodi arbuscula haberi. Columella eius folia {ieiunis}⁶²⁵, seminaque maxime probari ait: et alibi⁶²⁶ etiam non Gallinis tantum, sed omni pecudum generi utilissimum praedicat, quod ex eo cito pinguescat. Plinius {Aristomachum⁶²⁷} <Amphilochum> viridem cytiseum Gallinis dari iubere scribit, aut si aruerit, madefactum. Denique Florentinus⁶²⁸ eius semina, et folia arida aqua perfusa offerri praecipit quippe quae non minus quam viridia eas nutriant. Eiusmodi Gallinas, quae hoc modo saginabantur, altiles, et farctas vocant, earumque nutritionem saginationem. Iam vero non omnes aptas censebant teste Plinio⁶²⁹, sed eas tantum, quae pinguem in cervice cutem haberent. Sed quia nostra aetas Capos potius, quam Gallinas saginet, itaque eiusmodi victus Capis etiam praescribi poterit, de quibus suo loco⁶³⁰ post fusius dicemus.

advantageous to have it in the farm. For there are few regions from which a shrub of this kind cannot be obtained. Columella says its leaves and seeds are highly appreciated: and elsewhere declares that it is very useful not only for hens but for every kind of animals, because thanks to it they grow fat swiftly. Pliny writes that Amphilochus of Athens* - not Aristomachus of Soli* - recommends green cytismus be given to hens, or moist if it is dried up. Finally, Florentinus advises that its dry seeds and leaves soaked in water should be fed to hens, since they nourish them no less than the green ones. They call hens fattened in this manner *altiles* and *farctae*, and they call *saginatio* their nutrition. But on the other hand, according to Pliny, not all hens were considered suitable for fattening, but only those who had a fat skin on their necks. But since our age preferably fattens capons rather than hens, it is then possible to prescribe the same food also for capons, about whom I shall speak later more widely in its proper place.

⁶²⁵ Si tratta di un errore desunto da Gessner. Infatti Columella dice che se alla crusca non è rimasta attaccata affatto della farina, la crusca non è adatta e neppure gustata dalle galline, anche se digiune. Quindi *ieiunis* non ha nessuna attinenza con le foglie di citiso. Ecco il brano di Columella in cui compare *ieiunis*. *De re rustica* VIII,4,1-2: Cibaria gallinis praebentur optima pinsitum hordeum et vicia, nec minus cicercula, tum etiam milium aut panicum. Sed haec ubi vilitas annonae permittit; ubi vero ea est carior, excreta tritici minuta commode dantur. Nam per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non utiliter praebet, quia obest avibus. Potest etiam lolium decoctum obici, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tamen appetuntur ieiunis. [2] Cytisi folia seminaque maxime probantur et sunt huic generi gratissima, neque est ulla regio in qua non possit huius arbusculae copia esse vel maxima. Vinacea quamvis tolerabiliter pascant dari non debent, nisi quibus anni temporibus avis fetum non edit, nam et partus raros et ova faciunt exigua. - Ed ecco il brano di Gessner che ha coinvolto Aldrovandi nella citazione errata. Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 432: Ieiunis cytisi folia, seminaque maxime probantur, et sunt huic generi gratissima: neque est ulla regio, in qua non possit huius arbusculae copia esse vel maxima, Columella.

⁶²⁶ *De re rustica* V,12,1: Cytisum in agro esse quam plurimum maxime refert, quod gallinis, apibus, ovibus, capris, bubus quoque et omni generi pecudum utilissimum est; quod ex eo cito pinguescit, et lactis plurimum praebet ovibus, tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo uti et postea arido possis. Praeterea in quolibet agro quamvis macerrimo celeriter comprehendit; omnem iniuriam sine noxa patitur.

⁶²⁷ La notizia è senz'altro tratta da Gessner il quale commette un errore in cui cade ovviamente anche Aldrovandi. L'errore di Gessner sta nell'attribuire l'impiego del citiso come se fosse una prescrizione di Aristomaco. Invece si tratta di una prescrizione di Anfilocco. Vediamo prima Gessner e poi Plinio. Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 432: Aristomachus viridem cytiseum gallinis dari iubet, aut si aruerit madefactum, Plin. - Plinio *Naturalis historia* XIII,130-131: Frutex est et cytismus, ab Amphilocho Atheniense miris laudibus praedicatus pabulo omnium, aridus vero etiam suum, spondetque iugero eius annua HS MM vel mediocri solo redditus. utilitas quae ervo, sed ocior satias, perquam modico pinguescente quadripede, ita ut iumenta hordeum spernant. non ex alio pabulo lactis maior copia aut melio, super omnia pecudum medicina validas a morbis omnibus praestante. [131] quin et nutricibus in defectu lactis aridum atque in aqua decoctum potui cum vino dari iubet — firmiores excelsioresque infantes fore —, viridem etiam gallinis aut, si inaruerit, madefactum. apes quoque numquam defore cytisi pabulo contingente promittunt Democritus atque Aristomachus.

⁶²⁸ A mio avviso in questo momento Aldrovandi sta dando forma a un *pastone*, miscelando idee di Florentino e prescrizioni personali di Gessner. Infatti costui, appena dopo aver citato Florentino, aggiunge considerazioni personali: Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 432: ... non *monimotera*,) Florentinus. Cibis idoneis foecunditas earum elicienda est, quo maturius partum edant. Optime praebet ad satietatem ordeum semicoctum. nam et maius facit ovorum incrementum, et frequentiores partus. Sed is cibus quasi condiendus est interiectis cytisi foliis ac semine eiusdem, quae utraque maxime putantur augere foecunditatem avium. Modus autem cibariorum sit, ut dixi, vagis binorum cyathorum ordei, aliquid tamen admiscendum erit cytisi, vel si supra etiam hoc in capite dictum est, non procul initio.

⁶²⁹ *Naturalis historia* X,140: Feminae quidem ad saginam non omnes eliguntur nec nisi in cervice pingui cute.

⁶³⁰ A pagina 348.

Quod si cibum respuant, fastidiantve, totidem diebus, inquit Varro⁶³¹, minuere oportebit quot iam farturae processerint: ita tamen ne tempus omne opimandi quintam, et vigesimam lunam superveniat. Idem Columella, Cato⁶³², et reliqui Geoponici bis die cibum offerunt. Parum tamen refert, si pluries dederis: modo id observes, ut cruditatem vites, quod praestabis, si cum iterum cibum oblaturus, guttur examines: si enim prior descendit, iterum dandus alius, si non, nequaquam. Qui itaque saepe offerre volunt, ut Hollandus ille, de quo diximus, faciebat, parum exhibeant, idque facilis digestionis.

Quod vero ad potum attinet: si farciantur, Cato meridie tantum dari praecipit, aquamque non plus, quam unam horam ante sinendam. Quae pariunt, et in corte divagantur, potum tota die postulant, isque nequaquam negandus, maxime, si aestus fuerit: sitis enim non aliter ac nobis hisce avibus nocet. Aqua autem mundissima sit⁶³³. Nam stercorosa pituitam concitat: quare cohors per quam vagantur, non tam stercore, quam uligine careat: quae res cum diligentissimum etiam custodem nimia assiduitate stercus colligendi torqueret, aquam tamen interim mundissimam esse oporteat, vasa in hunc usum fabricata clausa habere debent. Ea autem talia sint, qualia his verbis Columella describit.

But if they reject food or show aversion for it, Varro says that it will be suitable to reduce it for as many days as they began to be fattened: in such a manner however that all the time devoted to fattening does not exceed twenty five lunar days. Columella, Cato*, and the other geoponics themselves give food twice a day. It matters little, however, if you feed them again and again: you must only to pay attention to this, that is, to avoid indigestion, which you can accomplish by inspecting their crop when you are about to give food again: for if the previous feeding has descended then you must feed them again, otherwise not at all. Therefore those who, like that Dutchman of whom I spoke, wish to feed them often, they must give them little food and easy to digest.

As far as drinking is concerned: if they are fattened, Cato advises drinking be given only at midday, and that water does not remain in front of them more than one hour. Those who are laying and wandering in the barnyard seek drinking all day long, and it should not be denied them nowise, especially in hot weather: for thirst harms these birds just as ourselves. But the water must be very clean. For if it is filthy with excrements causes the pip*, whence the yard in which they wander must be free not so much from dung as from moisture: this fact, while should torment the most careful keeper in order that he gathers the dung very assiduously, however at the same time it would be necessary that he arranges the water be very clean, and he must have available closed vessels made for this use. And they should be such as Columella describes them by the following words.

Page 234

{Sint} <Sunt>, inquit⁶³⁴, qui aut aqua replentur, aut cibo, plumbei canales, quos magis utiles esse, quam

Columella* says: *There are leaden troughs which are filled with either water or food, and which, it has been established, are*

⁶³¹ *Rerum rusticarum* III,9,21: Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione pro portione, ac decem primis processit, in posterioribus ut deminuat eadem ratione, ut vicesimus dies et primus sint pares. - Se nel periodo dell'ingrasso perdono l'appetito a causa dell'eccessivo cibo, bisogna ridurne la razione proporzionatamente in maniera che negli ultimi 10 giorni esso diminuisca con la stessa gradualità con cui ne è cresciuta la dose nei primi 10, e quella dell'ultimo giorno sia identica a quella del primo.

⁶³² *De agricultura*, 89: Gallinas et anseres sic farcito. Gallinas teneras, quae primum parient, concludat. Polline vel farina hordeacia conspersa turundas faciat, eas in aquam intingat, in os indat, paulatim cotidie addat; ex gula consideret, quod satis sit. Bis in die farciat et meridie bibere dato; ne plus aqua sita siet horam unam. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere et bis in die, bis escam.

⁶³³ Columella *De re rustica* VIII,3,8-9: [8] Haec erit cohortalis officinae dispositio. Ceterum cohors ipsa, per quam vagantur, non tam stercore quam uligine careat. Nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi in uno loco quam bibant, eaque mundissima; stercorosa pituitam concitat. Puram tamen servare non possis nisi clausam vasis in hunc usum fabricatis. Sunt autem qui aut aqua replentur aut cibo plumbei canales, quos magis utiles esse ligneis aut fictilibus conpertum est. [9] Hi superpositis operculis clauduntur, et a lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cavis, ita ut avium capita possint admittere. Nam nisi operculis muniantur, quantulumcumque aquae vel ciborum inest pedibus everritur. Sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis inponant, quod fieri non oportet. Nam supersiliens avis proluvie ventris cibos et aquam conspurcat.

⁶³⁴ Columella *De re rustica* VIII,3,8-9: [8] Haec erit cohortalis officinae dispositio. Ceterum cohors ipsa, per quam vagantur, non tam stercore quam uligine careat. Nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi in uno loco quam bibant, eaque mundissima; stercorosa pituitam concitat. Puram tamen servare non possis nisi clausam vasis in hunc usum fabricatis. Sunt autem qui aut aqua replentur aut cibo plumbei canales, quos magis utiles esse ligneis aut fictilibus conpertum est. [9] Hi superpositis operculis

ligneos, [234] aut fictiles compertum est. Hi superpositis operculis clauduntur, et a lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cavis, ita ut avium capita {possint} <possint> admittere. Nam nisi operculis muniantur, quantulumcumque aquae, vel ciborum inest, pedibus {evertitur} <everritur>. Sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis imponant, quod fieri non oportet, nam supersiliens avis proluvie ventris cibos, et aquam conspurcat.

Eiusmodi vasa in Hollandia, sed fictilia, propter minorem impensam passim, cum agris ab agricolis, tum in urbibus fiunt, ut audio, sed aquam tantum, non autem cibum imponunt, vasaque singulis {hebdomatibus} <hebdomadibus> ad minus semel setaceo quodam instrumento, quod indige<n>te sermone ab officio de wasser appellant, quasi lavatorem dicas, abstergunt, ne aqua intus fundo, marginibusque adhaerens putrescat; verum non in Gallinaceo genere tantum, sed in Columbaceo etiam, atque ab hoc nomen obtinere, dici autem *Duvepotten*, id est, vasa Columbacea. Caeterum cum vino aspergi cibum ante ex veteribus rusticae artis scriptores dixerint, agricolas in primis monitos velim, ut a vino, aut eius faecum vapore collecto vi ignis liquore abstineant. Is enim Gallinis pestifer, let{h}alisque existimatur, uti etiam ius e carne salsa.

NATURA. MORES. INGENIUM.

Gallinae teste Aristotele⁶³⁵, ut reliquae aves non altivolae, pulveratrices sunt. Impendio autem pulvere gaudent. Unde dicebat Ephesius Heraclitus⁶³⁶ coeno sues {laetari} <lavari>⁶³⁷, velut cohortales pulvere, aut cinere. Id vero triplicem maxime ob causam faciunt, ut scilicet ita sese volutando velut quodammodo scabant, plumas, pinnasque emendent, et pulices excutiant. Quae omnia alio modo se praestare non posse optime norunt natura docente. Cuius ductu etiam quietum ad pariendum requirunt locum, et cubilia sibi nidosque construunt,

more suitable than wooden or earthenware ones. They are closed by lids placed over them, and are pierced with small holes above the middle of their height a hand's span apart from each other, so that they admit the heads of the chickens. For if they are uncovered whatever small quantity of water or food that remains within will be swept out by their legs. Some people make holes in the upside of the covers themselves, which should not be done because by climbing on the chicken dirties food and water with what comes out from its belly.

As I hear, vessels of this kind are prepared in Holland by farmers in the countries as well as in the cities, but made of earthenware since less expensive, but they place in them only water, no food, and once a week, at least, they clean these vessels with a tool made of bristles which because of language's poverty they call *de wasser* from its function, as you say washer, so that inside the water adhering to bottom and sides does not putrefy. To tell the truth they use them not only for gallinaceous genus but for pigeons too, and hence they take their name, for they are said *duvepotten*, that is, dove vessels. Furthermore, since the ancient writers on agriculture said the food be sprinkled with wine, first of all I would like to warn farmers to abstain from wine or from the liquid obtained with fire's strength by the condensation of the vapor coming from wine's dregs. For this is regarded as dangerous and lethal to hens, as well as the broth of salted meat.

CHARACTER - BEHAVIOR INTELLIGENCE

According to Aristotle*, like the other not high-flying birds, hens are dust-bathing. They enjoy the dust very much. Hence Heraclitus of Ephesus* said that pigs wash themselves with mud as barnyard fowls with dust or ashes. And they do this particularly for three reasons, and precisely, when they roll about in the dust, for scraping themselves in some way, for cleaning their plumes and feathers, and for getting rid of lice*. Under the lessons of Nature, they outstandingly learnt that they cannot obtain all these things in a different way. Under Nature's guidance they also seek a quiet place in which to lay their eggs

clauduntur, et a lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cavis, ita ut avium capita possint admittere. Nam nisi operculis muniantur, quantulumcumque aquae vel ciborum inest pedibus everritur. Sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis imponant, quod fieri non oportet. Nam supersiliens avis proluvie ventris cibos et aquam conspurcat.

⁶³⁵ *Historia animalium* IX,634 b4: ἀλεκτορίς ... καὶ κονίονται καὶ λοῦνται.

⁶³⁶ Eraclito di Efeso, *Sulla natura*, fr. 37 Diels-Kranz. - Citato da Columella *De re rustica* VIII,4,4: Siccus etiam pulvis et cinis, ubicumque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietem reponendus est, ut sit quo aves se perfundant. Nam his rebus plumam pinnasque emundant, si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues caeno, cohortales aves pulvere lavari.

⁶³⁷ A pagina 230 Aldrovandi non dice che i maiali e i polli gioiscono - *laetari* - ma che si lavano, cioè *lavari*. Nam his rebus, inquit plumas, pennasque emundant, si modo credimus Ephesio {Heraclito} <Heraclito>, qui ait, sues coeno, aves cohortales pulvere vel cinere lavari. - Si può presumere che l'esatta versione dell'affermazione di Eraclito di Efeso sia il fatto che tanto i maiali quanto i polli si lavano, come riferisce anche Conrad Gessner in *Historia Animalium* III (1555), pag. 383: Dixit Ephesius Heraclitus sues coeno lavari, velut cortales aves pulvere aut cinere, siquidem hisce rebus plumam pinnasque emundari.

eosque quam possunt mollissime substernunt, quasi non ignorent ova alias facile collidenda iri, si ea in duriori loco ponerent. Sed in eo non tam ingenii sui acumen produnt, quam cum iam pullos excluserunt, quos ita tueri norunt, ut et pennis foveant, ne ab ambiente frigore, vel calore laedantur⁶³⁸.

Hos tanto prosequuntur amore, ut si noxium quodpiam animal, utpote vel Milvum, vel mustelam, vel maius etiam aliud eis insidiari viderint, vel aliquatenus cognoverint, receptis eis primum sub alarum umbra, seu tegumento sese acerrimas tutrices opponant cum maximo clamore hostibus pavorem incutientes, rostroque alis sese defendentes, adeo ut propriam mortem potius obire in pullorum tutelam, quam illis hostibus relictis fuga salutem quaerere malint. Qua in re egregium nobis specimen exemplarque filios amandi praebeant, tum etiam quando dum illos pascunt, et cibos subinde collectos ore porrigunt se suamque famem negligant. Quem amorem Homerus⁶³⁹ sub Achillis persona olim descripsit. Hic enim suos, quos pro Graecis subierat labores, et pericula prae nimia in eos benevolentia conferens matricis avis (Gallinae nimirum per excellentiam) in pullos affectui, ita apud illum loquitur.

Ὅς δ' ὄρνις ἀπτῆσι {νεοσοῖσι} <νεοσοῖσι>⁶⁴⁰
 προφέρῃσι
 Μάστακ', ἐπεὶ >κε λάβῃσι. κακῶς δ' ἄρα οἱ
 πέλει αὐτῆ.
*Sicut autem avis implumibus pullis offert
 Escam postquam acquisiverit, male autem est ei ipsi.*

and build sleeping places for themselves and nests, and cover them as softly as possible, as knowing that eggs would easily collide each other if they laid them on a harder place. But in this matter they don't show their wit's sharpness as when hatched by then their chicks, whom they knew to defend to such an extent that they protect them also by the use of their feathers lest they be injured by surrounding cold or heat.

They follow their chicks with such a great love that, if they saw any harmful animal, such as a kite* or a beech marten* or someone even larger animal laying an ambush for their little ones, or they recognized them at a certain distance, the hens first gather them under the shadow or covering of their wings, then place themselves in front of enemies like very fierce defenders, striking fear into their enemies by a frightful clamor, defending themselves with beak and wings, so that they would rather die in defense of chicks than seek safety in flight, leaving them at the mercy of the enemies. In this regard they give us an excellent example and pattern in love of offspring, also when they neglect themselves and their own hunger while they graze them offering with beak the food they have just got. Long ago Homer* described this kind of love in the character of Achilles*. For the former, comparing the labors the latter had undergone on behalf of Greeks as well as the dangers because of his exceeding kindness toward them, to the affection towards chicks of a bird which is mother (par excellence certainly to that of a hen), he speaks through him in this way.

*Hos d'ornis aptē, si neossoisi prophē, si
 Mástak', epeíke lábē, si. kakós d'ára oi pélei autē,
 For like the hen offers to featherless chicks
 the food after she got it, this fact goes against herself.*

⁶³⁸ Aldrovandi vende come sue queste considerazioni, che invece sono dovute a Cicerone* e che verosimilmente sono state dedotte dal testo di Gessner che correttamente cita come fonte Pierres Gilles*. Ecco la sequenza delle fonti taciute da Aldrovandi. - Cicerone *De natura deorum* II 129-130: Iam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidisque construunt eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur; e quibus pullos cum excuderunt, ita tuentur, ut et pinnis foveant, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant; cum autem pulli pinnulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur. [130] Accedit etiam ad nonnullorum animantium et earum rerum, quas terra gignit, conservationem et salutem hominum etiam sollertia et diligentia. Nam multae et pecudes et stirpes sunt, quae sine procuratione hominum salvae esse non possunt. - Conrad Gessner *Historia animalium* III (1555) pag. 423: Gallinae avesque reliquae, sicut Cicero ait, et quietum requirunt ad pariendum locum, et cubilia sibi nidisque construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova ferventur. ex ovis pullos cum excluserunt, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore laedantur: et si est calor a Sole, se opponant. Cum autem pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, Gillius.

⁶³⁹ *Iliade* IX,323-24: Come ai pulcini il cibo portare un aligero suole, | quand'ei l'abbia trovato, che nulla per lui ne rimane. (traduzione di Ettore Romagnoli)

⁶⁴⁰ Questa inesattezza tipografica è stata tramandata da Aldrovandi che l'ha desunta sic et simpliciter da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 423: Ὅς δ' ὄρνις ἀπτῆσι {νεοσοῖσι} <νεοσοῖσι> προφέρῃσι | Μάστακ', ἐπεὶ >κε λάβῃσι. κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῆ, Achilles *Iliad.* I. suos quos pro Graecis subierat labores et pericula prae nimia in eos benevolentia, conferens matricis avis (gallinae nimirum per excellentiam) in pullos affectui, quos illa dum pascit, et cibos subinde collectos ore porrigit, se suamque famem negligit. - Inoltre Aldrovandi ha scambiato la lettera iota che identifica il canto IX con il canto I dell'*Iliade*. Infatti nella nota a bordo pagina leggiamo: *Iliad.* I. Achilles Gallinis comparatus.

Citat haec verba alibi Plutarchus⁶⁴¹, ubi haec eius verba leguntur {Ὅτι} <Ὡσπερ> ἡ Ὅμηρικὴ ὄρνις τῷ ἑαυτῆς τρέφει λιμῶ τὰ ἔγγονα καὶ τὴν τροφήν τῆς γαστρὸς ἀπτομένην, ἀποκρατεῖ καὶ πιέζει τῷ στόματι, μὴ λάθῃ καταπιούσα. Gybertus Longolius sic vertit. Homeric a vis sua fame parvulos natos pascit, et nutrimentum quod ventri suo destinaverat, ore retinet, ne eo in ventrem delapso in oblivionem ipsa adducatur. Sed lector, inquit Ornithologus, considerabit, an sic potius reddi debeant verba posteriora. Ventris sui alimentum ore tenens, abstinere tamen, et ne forte nolens etiam diglutiat mordicus premit. Ut ut est, verba illa flagrantissimum Gallinae erga pignora amorem testantur: de quo alibi idem Plutarchus⁶⁴²: *Quid vero Gallinae, inquit, quas observari nostris oculis quotidie domi conspicimus, quanta cura, et sedulitate pullos custodiunt, et gubernant? Aliis alas, quas subeant, remittunt; aliis dorsum, ut scandant, reclinant: neque ulla pars corporis est, qua non fovere illos, si possent, cupiant: neque id sine gaudio, et alacritate, quod et vocis sono testari videntur.*

Plutarch* cites these words in a passage, where the following his own words are read: *Hōsper hē Homērikē ōrnīs tō, heautēs trépheī limō, tà éggona kaì tēn trophēn tēs gastrōs haptomēnēn, apokrateī kaì piézei tō, stómati, mē láthē, katapioúsa.* - As the Homeric bird nourishes their chicks at the price of his own hunger and prevents the nourishment to reach his stomach, he holds it in his beak being afraid of swallowing it without his knowledge. Gisbert Longolius* translates as follows. The Homeric bird feeds its little young with its own hunger and the food she had intended for her own stomach she keeps in her mouth lest when it has descended thither she should be led to forget. But the Ornithologist says the reader will consider whether the last words should not rather be translated as follows. Holding the food for her stomach in her mouth she nevertheless abstains from it and keeps it firmly lest she gulps it down even against her will. Be that as it may, those words testify a very ardent love of the hen toward her children. Plutarch himself wrote about it in another passage: *What to say of the hen, whom we observe each day at home, with what care and solicitude they guard and lead their chicks? For some of them they let down their wings for the chicks to come under, for others they turn back their backs for them to climb up: and there is no part of their bodies with which they do not wish to protect them if they can: nor they do this without joy and enthusiasm, which they seem to testify by the sound of their voice.*

Page 235

Canes, et angues (Ornithologus κίρκους, et δράκοντας pro κυνέας, et δρακοντίας ut vulgaris lectio habet forte legendum, summo iudicio conijcit. Canes enim parum expavescent Gallinae: Circus reliquosque Accipitres [235] maxime) *cum de se agitur, solisque sibi metuunt, fugiunt, tum quidem. Si vero pullorum agmini ab his periculum verentur, vindicare illud ab iniuria nituntur, et supra quam vires patiuntur, saepe dimicant. Enim vero huiusmodi affectiones opinabimur istis animalibus ingenerasse naturam, de Gallinarum, Canum, Ursarum propagatione sollicitam, non nobis hoc modo pudorem voluisse incutere? Nimirum reputantes ista naturam sequentibus exemplorum loco esse, duris autem suam exprob<r>are inhumanitatem, propter quos sola hominis incusatur natura, quod amorem gratuitum non ferat, neque nisi utilitatis causa diligere norit.*

When they are dealing with themselves and they fear only for themselves, only then they avoid dogs and snakes (very rightly the Ornithologist thinks that we must read *kírkous* - hawks* - and *drákontas* - dragons, snakes - instead of *kynéas* - dogs - and *drakontías* - little snakes - as the common reading reports. For hens not much fear dogs: to the highest degree the falconiforms of the genus *Circus** and other hawks). *But if they fear that a danger can follow from these enemies for their crowd of chicks, they struggle in avenging it for the offence, and often they fight beyond their own endurance. But if we will think that nature sollicitous for the propagation of hens, dogs, and bears, infused in these animals such feelings, did she not wish by chance to strike shame into us in this way? It is no wonder that when we think over these facts which are examples for those following nature, but reproving unfeeling men for their meanness, because of whom only human nature is blamed, for the latter does not bear a love without reward nor will learn to love except for sake of personal gain.*

⁶⁴¹ In Italia, di Plutarco, è edito da D'Auria *L'amore fraterno e l'amore per i figli* (a cura di A. Postiglione). Aldrovandi dà come fonte il *De amore parent. erga liberos* che corrisponde a *Moralia* 494D = cap. 2 p. 494D. Plutarco non ha ὅτι ma ὡσπερ.

⁶⁴² Eodem libro paulo post. (Aldrovandi) - *Moralia* cap. 2, 494E-F-495A. Il testo greco è più semplice; si tratta piuttosto di una parafrasi. (Roberto Ricciardi)

Haud minor etiam profecto Galli erga totam Gallinaceam familiam amor est, ipseque nobis veri, optimique patrisfamilias exemplar est. Is enim non vigilem tantum sese suorum in primis praebet custodem, et mane, dum tempus est, ad quotidianum invitat laborem, sed ipse primus exilit non tam voce, quam reapse quid faciendum sit ostendens, ipse omnia verrit, omnia explorat, omnia dispicit, et simulatque aliquid escae nactus est, Gallinas, et pullos ad pascendum convocat, interim ceu pater quidam, et symposiarchus excelsus adstat, et ad epulandum invitat, hoc unum semper curae habens, ut suis sit, quod edant. Interea ipse disquirat, ecquid in proximo reperiat, quo reperto, rursus suam familiam citat alta voce. Accurrunt ilico. Ille sublimen se gerens, et undique circumspiciens, ecquid hostile usquam appareat, totam cohortem circumit, et obiter granum aliquando unum sibi sumit, non citra invitationem, ut se sui sequantur.

Unde apud Ausonium⁶⁴³ proverbialiter legitur, *Gallinaceus {Euclionis} <Euclionis>*, in eum qui omnia solet diligentissime perscrutari, et investigare, ne pulvisculo quidem relicto, donec id invenerit, quod exquisita cura conquisiverat. Gallus vero tum ideo quoque amorem, benivolentiamque suam illam manifestat, dum se doloris, quo coniuges suas affici credit, consortem cantu longe alio, quam cucu<r>ritu, sed Gallinarum cantui simillimo {attestatur} <attestatur>. Meminit eius Oppianus⁶⁴⁴ his verbis: *Galli partus Gallinarum levare, et doloris participatione solari videntur, dum placida, et exili voce eis accinunt*: dissentiens in eo ab Aristotele⁶⁴⁵, quem Gallinas absque dolore parere, authorem esse supra diximus. Unde item Porphyrium⁶⁴⁶ falsum ita scripsisse dicendum est: *Maritus etiam inter bruta partus dolores intelligit, et plurimi ex eis, parientibus faeminis condolent, ut Gallinacei: quidam etiam excubando iuvant, ut Columbi*. Verum visus est

Verum nunquid id longo tempore fecerint, ut saltem verisimile est, mihi nondum cognitum est: Graecos id olim observasse tum ex allata Plinii autoritate, tum ex Aeliano⁶⁹² etiam clarum est, qui Themistoclem contra barbaros exercitum ducentem duos in itinere Gallos forte pugnantes vidisse prodit, ac imperasse, ut miles desisteret, acceptaque de hac pugna occasione, docuisse bonis, et strenuis civibus, pluris patriam, liberos, uxores, parentes, Deosque penates aestimandos, quam Gallis solam victoriae opinionem. Qua de re consule Caelium⁶⁹³. Cum igitur victor redisset, instituisse, ut quotannis

since he handed down that the incitements to be strong are inculcated in us through the emulation of the roosters, and that spurs must be lifted up.

History, nonetheless, teaches us that there were men among the ancients who trained cocks to fight, whom Columella* called trainers of fighting birds. Pliny* says that every year at Pergamum* a spectacle was organized as of gladiators. Among the Tarnasari* people of India, the nobility not only enjoy their fighting, only for which raise them, but also make available a hundred gold coins, which the man whose cock has proved stronger in combat takes home with him as winner. Actually those who traveled in those regions say that their cockfights sometimes last five hours, and very often the defeated yields to his winner only with death. The inhabitants of the island of Java* cultivate the same kind of cockfighting, as do those who dwell on the island of Pulaoan* - or Palawan.

To tell the truth, whether they did so for a long time, as it is at any rate likely, is not yet known to me: that Greeks once esteemed cockfighting is clear from the quoted evidence of Pliny, as well as from Aelian*, who relates that Themistocles*, when he led an army against the barbarians, while marching saw by chance two fighting roosters, and he ordered the army to stop and took the opportunity given him by this fighting to teach that by virtuous and diligent citizens must be esteemed fatherland, children, wives, parents, and household gods more highly than by cocks is

⁶⁸⁹ *De re rustica* VIII,2,5: Nobis nostrum vernaculum maxime placet, omisso tamen illo studio Graecorum, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus et pugnae praeparabant. Nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamiliae, non rixosarum avium lanistae, cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleae, victor gallinaceus pyctes abstulit.

⁶⁹⁰ *Naturalis historia* X,50: Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu gladiatorum.

⁶⁹¹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 387: Circa Tarnasari urbem Indiae gallinaceos procerissimos videre memini: ex quorum sane acerrimis conflictibus summam voluptatem cepi. nam quotidie huic ludo per medios vicus Mahumetanorum animi causa opera dabatur, mirumque est Mahumetanorum pro hac re certamen. habent privi privos gallos gallinaceos, eosque committunt aliis, expositis quandoque pro alitum futura victoria utrinque aureis centenis singulo congressu. Conspicati sumus senis horis concertantes alites, nec prius illae modum proelio faciebant, quam occubuissent, Ludovicus Romanus. [Lodovico de Varthema*]

⁶⁹² *Storia varia* libro II. - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 387: Contra Barbaros cum Themistocles exercitum duceret, et gallos non ignaviter pugnantes animadvertisset, exercitum confirmavit, his verbis ad milites usus: At hi neque pro patria, neque pro penatibus, neque pro sepulchris maiorum, atque libertate, neque pro pueris mala sustinent: sed ut ne vincantur, neuter cedit alteri. Quae cum dixisset, Atheniensibus animum auxit. Itaque id factum, quod eis fuisset significatio (incitamentum) ad virtutem, ad similitum factorum monumentum servari voluerunt, Gillius ex Aeliani lib. 2. Variorum.

⁶⁹³ *Lectionum Antiquarum libri* xx, liber 17, caput 32. (Aldrovandi) - Eliano *Variae historiae* Libri XIII - II,28: UNDE CERTAMEN GALLORUM GALLINACEORUM INITIUM TRAXERIT - Post devictos Persas, Athenienses lege posuerunt, ut galli gallinacei quotannis uno die certamen in theatro inirent. Unde vero sumpserit occasionem haec lex, planum faciam. Cum Themistocles civicum exercitum adversus barbaros educeret, gallos gallinaceos vidit pugnantes: neque ille spectatorem sese oscitantem eius pugnae praebuit. Sed totum exercitum cohibens, inquit ad ipsos: At hi neque pro patria, neque pro diis familiaribus, neque vero pro avitis heroibus periculum subeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis: sed tantum, ne alter ab altero superetur, aut alter alteri cedat. Quibus verbis Atheniensium animum confirmavit. Quod ergo tunc eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad similitum rerum et factorum memoriam sempiternam consecrare. (*Claudii Aeliani opera quae extant omnia Graece Latineque*, Tiguri, apud Gesneros Fratres, 1556, pagina 394 - Iusto Vulteio VVetterano interprete)

Gallinaceorum pugna Athenis publice exhiberetur. Quem morem etiamnum apud Bohemos in hunc diem durare audio, ubi primores praeparare Gallos aiunt pugnae, quasi gladiatoriae, fierique sponsiones pretii non parvi, dum unusquisque pecuniae summam largam deponit, quam dominus victoris Gallinacei aufert⁶⁹⁴. Et Io. Goropius⁶⁹⁵ id Ambivaritis populis, teste Caesare, Galliae Belgicae in usu fuisse refert, magna ambitione duabus inter se certantibus factionibus, atque id cum in pagis, tum maxime in ipsa urbe, cui a Ducis sylva nomen est, (vulgo Tshertighen bos: est autem Brabantiae nobilis urbs, et regi catholico adversus Hollandos semper maximis in belli periculis fidem servans) per octo integros dies in ipsa curia Gallos ad pugnam committi, ingenti partium studio, et sollicita victoriae expectatione: in hac vero tantum exardescere, ut ipse viderit ex Gallinaceorum certamine ad equestre duellum aliquem alium provocasse, in eoque alterum virum in primis strenuum, et veteranum equitem lancea in fronte ictum occubuisse eodem fere modo, quo Henricus Rex Franciae, cui per oculi alterius cavitatem pars fractae lanceae in cerebri sedem est adacta. Legimus denique apud Gallos eiusmodi Gallinaceorum pugnantium spectacula in scholis edi: quod forte et ipsi fecerint, ut non alacriores tantum iuvenum suorum ad pugnam animos reddant, sed etiam speratae, ac optatae victoriae cupidos.

Veteres, ut Gallinacei in pugna facilius adversus hostes suos tutarentur, stimulis ferreis aeneisque, quos Sipontinus plectra dici asserit, illos armabant: unde etiamnum extat adagium αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον, id est *tolle calcar ultorium*: in eum nimirum, qui iam ultionem parat: sumptum autem est adagium ex Aristophane⁶⁹⁶, cum ait: αἶρε πλῆκτρον εἰ μάχη, hoc est *tolle calcar, si pugnas*.

esteemed the only renown coming from the victory. Consult Caelio Calcagnini* on this matter. So, when he went back as victor decreed yearly a cockfight to be held in public at Athens. I hear that this custom continues even now among Bohemians*, where, they say, the nobility prepare cocks for as it were a gladiatorial combat, and large bets are made since each man places at disposal a large sum of money which the master of the winner cock bears away with him. And Ioannes Goropius - Jan van Gorp* - reports that this practice, according to Caesar*, was in use among the Ambivariti* people of Belgic Gaul, since two factions were vying each other because of a great ambition, both in the villages and especially in the city itself whose name comes from the forest of their ruler, (commonly called 's-Hertogenbosch*: for it is a renowned city of Brabant*, and which always preserves its faith to the Catholic king against the Dutch, despite the greatest perils of war) and for eight entire days in the curia* itself the cocks were set to fight each other amid huge enthusiasm of opponents and anxious expectation of victory: and during the expectation their spirits burnt up so greatly that Jan van Gorp himself saw that because of the cockfight somebody else challenged another to a duel on horseback, and in this duel either man, a very valiant and skilled horseman, fell hit with a lance in the face, almost in the same way as Henry 2nd* king of France, who died when a portion of a broken lance was driven through one of his eye sockets into his brain. We read finally that such fighting cocks' spectacles were organized among Gauls* in the schools: perhaps they did so not only in order to make their young people more ready-spirited for a fight, but also desirous of a hoped- and longed-for victory.

In order that roosters protect themselves more easily against their adversaries, the ancients armed them with iron and bronze spurs, and Sipontinus - Nicolò Perotto* - affirms they were called *plectra* - plucks: hence even now exists the adage *αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον*, that is, *Put on the avenging spur*: obviously addressed to the man who already is preparing a vengeance: but the saying is drawn from Aristophanes*, when he says: *αἶρε πλῆκτρον εἰ*

⁶⁹⁴ Filippo Beroaldo il Vecchio*. Il dato si può desumere da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 387: Avium lanistae a Columella dicuntur, qui gallinas (gallos) parant, instruuntque ad certamen. qui mos hodieque durat apud Boëmos: ubi primores praeparant gallos gallinaceos pugnae quasi gladiatoriae, fiuntque sponsiones pretii non parvi, dum unusquisque pecuniam largam deponit, quam aufert dominus victoris gallinacei, Beroaldus.

⁶⁹⁵ *Origines Antverpianae, sive, Cimmericorum Becceslana, Novem Libros Complexa - Gothodanica* liber VII.

⁶⁹⁶ *Gli uccelli*, 759.

Iucundum vero, inquit Caelius⁶⁹⁷, quod observatum hac parte non reticebimus, Gallinaceis mox compugnaturis allium in cibis obijci solitum, quo acrius decertarent, ex quo facetissime in veteri {comediae} <comoedia>⁶⁹⁸ ἔσκοροδισμένος, id est, allio pastus, quod scorodon vocant, pro vehementi, ac nimis in pugnam proclivi quandoque dicitur. Eodem modo proficiscentes, iique qui bella, et castra sequuntur, allium gustant quod eos agiles reddat, vires addat, et animum acuat. Exhibetur etiam equis una cum pane, et vino, ut ad praelium euntes facilius labores futuros sustineant, ferocioresque fiant.

máchē, that is, *Put on the spur if you fight*.

But at this point we shall not keep silent about a funny observed fact. Celio Calcagnini says:, that is, when cocks were about to fight they were usually given garlic in their food so that will fight harder. Hence in a very funny way sometimes in ancient Greek comedy they say *eskorodisménos*, that is, fed with garlic, which they call *skórodon*, to mean a person vehement and too much prone to clash. In the same way, those who are about to set out and those going to warfare and camps eat garlic because it makes them nimble, energizes and sharpens their mind. It is also given to horses with bread and wine, so that when they go to battle may sustain more easily their future efforts and become more impetuous.

Page 239

[239] Plinius⁶⁹⁹ item Gallinaceos pugnaciores reddi author est, si in cibum eorum {politricum} <polytrichon>, {et} <vel> trichomanes adda {n}tur. Idem praestare aiunt adiantum⁷⁰⁰: quod Io. Baptista Porta ideo fieri putat, quia haec herba Galli cristam quodammodo aemuletur.

Likewise Pliny* says roosters become more pugnacious if maidenhair fern* either false maidenhair fern is added to their food. They say maidenhair fern achieves the same effect. Giambattista Della Porta* thinks this happens because of this, because this herb somehow imitates the rooster's comb.

⁶⁹⁷ *Lectioinum Antiquarum libri xx*, liber 16, caput 13. (Aldrovandi)

⁶⁹⁸ La tortuosità di Aldrovandi è impareggiabile! Se ne sovrverte il testo basandoci sulla linearità di quello di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 386: Gallinaceis mox compugnaturis allium in cibis obijcere solebant, quo acrius decertarent. Ex quo facetissime in veteri comoedia, *eskorodisménos*, id est allio pastus, pro vehementi ac nimis in pugnam proclivi dicitur quandoque, Caelius.

⁶⁹⁹ Dioscoride* parla non di pernici, ma di quaglie e galli che diventano più combattivi, solo quando tratta dell'Adiantum (IV,131) corrispondente al nostro Capelvenere (*Adiantum capillus-veneris*) e non a proposito del Trichomanes. Si veda il testo e l'iconografia di Mattioli* alla voce capelvenere*. Se non bastasse, è la foglia del capelvenere che ricorda la cresta del gallo, come giustamente rimarcato da Giambattista Della Porta. - Plinio *Naturalis historia* XXII,62-65: [62] Aliud adianto miraculum: aestate viret, bruma non marcescit, aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est — tanta dissociatio deprehenditur —, unde et nomen a Graecis alioqui frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. Tinguunt enim capillum et ad hoc decoquitur in vino cum semine apii adiecto oleo copioso, ut crispum densumque faciat; et defluere autem prohibet. [63] Duo genera eius: candidius et nigrum breviusque. Id, quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis felicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrariis pediculis, densa ex adverso inter se, radix mula. Umbrosas petras parietumque aspergines ac fontium maxime specus sequitur et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat. [64] Calculos e corpore mire pellit frangitque, utique nigrum, qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur a nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur e vino quantum terni decerpere digiti. Urinam cient, serpentium et araneorum venenis resistunt, in vino decocti alvum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. contra scolopendrae morsus inlinuntur, crebro auferendi, ne perurant; hoc et in alopeciis. strumas discutiunt furfuresque in facie et capitis manantia ulcera. [65] Decoctum ex his prodest suspiriosis et iocineri et lieni et felle subfusus et hydropicis. Stranguriae inlinuntur et renibus cum absinthio. Secundas cient et menstrua. sanguinem sistunt ex aceto aut rubi suco poti. infantes quoque exulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et vino. — (Virus folii in urina pueri inpubis tritum quidem cum aphronitro et inlitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur.) — Perdices et gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse utilissimos. - XXVII,138: Trichomanes adianto simile est, exilius modo nigriusque, foliis lenticulae, densis, parvis, adversis inter se. decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum addito cumino rustico, lienem. Cohibet capillos fluentes aut, si effluerint, reparat alopeciasque densat tritum in oleo et inlitum. Sternumenta quoque gustatu movet.

⁷⁰⁰ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 386: Perdices et gallinaceos (Gallos et coturnices, Diosco.) pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis adianti ramulis, Plinius.

Caeterum inter Gallos alii aliis praeferebantur. Laudabantur autem in primis, teste Plinio⁷⁰¹ Rhodii, et Tanagraei: secundo Melici (Lego Medici) et Chalcidici. *Iam ex his, inquit, <quidam> ad bella tantum, et praelia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum, {ac} <aut> Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis, ac Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris {praebeat} <perhibeat>*⁷⁰² *Romana purpura.* Hinc facile hunc Suidae⁷⁰³ locum restituas: ἀλεκτρούνα ἀθλητήν ταναγραῖον, hoc est *Gallinaceum athletam Tanagraeum.* Deest enim copulativa coniunctio⁷⁰⁴, quae et alibi apud eundem habetur: Ἀλεκτρούνα καὶ ἀθλητήν ταναγραῖον, ubi eam proverbialiter {hoc} <hic> accipi scribit: sive Gallinaceum Tanagraeum, sive athl{a}etam Tanagraeum dicas, animosum et strenuum intelligas: elegantius vero fuerit, si hominem, et athl{a}etam pugnacem, ac fortem Gallinaceum Tanagraeum cognomines: quam si athletam Tanagraeum simpliciter. Non enim athletas a Tanagra laudatos legere memini, sed Gallos tantum⁷⁰⁵.

Iam vero ex his, quae dicta sunt, cuivis satis liquido constare arbitror, Gallinaceos Gallos non solum pugnacissimas alites esse, et a servitio, iugoque abhorrere, sed ab antiquis, et a multis nostro aevo ob id in summo honore habitos; adeo ut olim Plato⁷⁰⁶ illorum stoliditatem ridens, sese amicam bonum potius, quam Gallum ἄριστον, id est optimum, seu pugnacissimum malle dixerit. Contra Pallas huiusce bellicosissimi alitis imaginem, ut testatur Pausanias⁷⁰⁷, in casside {suo} <sua> pictam tulit, et

On the other hand among roosters some were preferred to others. For, according to Pliny, were first praised the Rhodian* and Tanagra* cocks; next the Melian (I read Median*) and Chalcidian* ones. *Among these, he says, some are born only for incessant wrestling and fighting, thanks to which they also made renowned their native lands, Rhodes or Tanagra. Median and Chalcidian ones have been given the second place, so that purple-clad Romans bestow so great a honor on a bird which quite deserves it.* Hence you may easily repair this passage of Suidas* lexicon: *alektryóna athlētēn tanagraíon*, that is, *The rooster athlete of Tanagra.* For the copulative conjunction is missing here, which also elsewhere is maintained: *Alektryóna kaí athlētēn tanagraíon* - *The rooster and the Tanagra athlete* - where it writes that this conjunction is used in this case proverbially: both saying Tanagra's rooster and Tanagra's athlete, and you would mean brave and valiant: but it would be more elegant if you call as Tanagra rooster a man as well as a pugnacious and strong athlete than if you simply call him as Tanagra athlete. For I do not recall to have read that athletes from Tanagra were praised, but only the roosters.

Well, from the words I said, I think that it could unequivocally turn out to anyone that roosters are not only very pugnacious birds abhorring slavery and yoke, but that because of this by ancients and by many people of our own time they are held in the highest esteem; to such an extent that once Plato*, making fun of their stupidity, said he preferred to be a good friend rather than an *áriston* rooster, that is excellent, or very pugnacious. On the contrary the Pallas Athena*, according to

⁷⁰¹ *Naturalis historia* X,48: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia assidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura.

⁷⁰² *Praebeat* invece di *perhibeat* viene da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 381: Secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris {praebeat} <perhibeat> Romana purpura, Plinius.

⁷⁰³ Il testo completo del lessico Suida alla voce *Alektryóna* è il seguente: Ἀλεκτρούνα ἀθλητήν ταναγραῖον. ἄδονται δὲ εὐγενεῖς οὗτοι.

⁷⁰⁴ Il lessico Suida ha Ἀλεκτρούνα ἀθλητήν ταναγραῖον senza καὶ. Gottfried Bernhardy (1834) propose καὶ ἀθλητήν.

⁷⁰⁵ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 410: Ἀλεκτρούνα ἀθλητήν Ταναγραῖον. Celebrantur enim isti a generositate, Suidas. Sed magis probo copulativam coniunctionem interseri, ut alibi apud eundem habetur, Ἀλεκτρούνα καὶ ἀθλητήν Ταναγραῖον, ubi etiam proverbialiter usurpari scribit. Ut sive gallinaceum Tanagraeum, sive athletam Tanagraeum dicas, animosum et strenuum intelligas. Elegantius autem fuerit, si hominem et athletam pugnacem ac fortem, gallinaceum Tanagraeum cognomines: quam si athletam Tanagraeum simpliciter. Non enim athletas a Tanagra laudatos legere memini, sed gallos tantum.

⁷⁰⁶ *Lysis* 211e. (Lind, 1963)

⁷⁰⁷ *Periegesi della Grecia* VI, Elide II, 26,3: On the Acropolis of the Eleans is a sanctuary of Athena. The image is of ivory and gold. They say that the goddess is the work of Pheidias. On her helmet is an image of a cock, this bird being very ready to fight. The bird might also be considered as sacred to Athena the worker. (*Description of Greece with an English Translation* by W.H.S. Jones, London, William Heinemann Ltd., 1918) - Aldrovandi ne riparla a pagina 304.

Mars sibi sacrum voluit, adeo ut utri{m}que bellorum Deo gratum fuisse videamus, atque hinc forte Aristophanes⁷⁰⁸ aves hominibus, Persis vero in primis imperasse per iocum scripsit: ait autem.

Quod autem non Dei igitur hominibus imperarunt antiquitus,

Sed aves et regnabant: multa sunt signa horum:

Statim autem vobis primum ostendam Gallum quod regnabat

Imperabatque Persis primum omnibus, Dario, et

{Megabizo⁷⁰⁹} <Megabazo>:

*Quare vocatur {Persicus} <Persica> avis a dominatione
adhuc illa.*

Sed verisimilius fuerit primum Persarum regem Gallum fuisse dictum, ut in aequivocis⁷¹⁰ diximus.

Aristoteles⁷¹¹ fortitudinis huius volucris causam in duras eius pennas reijcit: quasi vero non aliae darentur aves durioribus pennis, quae tamen haud aequae fortes sint. {Rases} <Rasis>, penes quem eius rei fides esto, {vinciturum} <victurum> pollicetur causam contra adversarium, si calcar Galli de crure dextro tecum feras: et Kiranides fabulosissimus scriptor cristam capitis Galli cum grano thuris, et paucis cornu cervi timorem omnem nocturnum, si gestatur, omnemque occursum malum auferre: hominemque gestantem intrepidum reddere: quasi eiusmodi arma, quibus Gallus maxime superbit, crista nempe, et calcar ad hominibus animum addendum polleant: quod cum non negaverim, minime tamen affirmaverim, nihil scilicet certi inde habens. Atque haec de Galli pugnacitate dicta sufficiant.

Pausanias*, carried the painted image of this very warlike bird in her helmet, and Mars* wished it to be sacred to him, so that we may see it was dear to both gods of wars, and hence, perhaps, Aristophanes* wrote in jest that the birds ruled over men, but first over the Persians: for he says:

*But therefore in ancient times the gods did not rule men
but also birds did rule: there are many proofs about the
latter ones:*

*at once, I shall point out firstly the rooster since he ruled
and as first dominated over all Persians, over Darius* and
Megabazus*:*

*whence he is still called Persian bird starting from that
hegemony.*

But it is more likely that the first king of Persians was called Rooster, as I said under the heading *Ambiguities*.

Aristotle* attributes the cause of the strength of this bird to its hard feathers, as if there were not other birds with harder feathers which nevertheless are not equally strong. Razi*, in whom we must believe in this matter, promises that you will win your case against an adversary if you carry with you the spur from the right foot of a rooster: and Kiranides*, a writer with a very lively imagination, says that the comb of a rooster's head with a grain of incense* and a bit of deer horn, if carried about with one, drives away every night-time fear and every bad encounter: and makes intrepid the man who carries it, as if such arms in which the rooster takes especial pride, that is, comb and spur, are powerful to imbue humans with courage. Although I should not deny this, I should nevertheless by no means assert that it is true, since evidently thence no certainty can be drawn. And let these words we said about the pugnacity of the rooster to be enough.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

SYMPATHY - ANTIPATHY

⁷⁰⁸ *Gli uccelli* 481-85. (Lind, 1963)

⁷⁰⁹ La notizia che un certo *Alektryon* fu tiranno dei Persiani prima di tutti, anche di Dario e di Megabazo - e non di Megabizo* -, viene dalla commedia di Aristofane *Gli uccelli*, 483. L'errore è già stato segnalato a pagina 184* dove *Megabazus* viene riportato come *Megabyzus*, anziché *Megabizus* come in questo punto. È probabile che Aldrovandi abbia dedotto l'errore dal testo di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 404: Alectryon olim tyrannidem gessit, et Persis primus imperavit, etiam ante Darium et Megabyzum: unde etiamnum ab illo imperio Persica avis appellatur, Pisthetaerus apud Aristoph. in Avibus. - A sua volta Gessner potrebbe aver dedotto l'errore da qualche testo come quello di Aldo Manuzio* del 1498 che riporta: *πρῶτον πάντων δαρείου καὶ μεγαβύζου*. In *Aves* 481 sgg. si dice semplicemente che in origine gli uccelli regnavano sugli uomini, e Pistetero mostrerà immediatamente il gallo (*tὸν alektryóna*), come regnava sui Persiani, prima di tutti i Dari e i Megabazi, cosicché il gallo è chiamato "uccello persiano".

⁷¹⁰ A pagina 184.

⁷¹¹ Aristotele in *Physionomia* (Aldrovandi) - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 381: Quaecunque aves pennas duras habent, fortes sunt, ut coturnices, galli, Aristot. in Physiognom. - Pseudo Aristotele *Fisiognomica* 806b: È possibile osservare questo stesso anche tra gli uccelli, giacché in generale quanti hanno la ali dure sono coraggiosi, quanti le hanno morbide, pavidì e in particolare è possibile osservare questo stesso anche tra le quaglie e i galli. (traduzione di Giampiera Raina, BUR, 1993).

Videtur quidem occulta quaedam sympathiae, seu amicitiae vis, potentiaque subesse, quod aves cicures⁷¹², et domesticae tam audacter equos, asinos, boves, atque id genus iumenta alia contemnant, ac si cum mansuefactis elephantis simul alantur, non modo eos non pertimescant, verum per eos etiam ipsos gradientur, et Gallinacei eorundem dorso insidere audeant. Cavendum tamen Gallinas alentibus, ne ad boum praes<a>epia perrepant, maxime Gallinacei. Nam hoc quod decidit immistum pabulo, teste Columella⁷¹³, necem bubus affert.

Gallinis item cum Pavonibus, Anatibus, Anseribus, et Columbibus mutua intercedit benevolentia: maior vero Gallo cum Porphyryone, si Aeliano⁷¹⁴ credimus, qui Gallum in eodem cum Porphyryone versantem domicilio, tam insolenti miroque amore illi coniunctum fuisse ex inspectione testatur, adeo ut tandem Gallo propter epulas occiso, Porphyrio victore suo privatus, tantum doloris animo conceperit, ut postmodum non amplius cibum ceperit, sed inedia potius sibi mortem accelerare, quam post supervivere maluerit. Sed huius quoque abstrusa videtur, ac occulta ratio, cur deficiente apibus cibo, si ad fores earum crudas Gallinarum carnes, et uvas passas posueris, inedia non sint periturae: quod in sc<h>edulis meis notatum reperio, sed ex quo auctore non memini: et an verum sit, haud scio: curiosus quispiam experiri poterit.

Actually, it seems there is a certain hidden force and influence of sympathy or friendship, since domesticated and domestic birds so boldly do not take into account horses, donkeys and oxen, and other beasts of burden of this kind, and if raised along with tamed elephants, they not only do not fear them but also walk among them, and gallinaceous birds dare to stand upon their backs. Nevertheless, those who raise hens should be careful to keep them, especially the roosters, from creeping into the cattle sheds. For the excrements mixed with fodder, according to Columella*, bring death to oxen.

Likewise there is a mutual affection between hens and peacocks, ducks, geese and pigeons: in fact it is greater between the rooster and the purple swamp hen - or purple gallinule, *Porphyrio porphyrio porphyrio** - if we believe Aelian, who affirms from his own observation that a rooster, who lived in the same house along with a purple swamp hen, was joined to it by such unusual and outstanding love that when finally the rooster was killed because of a banquet, the purple swamp hen, deprived of its companion, formed in its mind such a great grief that from that moment no longer ate and preferred to hasten its own death by starvation rather than survive any more. But there is a deep and hidden reason for this also, that is, why when food for bees is lacking, if you place raw hens' flesh and raisins at their beehive door, they will not die of starvation: I find this written down in my slips of paper, but I do not remember from what author: and I do not know whether it is true or not: whoever is curious will

⁷¹² Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 385: Aves cicures et domesticae audacter contemnunt equos, asinos, boves: ac si cum mansuefactis elephantis alantur, non modo eos non timent, verum per eos etiam ipsos gradiuntur. Et gallinacei ut in eorundem dorsis considerare audent: sic magnum eis metum mustela vel praeteriens injicit. et qui vocem vel mugientium vel rudentium praecclare contemnunt, illius clamorem vehementer horrent, Idem. [Aelianus] - Eliano, *La natura degli animali* V,50: È senza dubbio possibile anche attraverso queste altre osservazioni conoscere le caratteristiche degli animali. Noi vediamo ad esempio che gli uccelli domestici, allevati a contatto diretto con l'ambiente, non hanno più paura dei cavalli, degli asini, dei buoi e dei cammelli dato che si sono abituati alla loro presenza. Non temono neanche gli elefanti (se questi mostrano un'indole mite e mansueta) e addirittura si aggirano in mezzo a loro. I galli poi prendono tanta confidenza che non esitano a volare anche sulla loro schiena. Se invece una donnola corre vicino a loro, si sbigottiscono e vengono presi da un grande terrore. Non si preoccupano se odono il muggito dei bovini o il raglio degli asini, ma come sentono lo squittio della donnola tremano di paura. Non si curano minimamente delle oche, dei cigni e degli struzzi; hanno invece terrore dei falchi, anche se sono molto piccoli. I galli con il loro canto impauriscono i leoni e annientano i basilischi; però non sopportano la vista di un gatto o di un nibbio. (traduzione di Francesco Maspero)

⁷¹³ *De re rustica* VI,5,1: Nullo autem tempore et minime aestate utile est boves in cursum concitari; nam ea res aut cit alvum, aut movet febrem. Cavendum quoque est, ne ad praesepia sus aut gallina perrepat. Nam hoc quod decidit, immistum pabulo, bubus affert necem; et id praecipue, quod egerit sus aegra, pestilentiam facere valet.

⁷¹⁴ *La natura degli animali* V,28: Il pollo sultano, oltre a essere un uccello estremamente geloso, possiede questa peculiarità: dicono che è particolarmente attaccato alla propria stirpe e ama la compagnia dei suoi simili. Mi hanno raccontato che un pollo sultano e un gallo venivano allevati nella stessa casa, prendevano il pasto in comune, camminavano assieme e si stropicciavano con la stessa polvere. Si era dunque stabilito tra loro uno straordinario legame di amicizia. Un giorno, in occasione di una festa, il padrone di entrambi questi uccelli sacrificò il gallo e lo mangiò assieme ai familiari. Il pollo sultano, privato del compagno, non poté sopportare la solitudine e si lasciò morire di fame. (traduzione di Francesco Maspero)

Ut vero illud incertum est, ita hoc cum pueris, tum [240] senibus, et ut dici solet, lippis, et tonsoribus notum⁷¹⁵, et quotidie observatum, nimirum Gallinaceum Gallum cum Sole habere sympathiam. Hunc enim ad omnes mundi angulos, festinantem, exortivum, occiduum, et meridianum voce admodum vocali, et alarum applausu congratulantis in morem, saepenumero salutatur, et resalutat. Adducant modo alii quas velint manifestas rationes. Ego hinc solare animal Gallum vocaverim, uti alii⁷¹⁶ etiam Leonem ferarum generosissimum, qui non caetera animalia tantum, sed fortissimos quoque viros terret, quem tamen Gallus ne minimi quidem facit: at contra, illi et visus, immo auditus tantummodo pavorem incutit, etsi de eiusmodi antipathia {diversimodi} <diversimode> auctores scribant.

Albertus⁷¹⁷ enim duobus in locis hoc de Gallo albo intelligit. Sed ante ipsum item Divus Ambrosius⁷¹⁸ tradidit: *Leo*, inquit, *Gallum*, et *maxime album ver{t}etur*. Cum vero caeteri omnes, nullius coloris facta mentione, id simpliciter de Gallo tradant: itaque, quod cum venia huius sanctissimi patris dixerim, omnes Gallos a Leone timeri crediderim, si modo verum est, quod inter utrosque haec antipathia intercedat. Id enim a me non observatum est, nec ab aliquo observatum video. Sed si Plinio⁷¹⁹, Aeliano⁷²⁰, Solino⁷²¹, Lucretio⁷²², Proclo⁷²³, aliisque credimus, quemvis Gallum a Leone timeri

But, such as that statement is uncertain, likewise what follows is known to both children and old men and, as one is accustomed to say, to blear-eyed people and barbers, and is daily observed, that is, the rooster has a fellow-feeling with the sun. For he frequently greets it and greets it again at all the corners of the world when it hastens, when rises, when sinks and at midday, with a loud voice and clapping his wings as congratulating. Let others bring forward now the evident reasons they wish. I should call the rooster a solar animal for the reason given above, as others also call the lion the bravest of wild animals, who not only terrifies other animals but even the bravest of men, but whom the rooster does not hold neither in the lowest esteem: on the contrary he strikes fear into the lion when this is seeing him, or rather when just hearing him, although apropos of such an antipathy the authors are writing in different ways.

In fact Albertus* in two passages understands this apropos of white rooster. But similarly before him Saint Ambrose* reported that when saying: *The lion fears the rooster, especially a white one*. But all other writers, without making mention of whichever color, simply report that apropos of the rooster: therefore, speaking by the leave of this very holy father, in my opinion all roosters are feared by the lion, if indeed it is true that this antipathy exists between them. But I have not observed this, nor do I see that it has been observed by anyone else. But if we believe Pliny*, Aelian*, Solinus*, Lucretius*, Proclus* and others, it will come out that whatever rooster is feared by the lion. But on

⁷¹⁵ Orazio *Sermones* I 7,1-3: Proscripti Regis Rupili pus atque venenum | hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor | omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.

⁷¹⁶ Plinio *Naturalis historia* X,47: Itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. - VIII,52: Atque hoc tale tamque saevum animal rotarum orbes circumacti currusque inanes et gallinaceorum cristae cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes.

⁷¹⁷ *De animalibus* 22.23. (Aldrovandi) - Conrad Gessner trae la notizia del gallo bianco temuto dal leone non da Sant'Ambrogio, ma da Razi*: Leonem dicunt gallum album fugere, Rasis 8.8. (*Historia Animalium* III - 1555 -, pag. 385)

⁷¹⁸ *Hexaemeron* liber 6. (Aldrovandi)

⁷¹⁹ *Naturalis historia* X,47: Itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. - VIII,52: Atque hoc tale tamque saevum animal rotarum orbes circumacti currusque inanes et gallinaceorum cristae cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes.

⁷²⁰ *La natura degli animali* III,31: Il leone ha paura del gallo e dicono che anche il basilisco lo teme e che quando lo vede comincia a tremare; se poi lo sente cantare, viene preso da convulsioni e muore. È per questo motivo che coloro che viaggiano per la Libia, terra nutrice di tali mostri, per paura del basilisco si portano appresso come compagno di viaggio un gallo, perché li protegga contro un così grande malanno. (traduzione di Francesco Maspero)

⁷²¹ *Collectanea rerum memorabilium* XXVIII: Cantus gallinaceorum et rotarum timent strepitus, sed ignes magis.

⁷²² *De rerum natura* IV, 710-721: Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis|auroram clara consuetum voce vocare,|noenu queunt rapidi contra constare leones|inque tueri: ita continuo meminere fugai.|Ni mirum quia sunt gallorum in corpore quaedam|semina, quae cum sunt oculis inmissa leonum,|pupillas interfodiunt acremque dolorem|praebent, ut nequeant contra durare feroces,|cum tamen haec nostras acies nil laedere possint,|aut quia non penetrant aut quod penetrantibus illis|exitus ex oculis liber datur, in remorando|laedere ne possint ex ulla lumina parte.

⁷²³ *De sacrificio et magia*.(Aldrovandi)

constabit. At hi rursus causam huius odii non uno modo tradunt. Plinius bis disertissimis verbis eius mentionem faciens, primo cristam, et cantum, secundo cristam, et falcatam caudam timeri a Leone asserit: cuius verba maioris fidei causa ascribere placuit. Inquit ergo ibi⁷²⁴: *Atque hoc tam saevum animal (Leonem) rotarum orbes circumacti, currusque inanes, et Gallinaceorum crista<e>, cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes: hic vero sic habet*⁷²⁵: *Quod si palma contigit statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, aegreque servitium patitur. Et plebs tamen aequae superba graditur, ardua cervice, cristis celsa <, caelumque sola volucrum aspicit crebra, in sublime caudam quoque falcatam erigens>: itaque terrori sunt etiam Leonibus ferarum generosissimis.*

Vides igitur hic cantus nullam facere mentionem, cuius rursus Solinus⁷²⁶ tantummodo meminit, Gallinaceorum cantus timere Leonem asserens. Denique Aelianus⁷²⁷, Lucretius, et Proclus, aliique Gallinaceum simpliciter nominant. Quid ergo dicendum, statuendumque? Ego sum eius prorsus opinionis ut (si verum est, ut dixi, huiusmodi innatum odium; iam enim id praesuppono) Gallum ipsum quatenus tale animal est, a Leone pertimesci putem, nec inde id odium nasci credam, quod utrumque animal solare est, ut Proclus⁷²⁸ existimat, sed occulti quid latere in Gallo, quo Leonem fuget. Atque hanc meam opinionem, quam semper saniori doctorum virorum iudicio subijcio, ex ipsomet Plinio⁷²⁹ depromo. *Qui* < > *qui* a Leonibus, et Pantheris homines non attingi, tradit, qui iure Galli peruncti fuerint, maxime, si ei allium admisceatur. Quae quidem res innatum Leonis timorem indicat, et hanc forte semina illa vocavit Lucretius, quae Leonum oculis incussa, illos ceu caecutire,

the other hand these authors do not hand down univocally the cause of this hatred. Pliny, making mention twice of it with very meaning words, at first affirms that by the lion are feared the comb and the crowing, then the comb and the sickle shaped tail: it seemed proper to me for a greater credibility to write down his words. Well, in the first passage he says: *And this so fierce animal (the lion) is more frightened also by rims of wheels when turning around him, and by empty chariots, and by the comb of roosters and their crowing, but above all by fires.* In the second passage he says: *But if the palm of victory falls to them, they immediately sing as triumphant, immediately proclaim themselves as sovereigns. That who has been defeated hides in silence and reluctantly suffers the subjugation, however even the common flock, equally proud, walks with head held high, with erect comb, and the rooster is the only bird looking often at the sky, rising upwards also the sickle shaped tail: thus they strike terror even into lions the bravest of wild animals.*

You can see therefore that in the second passage he does not mention the crowing, of which on the contrary makes mention only Solinus when he asserts that the lion fears the crowing of the roosters. Finally Aelian, Lucretius, Proclus and others simply mention the rooster. What then must be said and affirmed? I am entirely of such an opinion (if, as I said, such an inborn hatred is true; for at this point I give it as assumption) that I think that the rooster himself being such an animal is feared by the lion, and I am inclined to believe that that hatred does not arise from the fact that both are solar animals, as Proclus thinks, but that in the rooster there is something hidden which would frighten the lion away. And I take this my opinion from Pliny himself and always I subject it to the saner judgment of learned men. He reports: *Those men are not touched by lions and panthers who have been greased with rooster juice, especially if garlic is mixed with it.* Undoubtedly this fact indicates an inborn fear of the lion, and perhaps Lucretius indicated it by those seeds which thrown into the lion's eyes make them the

⁷²⁴ *Naturalis historia* VIII,52: Atque hoc tale tamque saevum animal rotarum orbes circumacti currusque inanes et gallinaceorum cristae cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes.

⁷²⁵ *Naturalis historia* X,47: Quod si palma contigit, statim in victoria canunt seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens aegreque servitium patitur. Et plebs tamen aequae superba graditur ardua cervice, cristis celsa, caelumque sola volucrum aspicit crebra, in sublime caudam quoque falcatam erigens. Itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis.

⁷²⁶ *Collectanea rerum memorabilium* XXVIII: Cantus gallinaceorum et rotarum timent strepitus, sed ignes magis.

⁷²⁷ *La natura degli animali* VI,22: Esiste una grande inimicizia tra il leone, da una parte, e il fuoco e il gallo dall'altra. (traduzione di Francesco Maspero).

⁷²⁸ *De sacrificio et magia*. (Aldrovandi)

⁷²⁹ *Naturalis historia* XXIX,78: Carnibus gallinaceorum ita, ut tepebunt avulsae, adpositis venena serpentium domantur, item cerebro in vino potio. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis inponere. Ius quoque ex iis potum praeclare medetur, et in multis aliis usibus mirabile. Pantherae, leones non attingunt perunctos eo, praecipue si et alium fuerit incoctum.

timereque faciant: hic autem ita canit⁷³⁰:

*Quin etiam Gallum nocte<m> explaudentibus alis
Auroram clara consuetum voce vocare,
No<e>nu queunt rapidi contra constare Leones
Inque tueri: ita continuo meminere fugai.
Nimirum quia sunt Gallorum in corpore quaedam
Semina, quae cum {sint} <sunt> oculis immissa
Leonum
Pupillas interfodiunt acremque dolorem
Praebent, ut nequeant contra durare feroces:
Cum tamen haec nostras acies nil laedere possint:
Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur, in {remeando}
<remorando>
Laedere non {possunt} <possint> ex ulla lumina parte.*

Quod si vero quispiam contra allatam sententiam arguat, dicatque Leones crista maxime perterriti, idque inde constare, quod Capum non timeant: id huic minime negaverim, sed cristam primum, atque evidentissimum signum esse dixerim, quo praesens Gallum agnoscat, uti etiam cucurritus, dum longius abest. Unde is solam cristam, vel tantum duntaxat expavescere iure nequaquam concluderet. Neque etiam mirum fuerit, si et nos rem acu non tetigerimus. Etenim ipsemet Aelianus⁷³¹ causam explicare, cur scilicet Leo, et basiliscus Gallinaceum timeant, utpote abstrusam, atque abditam suam non esse tradidit: in quibus, inquiens, exquirendis etsi permulto abundant otio, plurimum temporis consumunt non tamen optatum assequuntur.

Angui quoque Gallus terrori est: et Simia Gallum odit, sed cum magno eorum, ac hominum condemnatorum detrimento, ac ignominia: nam ob eiusmodi odium cum cane omnes simul parricidarum culeo includebantur, ut nimirum Simia Gallum persequeretur, Gallum fugeret anguis, anguis in hominem penetraret, atque [241] ita vivus parricida, viva sepultura fieret: proinde hoc significans Iuvenalis alibi⁷³² canit.
Clauditur adversis {contraria} <innocia> simia fatis

same as blind and fearful: for he sings as follows:

*Or rather, even the rooster driving away the night with his wings
is accustomed to call the dawn with a ringing voice
and the vehement lions cannot stand before him
or look at: so immediately they think of flight.
Doubtless because in the body of the rooster there are
certain seeds, which, thrown into the eyes of lions
pierce the pupils and cause harsh pain,
so that they cannot put up resistance to wild animals:
but on the contrary these seeds cannot hurt our eyes at all:
either because they do not penetrate or, when they are
penetrating
a spontaneous exit occurs, and if they remain there
they cannot injure the eyes in any point.*

But if anyone should argue against the referred opinion and say that lions are especially frightened by the comb, and that this is proven from the fact that they do not fear the capon, I should by no means deny this to him, but I should say that the comb is a primary and very evident mark by which one, standing before, can recognize a rooster as well as its crowing when being rather far away. Hence such a person by no means can rightly conclude that they fear only the comb or only the crowing. For it nor would be strange if I too had not touched on a sore point. For Aelian himself reported that it was not his job to explain the reason why the lion and the basilisk* fear the rooster since it is difficult and puzzling, adding that those who investigate such matters nevertheless have at their disposal a lot of leisure, waste very much time, but don't attain the hoped-for goal.

Also for the snake the rooster is source of dread: also the monkey dislikes the rooster, with great harm and ignominy for all of them and for humans sentenced to death: for because of such a hate all of them were shut up along with the dog into the leather bag of the parricides - *cullens** - obviously so that the monkey persecuted the rooster, the snake fled the rooster, the snake penetrated into the man, and so the living parricide became a living sepulcher: hence, with this in mind, Juvenal* elsewhere sings:

⁷³⁰ *De rerum natura* IV, 712-723: Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis|auroram clara consuetum voce vocare,|noenu queunt rapidi contra constare leones|inque tueri: ita continuo meminere fugai.|Ni mirum quia sunt gallorum in corpore quaedam|semina, quae cum sunt oculis inmissa leonum,|pupillas interfodiunt acremque dolorem|praebent, ut nequeant contra durare feroces,|cum tamen haec nostras acies nil laedere possint,|aut quia non penetrant aut quod penetrantibus illis|exitus ex oculis liber datur, in remorando|laedere ne possint ex ulla lumina parte.

⁷³¹ *La natura degli animali* VIII,28: Non è però compito mio criticare i misteriosi decreti della natura, perché per esempio il leone ha paura del gallo e lo teme anche il basilisco o perché l'elefante si spaventa se vede un maiale. Tutti coloro che consumano molti anni della vita nel ricercarne le cause, non solo disprezzano il valore del tempo, ma non arriveranno mai alla fine delle loro ricerche. (traduzione di Francesco Maspero)

⁷³² *Satira* XIII,156: clauditur adversis innocia simia fatis.

⁷³³ *Satira* VIII,213-214: cuius supplicio non debuit una parari|simia nec serpens unus nec culleus unus.

Item alibi⁷³³ rursus.

*Cuius {in exitium} <supplicio> non debuit una parari
Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.*

The innocent monkey because of adverse fate is shut up.

Likewise again in another passage:

For his execution - of Seneca - they have been provided
neither a single monkey, nor a single snake, nor a single leather
bag.*

Page 241

Verum illud parum Gallo honoris conciliare videri possit, quod angui sit pavori, qui a leone ferarum generosissimo timebatur, nisi etiam basiliscus ipsum horreret, insigni sane immunitatis privilegio: cuius siquidem locum nulla alioquin ales impune transvolet, infectum nempe semper spiritu pestilenti: quin etiam cuius sibilum caeteri serpentes omnes perhorrescant, tantum abest, ut praesentiam eius tolerare queant. Hunc aiunt, mirabile dictu, cum Gallum videre forte contingit, animo tremere, et cum cucu<r>ientem audit, tanto terrore concuti, ut emoriatur. Quam rem non ignorantes qui per immensas Cyrenensium solitudines, quae pestem illam, et singulare in terris malum gignunt, iter faciunt, Gallum itineris comitem sibi adiungunt, qui cantu suo truculentissimam illam bestiam longe abigat: author est huius historiae Aelianus⁷³⁴.

Iam vero et Gallus suis hostibus cum apertis, tum occultis minime caret. Inter aves in primis non rapacium duntaxat hostilitatem, rapinamque metuit, sed cum Attagene, teste Aeliano⁷³⁵, graviter etiam dissidet. At maior ab unguibus tamquam generis sui praedonibus expavescentia: ideoque cum acutissima acie praeditus est, oculo uno cibum inquit, altero sursum ad aethera erecto insidiatores observat: quibus a longe conspectis, alta voce exclamitat, Gallinas suas convocans, ut si per temporis angustiam liceat, simul cum eo sese in tutum recipiant: sin illi improvisius adsint, tunc quantum potest, sese illis opponit, ac pro liberandis uxoribus,

But it could seem that what I said is bringing little honor to the rooster, since he represents a fear for the snake, he who was feared by the lion the bravest of wild animals, if also the basilisk* wouldn't be terrified by him, undoubtedly because of a singular privilege of immunity: since no bird can however safely fly over the place where it lies, which is just always imbued with its pestilential breath: so much so that all other snakes abhor its hiss to such an extent that they cannot endure its presence. Wondrous to tell, they say that when by chance it happens to see a rooster, it trembles in spirit, and when it hears him crowing is shaken by such a great dread that it dies. Being aware of this fact, those who travel through the immense lonely places of Cyrenaica*, which in their territories give birth to that pest and unrivalled monster, they add as traveling companion a rooster so that with his crowing he drives away that very threatening animal: Aelian* is the author of this tale.

Actually, also the rooster does not lack his own enemies by any means, both manifest and hidden. Among birds not only does he fear at first the hostility and abduction by birds of prey, but according to Aelian he is gravely at odds with the black francolin*. But his greater anxiety proceeds from the hook-nailed birds as being marauders of his genus. Thus, since he is endowed with very keen eye, with one eye he searches for the food and with the other turned up towards the sky he watches under miners: when he sees them from afar, shouts at the top of his voice gathering his hens together so that if short time permits they may safely hide together with him. But if rather suddenly they blow in, then as far as possible

⁷³⁴ *La natura degli animali* III,31: Il leone ha paura del gallo e dicono che anche il basilisco lo teme e che quando lo vede comincia a tremare; se poi lo sente cantare, viene preso da convulsioni e muore. È per questo motivo che coloro che viaggiano per la Libia, terra nutrice di tali mostri, per paura del basilisco si portano appresso come compagno di viaggio un gallo, perché li protegga contro un così grande malanno. (traduzione di Francesco Maspero) - Eliano parla di Libia, mentre Plinio parla di Cirenaica (che è comunque una regione della Libia), per cui verosimilmente Aldrovandi si rifà in parte all'equivalente testo della *Naturalis historia* VIII, 78-79: Eadem et basilisci serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat provincia, duodecim non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula ut quodam diademate insignem. Sibilo omnes fugat serpentes nec flexu multiplici, ut reliquae, corpus inpellit, sed celsus et erectus in medio incedens. Necat frutices, non contactos modo, verum et adflatos, exurit herbas, rumpit saxa: talis vis malo est. Creditum quondam ex equo occisum hasta et per eam subeunte vi non equitem modo, sed equum quoque absumptum. Atque huic tali monstro - saepe enim enectum concupivere reges videre - mustellarum virus exitio est: adeo naturae nihil placuit esse sine pare. Inferciunt has cavernis facile cognitae soli tabe. Necant illae simul odore moriunturque, et naturae pugna conficitur. - Infatti Conrad Gessner, facendo preciso riferimento a Eliano, parla di Libia e non di Cirenaica: Basiliscus et ad visum galli contremiscit, et ad vocem convulsus moritur. Quare qui per Libyam iter faciunt, adversus hoc malum comitem itineris gallum sibi assumunt, Idem. [Aelianus] (*Historia Animalium* III - 1555 -, pag. 385)

⁷³⁵ *La natura degli animali* VI,45: I francolini odiano i galli e i galli, a loro volta, odiano i francolini. (traduzione di Francesco Maspero)

liberisque ad necem saepe usque cum eisdem dimicat, unde dicebat Politianus⁷³⁶.

Non illum squamea tuto

{*Aggreditur*} <Aggredit> *serpens non raptor ab aethere Milvus.*

Hunc etenim etsi in rapacium genere ignavissimum in primis observat, tanquam non ignoret, quod prae caeteris aliis incautiorem aliquam e suis e media corte per insidias soleat eripere: unde dicebat Aelianus⁷³⁷. *Quae leones exterret ales et basiliscos metu exanimat, milvos expavescit.*

Verum ut hoc mirum videtur, quod Gallus tam timidam volucrem horreat, cum alias si cum eo congregiendum foret, facile superaret; nam Milvus rapturus vel pullum, vel Gallinam e corte visus ante rapinam suam non impune saepe fert. Quinim<m>o ipsa Gallina ubi vel audierit tantum, aut a longe viderit hunc pullorum praedonem, eos {ocys} <ocius> sub umbra alarum suarum recipiens, et ipsa sese hosti audacter opponit rostro, alis et se, et pullos defendens, tantum abest, ut id Gallus praestare non possit, vel quadruplo Gallina robustior, sed occulta quaedam, de qua agimus antipathia est. Nam tanto odio Milvum hoc avium genus prosequitur, ut si illius caput collo Gallinaceo alligaveris, omnes celerrime arrepta fuga salutem quaerant, im<m>o quod amplius est, et mirum dictu, Gallum non amplius cantaturum aiunt, si cristam sanguine Milvini capitis inunxeris.

Non mirum itaque, si Accipitrem etiam timeant: qui tanto Gallinis praecipue terrori esse dicitur, ut audita tantummodo, dum incubant, eius voce, ova vitari credantur⁷³⁸, sed et huic etiam propter nimium pullorum amorem resistere non verentur, quod hisce versibus Oppianus⁷³⁹ ostendit.

Quanto Gallina domesticus ales

he plants himself in front of them, and in order to set free the partners and the sons he fights with them often till death, whence Poliziano* was saying: *No scaly serpent approaches him safely neither marauder kite* from sky.* For he watches especially upon the latter even though it is the lazier among the genus of birds of prey, as if he knew very well that it usually snatches away unexpectedly from the middle of the barnyard some of his partners more imprudent in comparison with all others: hence Aelian said: *That bird who terrifies lions and frightens to death basilisks, he fears kites.*

To tell the truth, it seems strange that the rooster frightens so fearful a bird, since if in other circumstances it would be necessary to fight against it, the rooster would easily overcome it; for when a kite has been caught in advance about seizing a chick or a hen out of the yard, it does not often achieves its mugging with impunity. But in fact the hen herself when has only heard or seen from afar this plunderer of chicks, gathering them quickly under the protection of her wings boldly clashes with the enemy with beak and wings, defending herself and her chicks, so that it is no wonder that the rooster can do this nevertheless he is four times stronger than the hen, but it is a matter of a certain hidden antipathy, which we are dealing with. For this genus of bird hates the kite so much that, if you tie its head to the neck of a gallinaceous, all of them very quickly seek safety in stampeding, or rather, what is more important and strange to tell, they say that a rooster will no longer sing if you smear his comb with the blood of a kite's head.

Then it is no wonder if they also fear the sparrowhawk*: this is said to be such a terror, chiefly to hens, that while they are incubating if merely hear his voice the eggs are believed to spoil, but they do not fear to keep their end up against it too, because of the great love for their chicks, as Oppian of Apamea* shows by these verses:

With how much love the hen, domestic bird,

⁷³⁶ *Rusticus* 416-417: Non illum squamea tuto | aggredit serpens non raptor ab aethere milvus. (Florentiae: XI Nonas novembres MCCCCLXXXIII) - È verosimile che si tratti di un download da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 407: Non illum squamea tuto | Aggreditur serpens, non raptor ab aethere milvus, Politianus de gallo.

⁷³⁷ *La natura degli animali* V,50: I galli col loro canto impauriscono il leone e annientano il basilisco, però non sopportano la vista di un gatto o di un nibbio. (traduzione di Francesco Maspero)

⁷³⁸ Plinio, *Naturalis historia* X,152: Si incubitu tonuit, ova pereunt, et accipitris audita voce vitantur.

⁷³⁹ *Cynegetica* o *De venatione*, liber 3. (Aldrovandi) - Gessner deduce gli stessi concetti da Pierre Gilles*: Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 423: Gallina ardet studio et amore pullorum: primum enim ut circum avem rapacem supra tectum gyros agere cognoscit, statim vehementer vociferatur, et cervicem iactans, atque in gyrum contorquens, caput in altum tollit, ac omnibus plumis inhorrescit, tum explicantis alis timidos pullos, et sub alato tegmine pipientes protegit, avemque procacem retrocedere cogit: Deinde eos ex latibulo plumeo prodeuntes studiose pascit, Gillius. - Il brano di Pierre Gilles è tratto da liber XIV caput XXXIII - *De Gallina* - di *Ex Aeliani historia per Petrum Gyllium latini facti: itemque ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano, tum eodem Gyllio luculentis accessionibus aucti libri XVI, de vi et natura animalium* (Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1533).

*Nutrit amore suos foetus lasciva tenellos.
 Quae si labentem videat pernicibus alis
 Accipitrem a tecto, sublata voce gracillans
 Arrectis sursum pennis, cervice recurva
 Expandit tumidas pullis glocitantibus alas.
 Tum pavidus miles pipiens se moenibus altis
 Abdit, conglomeratque parens trepida agmina pennis.
 Sic profligat aves audaces sedula mater,
 Et caros pullos ex alitis ore rapacis
 Liberat, implumesque {fonet} <fovet> simulatque
 relinquunt
 Festos et thalamos nitido candore glabrantes.*

*joyful rears her tender young ones.
 And if she sees descending on nimble wings from the roof
 the hawk, cackling in a loud voice
 her feathers raised high, her neck curved back
 she spreads her swollen wings over the clucking chicks.
 Then the fearful soldier chirps and shelters into the depth of
 walls,
 and the fearful mother wraps with her feathers the flock of
 chicks.*

*In this way a careful mother defeats daring birds,
 and frees her dear chicks from the mouth of the rapacious bird
 and warms her featherless sons as soon as they leave
 also the festive nests sleek of shining snowy whiteness.*

Ornithologus⁷⁴⁰ Helvetiis Accipitris genus aut
 Milvum a Gallinarum praeda ait appellari den
 hu<e>nerdieb, id est, Gallinarum furem: et
 Milvum scripsi Belgis a rapiendis {pullo} <pullis>
 Kujckendief dici, unde eidem avi,
 Milvo nempe ea nomina competere suspicarer,
 nisi teste Turnero Rubetarium Accipitrem,
 Anglis hen harroer, idest Gallinarum occisorem,
 appellari cernerem. Palumbarium Accipitrem
 magnitudine superat, et coloris est [242] cinerei.

The Ornithologist says the Swiss call the genus of the
 birds of prey or the kite as *den huenerdieb* from theft of
 hens, that is, hens thief: and I have written that the
 kite is called *Kujckendief* by Belgians from his chicks
 stealing, since I would think these names fit the same
 bird, that is, the kite, except that I see, according to
 William Turner* testimony, that he is called bramble
 hawk, by English known as *hen harroer**, that is, hens
 killer. He is larger than the *accipiter palumbarius** - hawk
 of wild pigeons - and he is of an ashen-grey color.

Page 242

Humi sedentes aves in agris, et Gallinas in
 oppidis, et pagis repente adoritur. Praeda
 frustratus tacite discedit, nec unquam secundum
 facit insultum. Hic per humum Accipitrum
 omnium volat maxime⁷⁴¹. Quapropter habere
 oportet, inquit Columella⁷⁴², clausum amplum
 vestibulum, idque retibus munitum, ne Aquila,
 vel Accipiter inolet: et has impensas, et curas
 nisi locis, quibus harum rerum vigent pretia non
 expedit exhibere. Si itaque tantum
 emolumentum non praebat Gallinacea tua
 familia, ut totam cortem retibus munire propter
 impensas nequeas, poteris longe cum minori
 sumptu eiusmodi uncungues <volucres> fugare.
 Plinius {volucres} vite nigra (Petrus

The Hen Harrier - *Circus cyaneus** - suddenly attacks
 birds living on ground in fields, and hens in towns
 and villages. If disappointed by his prey, he dumbly
 goes away and never launches a second attack. This
 one of all the birds of prey flies mostly along the
 ground. Therefore Columella* says one must have an
 ample closed hall and moreover protected by nets so
 that the eagle* or the sparrowhawk* cannot fly in: and
 that it is not worth going to these expenses and cares
 except in places where the prices of these breeding
 products are high. If then your chicken flock does not
 offer so much profit that you can, on account of the
 expenses, cover the entire yard with nets, you can
 keep off such hook-nailed birds with far less
 spending. Pliny* handed down that this can be

⁷⁴⁰ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 424: Nostri milvum aut accipitris genus a gallinarum praeda vocant den huenerdieb, id est gallinarum furem. Rubetarium esse credo accipitrem illum (inquit Turnerus) quem Angli hen harroer nominant. Porro ille apud nostros a dilaniandis gallinis nomen habet. Palumbarium magnitudine superat, et coloris est cinerei. Humi sedentes aves in agris, et gallinas in oppidis et pagis repente adoritur. Praeda frustratus, tacitus discedit, nec unquam secundum facit insultum. Hic per humum omnium (accipitrum) volat maxime.

⁷⁴¹ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 424: Nostri milvum aut accipitris genus a gallinarum praeda vocant den huenerdieb, id est gallinarum furem. Rubetarium esse credo accipitrem illum (inquit Turnerus) quem Angli hen harroer nominant. Porro ille apud nostros a dilaniandis gallinis nomen habet. Palumbarium magnitudine superat, et coloris est cinerei. Humi sedentes aves in agris, et gallinas in oppidis et pagis repente adoritur. Praeda frustratus, tacitus discedit, nec unquam secundum facit insultum. Hic per humum omnium (accipitrum) volat maxime.

⁷⁴² *De re rustica* VIII,4,6: Habeat tamen etiam clausa oportet amplum vestibulum quo prodeat et ubi apricetur, idque sit retibus munitum, ne aquila vel accipiter inolet. Quas impensas et curas, nisi locis quibus harum rerum vigent pretia, non expedit adhiberi. Antiquissima est autem cum omnibus pecoribus tum in hoc fides pastoris, qui nisi eam domino servat, nullius ornithonis quaestus vincit impensas. De tutela satis dictum est, nunc reliquum ordinem persequemur.

Crescentiensis⁷⁴³ id de vite alba intelligit, quae passim per Italiam obvia est, nimirum caustica illa) id praestari ex aliorum tamen relatu his verbis memoriae prodidit: *Vite nigra*, inquit⁷⁴⁴, *aiunt si quis villam cinxerit, fugere Accipitres, tutasque fieri villaticas alites*.

Etsi vero eo modo rapacium avium impetus effugere possit Gallinaceum genus, ita contra difficilius a noxiis quadrupedibus sese tueri potest, propter locorum, quibus sese {abdunt} <abdit>, commoditatem. Ex his astutissimam animalium vulpeculam in primis non oderunt modo, sed adeo vero etiam pertimescunt, ut cum subdola Gallinaceos quantumcunque in alto remoto loco intuetur, vel saltem oculos lucentes tamquam faculas eis ostendit, caudaque quasi baculo quodam minatur, prae metu sese deorsum praecipitent, fugereque conantes opprimantur. Rapit autem vulpes ex eis plurimas, adeo ut una nocte quadraginta, et amplius pullos simul cum matribus partim abstulisse, partim semiesos reliquisse meo cum malo observaverim. Cum autem nusquam non domesticis hisce alitibus infestae sint vulpes, tum vero id maxime faciunt in locis montanis, non ignarae nimirum, quod ibi facilius latere queant in sylvis, difficiliusque capiantur.

Ut itaque noxia istaec animalia fuges, Gallinariumque et cortem tuta reddas, placuit hic etiam remedia docere, quibus id praestare queas. Tradit Hector Boëtus⁷⁴⁵, Scotos maxime monticolae tali consilio illarum belluarum perniciem antevertere consuevisse: *Vicis frequentioribus*, inquit, *singulae aedes singulas Vulpeculas nutriunt, easque earum carnibus contusis, coctisque animalium cibis miscere solent. Quae autem pecudes, et volucres domesticae eas degustassent, duos prope menses innoxiae securaeque pascentes oberrant, vulpibus a sui generis esca tam anxie abstinentibus: quod ita esse comprobant. Nam si quae non degustarit, pervagantibus inter Gallinas, Anates, Anseres caeterasque aves innoxiiis vulpibus ea sola illis praeda est quam a genere suo abstinuisse sentiunt, ut appareat inferendis iniuriis nonnunquam iniurias propelli*. Haec ille: quod secretum Plinium ignorasse minime

achieved with black bryony - *Tamus communis** - by these words, even if relying upon the report of others (Pier de' Crescenzi* means this apropos of the white bryony - *Bryonia dioica**, found everywhere throughout Italy, the former one, black bryony, is irritating indeed). He says: *They say if one fenced the farm with black bryony, hawks take flight and poultry is safe*.

But nevertheless by this method the gallinaceous genus can escape the attack of birds of prey, on the other hand he can protect himself with more difficulty from harmful quadrupeds, on account of the handiness of the places where he takes shelter. Among these quadrupeds the chickens firstly not only hate the most cunning of animals, the fox, but really they also fear her so much that when the tricky creature gazes at chickens as far as high and distant is the place where they are, or at least she shows them her eyes shining like torches and menaces them with her tail as if it were a club, because of the dread they fling themselves down and are killed trying to flee. For the fox seizes very many of them, so that as many as forty chicks along with their mothers in one night she has partly stolen, or left behind partly eaten, as I have observed at my own expense. Although there is no place where foxes are not dangerous for these domestic fowls, they do so especially in mountainous places, of course well aware that they can hide there more easily in the woods and are captured with more difficulty.

Therefore, in order that you may drive these harmful animals away and keep your poultry pen and barnyard safe, I thought it proper to give here some advice thanks to which you can do this. Hector Boëce* relates that the Scots, chiefly the mountaineers ones, are accustomed to prevent the damage coming from these beasts by the following trick: *In many villages*, he says, *each home raises a fox cub and is accustomed to mix with the food of their animals the crushed and cooked fleshes of foxes. For the domestic animals and birds who have tasted them go grazing around almost two months unharmed and without danger, since foxes abstain so carefully from a food which belongs to their genus so that they confirm that is exactly how things stand. But if anyone has not tasted that food, it becomes the sole prey for foxes who harmless wander about among hens, ducks, geese, and remaining birds, because they find it abstained from fleshes of their genus; thus it appears that injury is warded off sometimes by inflicting injury*. Thus far Boëce. Pliny

⁷⁴³ *Ruralium commodorum*, capitolo LXXXVI - Delle galline - pagina 240: [...] tendere funi o vite o vitalbe sopra il luogo dove dimorano [...].

⁷⁴⁴ *Naturalis historia* XXIII,24-28. Vedi tamaro*.

⁷⁴⁵ *Descriptio regni Scotorum*. (Aldrovandi)

videtur. Nam et hic alibi⁷⁴⁶ scripsit *Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui iecur animalis eius aridum ederint, vel si pellicula ex {ea} <eo>⁷⁴⁷ collo inducta, Galli inierint. Rutam sylvestrem etiam adversus vulpes, et alia animantia Gallinis infesta valere legimus, et multo efficaciorum fore, si vulpis fel cibo {admistum} <admixtum> adhibueris, Democritus affirmat⁷⁴⁸. Idem de cat<t>o scribunt Dioscorides⁷⁴⁹, et {Africanus} <Africanus>, sed diversimode. Tradunt *rutae montanae*, inquit ille, *succum Gallinaceis pullis inspersum feles arcere. Cat<t>us*, ait hic, *non invadet Gallinam, si ruta sylvestris sub eius ala appendatur.**

Cum mustelis magis, quam cum felibus insitam inimicitiam exercent, nam has non praetereuntes duntaxat horrent, sed voce etiam tantum audita, teste Aeliano⁷⁵⁰, fere exanimantur, cum alioqui,

seems to have been well aware of this secret. For he also has written elsewhere: *They are not attacked by foxes those gallinaceous who ate the dry liver of that animal, or if the roosters will mount them - only hens, we hope! - after they put on their neck a piece of skin of that animal.* I have read that wild rue* is good also against foxes and other animals harmful to hens, and Bolos of Mendes* affirms it would be much more effective if you will give gall of fox mixed with the food. Dioscorides* and Julius Sextus Africanus* - not Afranius* - write the same thing about the cat, but in a different way. The former says: *They tell that the juice of mountain rue sprinkled on gallinaceous chicks keeps away cats.* The latter says: *The cat does not attack the hen if wild rue is hung under her wing.*

They show an inborn hostility more towards beech martens* than cats, for they are frightened not only when they pass in front of them, but, according to Aelian*, even in hearing their voice they faint, while

⁷⁴⁶ Ho confrontato il testo di Gessner con due fonti, e ambedue riportano *induta*, non *inducta*. Il verbo *induo* significa indossare, mentre *induco* ha come eminente significato quello di introdurre, e solo in lontana istanza quello di indossare. Per un parallelismo con l'appena citato potere difensivo del cibarsi del fegato di volpe, potrebbe essere esatto *inducta* nel senso di *aver mangiato* un pezzetto di pelle del collo della volpe, visto oltretutto che è difficile immaginare dei galli che se ne fissano un frammento addosso. Quindi si accetta *inducta* e lo si traduce con *ingoiare*. Per la bile - non riferita da Aldrovandi - il discorso è identico: la bevono. Però... C'è sempre un però: i galli potrebbero benissimo strofinarsi la bile di donnola in qualche area del corpo, oppure voltolarsi nella bile. Insomma: un maquillage che è uno scudo antidonnola. - Plinio *Naturalis historia* XXVIII,265-266: *Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui iocur animalis eius aridum ederint, vel si pellicula ex eo collo induta galli inierint; [266] similiter in felle mustelae; [...]. - induta è lezione della editio Coloniensis di Jo. Caesarius (1524) e congettura di Ermolao Barbaro* (*Castigationes plinianae*, Romae 1492). Gessner utilizza probabilmente l'editio Coloniensis. I codici hanno *induta*, e così pure le edizioni moderne, come quella di C. Mayhoff (Lipsiae 1897, vol. IV, pag. 366).*

⁷⁴⁷ Gessner, come Plinio, ha *ex eo collo*. - Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 385: *Gallinaceos non attingi a vulpibus qui iecur animalis eius aridum ederint: vel si pellicula ex eo collo inducta, galli inierint, {similia} <similiter> in felle mustelae legimus, Plinius.* - Ho confrontato il testo di Gessner con due fonti latine, e ambedue riportano *induta*, non *inducta*. Anche la traduzione inglese (*Natural History*. Pliny the Elder. John Bostock, M.D., F.R.S. H.T. Riley, Esq., B.A. London. 1855), non corredata da testo latino a fronte, fa pensare a *induta*: "or if the cock, when treading the hen, has had a piece of fox's skin about his neck". - Il verbo *induo* significa indossare, far indossare, mettere addosso, mentre *induco* ha come eminente significato quello di introdurre, e solo in lontana istanza quello di indossare. Le ipotesi interpretative dei telegrafici spezzoni di Plinio possono essere le più caleidoscopiche, visto che stiamo navigando in un mare colmo di magia tutta da verificare. Per un parallelismo con l'appena citato potere difensivo del cibarsi del fegato di volpe, potrebbe essere esatto *inducta* nel senso di *aver mangiato* un pezzetto di pelle del collo della volpe, reiterando così l'attività alimentare dei gallinacci, visto che oltretutto è difficile immaginare dei galli che da soli si fissano addosso un frammento di pelle di volpe. Quindi potremmo accettare *inducta* traducendolo con *ingoiare*. Per la bile - non citata da Aldrovandi - il discorso è identico: essi, usando per la terza volta la bocca, la bevono. Però... C'è sempre un però: i galli potrebbero benissimo strofinarsi la bile di donnola in qualche area del corpo. Insomma: un maquillage, uno scudo antidonnola. Oppure qualcuno gliela strofina addosso, così come qualcuno gli ha messo al collo un pezzetto di pelle di volpe a mo' di amuleto. Nel confronto del testo latino vince *induta* con un bel 3 a 1, per cui, senza emendare il testo, nella traduzione attribuiamo a *inducta* il significato primario di *induta*: mettere addosso. - Plinio *Naturalis historia* XXVIII,265-266: *Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui iocur animalis eius aridum ederint, vel si pellicula ex eo collo induta galli inierint; [266] similiter in felle mustelae; [...]*

⁷⁴⁸ *Geoponica* XIV 9,6.

⁷⁴⁹ Dioscorides *De Materia Medica* (ed. by M. Wellmann, Berlin, 1906-14), III, 45,5. - *Geoponica* XIV,21* - UT GALLINA A FELE NON LAEDATUR. AFRICANI. Feles gallinas non contingent, si sub alam ipsis ruta sylvestris suspendatur. Similiter autem neque vulpes, neque aliud aliquod animal ipsas continget, et multo magis si vulpis aut felis fel cibo ammixtum exhibueris ut etiam Democritus confirmat. - traduzione di Janus Cornarius*. § L'errore *Afranius* invece del corretto *Africanus* è presente anche a pagina 270*. Vista la distanza tra questa e tale pagina è assai verosimile trattarsi di un classico errore dal sapore prettamente aldrovandesco. La stessa notizia erronea di pagina 270 è esplicitamente tratta da *Hieroglyphica seu de sacris Aegyptiorum aliarumque gentium literis commentarii* di Giovan Pietro Bolzani*. Due edizioni dei *Hieroglyphica* riportano *Africanus*: 1) Lugduni, sumptibus Pauli Frelon, 1602 - 2) Francofurti ad Moenum, Sumptibus Christiani Kirchneri, Typis Wendelini Moewaldi, 1678. § Se volessimo ammettere che Aldrovandi non poté consultare l'edizione del 1602 dei *Hieroglyphica*, bensì un'altra edizione meno recente (magari la prima di Basilea del 1556) e che questa riportasse *Afranius*, dobbiamo tuttavia accettare che il nostro Ulisse coi *Geoponica* non era assolutamente avvezzo.

⁷⁵⁰ *La natura degli animali* V,50: È senza dubbio possibile anche attraverso queste altre osservazioni conoscere le caratteristiche degli animali. Noi vediamo ad esempio che gli uccelli domestici, allevati a contatto diretto con l'ambiente, non hanno più paura dei

mugitus boum, rugitusque asinorum praeclare contemnant: Ab his quoque Plinius⁷⁵¹ tutos Gallinaceos pullos fore prodidit, si earum cinis in offa istis exhibeantur. Salamandrae pariter nescio quid inesse necesse est, quod occulte Gallinis noceat, nam et hanc referunt in acervo tritici repertam totum id inficere, Gallinasque inde {viscentes} <vescentes> emori, cum alias noxias quasque serpentes impune saepius visae sint devorasse. At Gallinae eo die, quo ovum peperint, a serpente non laeduntur, quin et caro earum tum a serpente morsis remedio est. Item serpentes quosvis absque noxa depascuntur, cum alioqui, quod mirum videtur, ab ipsis morsae moriantur, sed magis adhuc admirandum est, quod tradit Plinius⁷⁵², nimirum superventu eorum, qui serpentium canisve {rapidi} <rabidi> dente aliquando laesi fuerint, Gallinarum incubitus, et pecorum foetus abortu vitiari. Ut ergo non mordeant Gallinas, sic provideto: Circa caveas incendito cornu, cuius {odere} <odore> non fugari tantum, verumetiam eos interimiri referunt.

Cum plantis quibusdam hae volucres antipathiam habere videntur, ac in primis cum nobilissima arbore, quae nobis eximium illud Bacchi donum subministrat, cum vite inquam, cuius florem ipsis in cibo exhibitum efficere ferunt, ut postmodum maturescentium uvarum esu abstineant. Sunt qui id, ut antea⁷⁵³ etiam obiter diximus, {oenanthi} <oenanthae>⁷⁵⁴ sylvestri ascribant, eamque cibo incoctam, et illis proiectam fastidium gignere uvas appetendi: verum Plinius id de uvae flore simpliciter protulit. Ut ut est, utriusque curiosus quispiam poterit cum parvo sumptu, at cum maximo lucro periculum facere. Nam uvarum esus, ut ostendimus<,> Gallinis admodum damnosus

on the other hand they disregard quite clearly the cattle mooing and the asses braying: Pliny related that gallinaceous chicks are safe also from these animals - beech martens - if ashes of beech martens are given them into a mouthful. Likewise, it is necessary that there is in the salamander* something secretly harming hens, for they also say that when it is found in a heap of wheat it spoils all the heap, and that hens eating the wheat die, although in other circumstances they have often been seen to safely devour any harmful snake. But hens are not injured by a snake on that day when they laid an egg, on the contrary their flesh is then a remedy for those who have been bitten by a snake. Likewise, they eat without harm any snake while, and this seems strange, they die if bitten by them, but what Pliny records is even more amazing, that is, because of the sudden arrival of those who by chance have been wounded by tooth of snakes or a rabid dog, hens' incubations and livestock's foetus go bad by abortion. Therefore, take the following steps so that they don't bite the hens: you will burn a horn around their nesting places, and they tell that not only they will be driven away by its smell, but are even killed.

These birds seem to have an antipathy toward certain plants, especially toward that most known tree which gives us that exceptional present of Bacchus, I mean the vine, and they say that its flower given them in food gets them to abstain from afterwards eating the grapes when ripening. There are those who, as before I said in passing, ascribe this effect to the wild vine, and - affirm - that throwing it to them cooked along with food it creates a dislike for the desire of grapes: to tell the truth Pliny simply reported this fact apropos of the flowers of the grape. However it is, if somebody is curious about both points of view, he can carry out a test with little expense but with great gain. For the eating of grapes, as I showed, is quite harmful to hens. Probably because they dislike any

cavalli, degli asini, dei buoi e dei cammelli dato che si sono abituati alla loro presenza. Non temono neanche gli elefanti (se questi mostrano un'indole mite e mansueta) e addirittura si aggirano in mezzo a loro. I galli poi prendono tanta confidenza che non esitano a volare anche sulla loro schiena. Se invece una donnola corre vicino a loro, si sbigottiscono e vengono presi da un grande terrore. Non si preoccupano se odono il muggito dei bovini o il raglio degli asini, ma come sentono lo squittio della donnola tremano di paura. Non si curano minimamente delle oche, dei cigni e degli struzzi; hanno invece terrore dei falchi, anche se sono molto piccoli. (traduzione di Francesco Maspero)

⁷⁵¹ *Naturalis historia* XXX,144: Eiusdem mustelae cinis si detur in offa gallinaceis pullis et columbinis, tutos esse a mustelis.

⁷⁵² *Naturalis historia* XXVIII,31-32: [31] Signum eius familiae est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliva. Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Horum omnium generum insita repugnantia interventum quoque mederi constat, sicuti adgravari vulnera introitu eorum, qui umquam fuerint serpentium canisve dente laesi. [32] Iidem gallinarum incubitus, pecorum fetus abortu vitiatur; tantum remanet virus ex accepto semel malo, ut venefici fiant venena passi. Remedio est ablui primus manus eorum aquaque illa eos, quibus medearis, inspergi. rursus a scorpione aliquando percussi numquam postea a crabronibus, vespis apibusve feriuntur.

⁷⁵³ Page 232*. Vedere là il passo di Plinio.

⁷⁵⁴ Il vocabolo greco di genere femminile *oinanthē* significa: gemma della vite, vite silvestre, fiore della vite, fiore della clematide (Dioscoride).

est. Sed forte cum omni vite antipathiam habuerint, nam idem Plinius⁷⁵⁵, {*Gallinaceis ipsis circulis e sarmentis collo additis* [243] *non canere*} <*At gallinacei ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt*> tradit, quod si verum est, insigne sane, et occultum odium demonstrat.

kind of vine; for Pliny himself tells that *The roosters themselves won't sing when you place on their neck a necklace done with scales of gold*, which, if true, really proves a remarkable and hidden hate.

Page 243

Audio denique et aquam vitae, ut vocant, eis let{h}alem esse. Ex Sambuco magis canoram buccinam, tubamque eodem referente⁷⁵⁶, fieri credit pastor, si ibi caedatur, ubi Gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Quae res ad quandam pariter antipathiam referri potest: sunt tamen qui physicam illius rationem talem assignent. Materies, inquit, sambuci mire firma traditur: constat enim ex cute, et ossibus: quare venabula ex ea facta praeferunt omnibus. {Quondam} <Quoniam>⁷⁵⁷ vero loca sylvestria, qualia sunt, in quibus Gallorum cantus non auditur, sicciora sunt, ligna etiam illic sicciora, solidioraque fiunt, et ex tali materia tibiam magis canoram tornari credibile est, cum unumquodque corpus eo magis sonorum sit, quo siccus, simulque solidius. Eandem etiam rationem Caelius Calcagninus⁷⁵⁸, quosdam

Finally, I hear that also the whisky* - or usquebaugh, or *aqua vitae* -, as they call it, is lethal to chickens. Pliny* reports that the shepherd believes a more resounding buccin* and trumpet can be made from the elder tree* if this shrub would be cut down where it does not can hear the roosters' crowing. This fact can be referred to a certain antipathy as well: there are some, however, who assign a physical reason for it. According to what they affirm, the wood of the elder tree, they say, is very solid: for it is made of bark and hard central portions: therefore they prefer hunting spits made of it than all others. But since woodland places, as are those where the roosters' crowing is not heard, are dryer, here the wood grows more dry and more compact, and it is likely that from such a wood a more resounding flute can be lathed, since whatever structure is the more sonorous the more dry it is and solid at the same time. Celio Calcagnini* writes that

⁷⁵⁵ Evviva il passaparola che non è affatto un'invenzione della nostra TV: infatti Aldrovandi se ne servì a iosa, e proprio grazie al passaparola è stato capace di trasformare delle scagliette d'oro in tralci di vite. Vediamo questo iter che sa quasi di magico - una magia inversa rispetto a quella di re Mida* - un iter al quale come al solito sottende Gessner. Infatti costui a pagina 385 della sua *Historia Animalium* III (1555) fa un'errata citazione telegrafica di un passaggio di Plinio: *Gallinaceis circulo e sarmento addito collo non canunt*, Plinius. - Ma Plinio quando parla di un *circulus* messo al collo dei galli sta disquisendo di oro, come vedremo tra poco a pagina 243. Eppure Aldrovandi, seguendo Gessner, non solo trasforma le scagliette d'oro di Plinio in tralci di vite, ma si appropria anche di uno strano - seppur accettabile - dativo *Gallinaceis* presente in Gessner, inserendolo nella sua frase che di Plinio possiede solamente la collana dotata del potere di inibire il canto dei galli, una frase caratterizzata oltretutto da un costruito infelice dal sapore tipicamente pliniano, mentre stavolta Plinio si abbandona stranamente a una sintassi corretta. Ecco il testo di Plinio *Naturalis historia*, XXIX,80: *Non praeteribo miraculum, quamquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se; ita hoc venenum auri est. At gallinacei ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt.* - Insomma, Plinio dice che le zampe delle galline sono in grado di distruggere l'oro, ma una collana fatta di pagliuzze d'oro ha il grande potere di far tacere i galli. - Questa magia opposta a quella di re Mida doveva essere abbastanza diffusa nel 1500. Infatti anche Pierandrea Mattioli* nel suo commento a Dioscoride - sia in quello latino del 1554 che in quello postumo in italiano del 1585 - affinché non cantino fa cingere il collo dei galli con una collana fatta di *sarmentis*, cioè con un *sarmento di vigna*. Probabilmente il testo in possesso di Mattioli, di Gessner, e quindi di Aldrovandi, era corrotto e riportava *sarmentis* invece di *ramentis*. Ma se Gessner e Aldrovandi enucleano la citazione pliniana dal suo contesto, Mattioli cita tutta quanta la frase di Plinio: pagina 186 - Liber II - cap. XLIII - GALLINAE, ET GALLI - Plinius cum de gallinis dissereret libro XXIX. cap. IIII. haec inter caetera memoriae prodidit. Non praeteribo (inquit) miraculum, quamquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt illud in se. Ita hoc venenum auri est. At gallinaceis ipsis circulo e sarmentis addito collo non canunt. - Neppure a Mattioli è balenato che quell'*at* ha un preciso significato: si tratta di una contrapposizione. Infatti l'oro, guastato dalle galline, è tuttavia in grado di prendersi una rivincita facendo ammutolire i galli. Ma nel 1500 nel testo di Plinio gironzolavano i *sarmentis* ed era giocoforza utilizzarli.

⁷⁵⁶ *Naturalis historia* XVI,179: Sui, sed fructectosi generis sunt inter aquaticas et rubi atque sabuci, fungosi generis, aliter tamen quam ferulae, quippe plus ligni est, utique sabuco, ex qua magis canoram buccinam tubamque credit pastor ibi caesa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat.

⁷⁵⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 406: Quoniam vero loca sylvestria (qualia sunt in quibus gallorum cantus non auditur) sicciora sunt, ligna etiam illic sicciora solidioraque fiunt, et ex tali materia tibiam magis canoram tornari credibile est, cum unumquodque corpus eo magis sonorum sit quo siccus simul solidiusque.

⁷⁵⁸ La citazione di Aldrovandi della fonte dovuta a Celio Calcagnini è alquanto sintetica: *Epist. Quaest.* liber 2. Con le ricerche nel web del 6 maggio 2004 non è stato possibile conoscere per intero il nome dell'opera citata da Aldrovandi. Tuttavia in base a

assignavisse, scribit, postquam aliorum sententiam examinasset, suamque diversimodam attulisset, his verbis. Cur id fiat{:} (si modo verum est,) nemo facile dixerit. Sunt qui hoc non simpliciter, sed συμβολικῶς traditum putent, more Pythagorico⁷⁵⁹, ut multum diversum, quam dicitur, intelligatur, sicut proditum est, non ex omni ligno Mercurium debere fieri: Deum non populari ritu, sed electo, ac religioso colendum esse. Sic non vulgari sed remotiori musicae incumbendum esse admonentes, non ex obvia quaque Sambuco tibia, sambucamque coagmentari oportere dixerunt, et expedire ut remotiora petantur, atque inde decerpatur, ubi Galli cantus non obstrepat.

Nam sic hodie quoque locum longe sepositum, ad quem nemo adeat significantes, dicunt in eo, ne Gallum quidem unquam exaudire. Aut certe stridula illa, atque admodum obstrepera vox Galli hebetare, et stridore suo quodammodo diffindere, et convellere potest penetrabilem ac fungosam sambuci materiem, utpote qua leo etiam tantae animal constantiae consterneretur. Alii sunt, qui eo dicto nil praeterea ostendi putent, quam sylvestrem sambucum sativae multo esse praeferendam: quod ea procul, locisque abditis, haec prope intra nostra septa adolescat. Quae postrema sententia cum priori conformis est, quam a viris doctis examinari ventilarique velim.

Insigne contra immunitatis privilegium Gallinis (sic enim apud Dioscoridem⁷⁶⁰ ὄρνιθες}

some people assigned the same reason, and after he examined the opinion of other men and brought forward his own which sounds in a different way, using the following words. Why this happens (if it is true) no one could easily say. Some think that this has not been handed down in a naked way, but *symbolikós* - allegorically, in a Pythagorean* manner, so that it is understood in a very different way than it is said, such as it has been handed down that Mercury* ought not to be made from whatever kind of wood: a god is not to be commonly worshipped, but specially and respectfully. So, exhorting that we must devote ourselves not to a common music but farer from common use, they said that a flute and a sambuca* ought to be constructed not from any elder tree coming to hand, and that it is worthwhile that more fine things are searched, and that it must be got thence where rooster's crowing does not resound.

For alike also today, when they want to mean a very secluded place where nobody can go, they say that nor a rooster has never been heard there. At least that shrill and quite noisy rooster's voice can weaken and break and tear in some way with its screeching the penetrable and spongy wood of elder tree, since even the lion, an animal of such a great fearlessness, is frightened by it. Others, according to what has been said, think that does not need further demonstration the fact that the wild elder is to be much preferred to the cultivated one: since the former grows far off and in remote places, while the latter grows near, within our fences. The latter statement is similar to the previous one, which I should like to be examined and discussed by learned people.

On the contrary an exceptional privilege of immunity happened to hens (for I translate in such way *orníthia*

Gessner possiamo presumere che si tratti di *Epistolicae quaestiones*: Hoc cur fiat, si modo verum est, (inquit Caelius Calcagninus in epistolicis quaestionib. lib. 2.) nemo facile dixerit.

⁷⁵⁹ Secondo Pitagora il gallo è interpretato in senso allegorico come uccello del sole. Vedere il lessico Suida* alla voce Πυθαγόρα τὰ σύμβολα etc.

⁷⁶⁰ *De materia medica* liber 4, caput 75. (Aldrovandi) - Τοῦ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ γεννωμένου τὸν καρπὸν ὄρνιθια ἐσθίοντα, μελαίνεται. (Testo greco di Aldo Manuzio* e Jean Ruel* che recano una numerazione di capitolo diversa da quella di Aldrovandi. Oggi il capitolo viene identificato come 79.) - L'unica citazione dei frutti del tasso da parte di Dioscoride suona così in Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 384: Taxi fructus edentes in Italia gallinae nigrescunt, Dioscorides. Quindi, stando al Dioscoride gessneriano, le galline - che possono aver indotto Aldrovandi a tradurre *orníthes* con galline - diventano *abbronzate* mangiando i frutti del tasso, e ciò accade in Italia. E magari si *abbronzano* perché i semi sono nerastri... Oppure *nigrescunt* in quanto diventano *cianotiche* perché muoiono... - Alcune delle edizioni odierne di Dioscoride parlano delle bacche del tasso nel libro 4 capitolo 79, come già puntualizzato. E secondo i moderni traduttori - a differenza di quelli rinascimentali - Dioscoride affermerebbe che le bacche del tasso uccidono gli uccelli. Non è vero! - Velenoso è il seme del tasso avvolto dall'arillo rosso praticamente atossico, ma sono pronto a scommettere che non c'è ventriglio di uccello che si dedichi alla digestione del seme, che invece verrà espulso tale e quale. L'arillo, pur contenendo tracce del letale alcaloide tassina, non è tossico se mangiato in quantità moderate, ed è ricco di sostanze zuccherine. Gli uccelli - o meglio, gli uccellini, in quanto la traduzione di Jean Ruel (adottata abitualmente sia da Gessner che da Aldrovandi nonché da Pierandrea Mattioli*) riporta *aniculae*, esatta traduzione del greco ὄρνιθια di Dioscoride - gli uccellini, ghiotti di questi frutti, contribuiscono alla disseminazione del tasso attraverso gli escrementi, e in questa disseminazione le galline non contribuiscono in modo sostanziale dal momento che il loro habitat è alquanto ristretto ed essenzialmente domestico. Per cui non era necessario che Aldrovandi mitizzasse le galline rendendole degli uccelli inattaccabili dal letale tasso, in quanto tutti

<ὄρνιθια> transfero) accessit, cum impune baccis taxi, quae alioqui reliquis animalibus pestiferae sunt, vescantur. Quae itaque venena, non venena in illis esse voluit prudentissima natura, eadem contra quae non venena sunt, pestifera illis esse voluit, sparti semine depasto eas emori cupiens, item hominis excremento, qui Helleborum <album>⁷⁶¹ biberit, ut Avicenna testatur.

Albertus quaedam urticarum genera pullis mortifera esse scribit, Gallinamque earum malignitatis consciam eas evellere conari{,}<.> Verum quae hae urticae sint, non explicat. Tradunt item Gallum contra orobanchen herbam⁷⁶² circumferri, vel semina terrae mandanda Gallinaceo sanguine rigari, tanquam et herba leo (nam ita etiam vocatur) non minus, quam animal a Gallo abhorreat⁷⁶³. Oderunt quidem merito hanc herbam agricolae, quoniam cannabi, in quam spem omnem lucri ponunt, nutrimentum eripit, et quo minus ad optatam altitudinem excrescat, impedit, ad radices eius enascens. Poterunt ergo eiusmodi remedium experiri.

Praeterea Gallinae metallorum regi auro venenum sunt, si Plinio⁷⁶⁴ credimus, qui alibi ita

in Dioscorides*) since they safely eat the berries of yew tree*, which are otherwise lethal to other animals. Then the most wise Nature did want that what is a poison is not a poison for them, but on the contrary, that which is not a poison she did want to be lethal to them, wishing them to die after ate the seeds of the esparto*, likewise the excrement of a human being who drank white hellebore* - or white veratrum*? - as Avicenna* testifies.

Albertus* writes that some species of nettles* are deadly to chicks, and the hen, aware of their harmfulness, gets busy to uproot them. But he does not explain what nettles they are. Likewise, they say the rooster has to be taken around in order to fight the herb orobanchen*, or that the seeds which have to be entrusted to earth are irrigated with rooster's blood, as also the herb lion (for it is so called) had an aversion to the rooster no less than toward the animal with the same name. For rightly the farmers hate this herb since it draws away nourishment from the hemp plant* in which they put all hope of profit, and because, taking birth stuck on its roots, keeps it from growing to its proper height. They can therefore experiment such a remedy.

Furthermore, hens are a poison for the king of metals, the gold, if we believe Pliny, who elsewhere writes as

gli uccelli - gli ὄρνιθια di Dioscoride - non muoiono per aver ingerito le bacche del tasso, e non morirebbero neppure le galline. Ovviamente, se Dioscoride affermasse che gli uccelli muoiono mangiando le bacche, dal momento che contribuiscono alla disseminazione, essi moriranno dopo aver defecato oppure contribuiranno alla disseminazione quando il loro cadavere avrà finito di putrefarsi, liberando così i semi. Ma quest'ultima è un'interpretazione alquanto balzana. Inoltre, assisteremmo a un'ecatombe stagionale di piccoli uccelli, specialmente di merli, che di bacche del tasso ne mangiano a iosa. E mettiamocelo bene in mente: in natura, come pure in vivaio senza ricorrere ad artifici, la moltiplicazione del tasso si ottiene per seme, all'aperto, nel mese di marzo, alla profondità di 2,5 cm, oppure alla profondità di poco più di mezzo cm in cassette, sotto copertura fredda o in serra non riscaldata. Se siamo dei vivaisti possiamo ricorrere a talee - misconosciute in natura - prelevate in settembre dai getti (cioè dai germogli) e messe a radicare in terriccio sabbioso sotto copertura fredda durante l'autunno. § Dopo una fruttuosa discussione con Lily Beck (2007) e grazie alla collaborazione di Roberto Ricciardi si è giunti alla conclusione biologicamente corretta che gli uccellini che mangiano le bacche del tasso ingrassano, accumulando energie per l'inverno imminente, mentre se l'uomo si abbuffa di arilli deve aspettarsi una profusa diarrea. Si veda l'esilarante via crucis linguistica - per la quale dobbiamo ringraziare gli amanuensi - alla voce tasso* del lessico.

⁷⁶¹ Aldrovandi tralascia un aggettivo molto importante, che viene invece riportato da Gessner, e che è indispensabile per identificare la pianta. Si tratta di *album*. Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 384: Stercus hominis qui bibit elleborum album, necat gallinas, Avicenna.

⁷⁶² Siccome il leone teme il gallo, da ciò deriverebbe l'impiego del gallo per distruggere l'orobanche o erba leone. Secondo D'Arcy Thompson (pag. 41, 1966) la notizia è tratta da *Geoponica* II,42,3, ma forse facendo confusione fra il gallo e i Galli, i sacerdoti di Cibele: "Hence also the use of a Cock to destroy the Lion-weed, ἢ λέοντειος πόα = orobanchē, Geopon. ii.42.3. A confusion is possibly indicated here with the Galli, priests of Cybele; [...]" - *Geoponica* II,42,3-4: παρθένος ... ἀλεκτρούνα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχουσα, περιελθέτω τὸ χωρίον, καὶ εὐθέως χωρίζεται μὲν ἡλεόντειος πόα, τὰ δὲ ὄσπρια κρείττονα γίνεται, ἴσως καὶ τῆς βοτάνης ταύτης τοῦ λέοντος τὸν ἀλεκτρούνα φοβουμένης. 4. Τινὲς πείρα παταλαβόντες, βούλονται αἵματι ἀλεκτρούνος καταρραίνειν τὰ μέλλοντα σπείρεσθαι, καὶ οὐ βλαβήσεται ὑπὸ λεοντείας βοτάνης.

⁷⁶³ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 407: Gallus contra orobanchen herbam in arvis nascentem (quae et leo dicitur) circumfertur, vel semina terrae mandanda gallinaceo sanguine rigantur, ut recitavi in Leone H. a., tanquam et herba leo non minus quam animal, a gallo abhorreat.

⁷⁶⁴ *Naturalis historia* XXIX,80: Non praeteribo miraculum, quamquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se; ita hoc venenum auri est. At gallinacei ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt. - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 455: Non praeteribo miraculum, quamquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt illud in se. Ita hoc venenum auri est, Plinius.

scribit. *Auro liquescenti si Gallinarum membra misceantur, consumunt id in se. Ita hoc venenum auri est.* Quod si verum est, inquit Scaliger⁷⁶⁵ sane sic praesentius, et commodius adipiscemur aurum esculentum, quam ex inani Cardani indicatione, aurum potabile. Falsum vero vanumque esse medicina posterior innumeris experimentis comperit. Etenim ad deploratos morbos⁷⁶⁶ Gallinaceas carnes incoquant, aurumque adjiciunt, quod tamen absumi non videtur. Sed videndum foret, num periclitantes aurum prius liquidum reddere deberent, quando id de liquescenti auro Plinius prodidit: quinim<m>o sunt, qui eam dictionem (liquescenti) exponunt in oleo per artem chymicam redactum, quasi Plinius huius artis non fuerit ignarus: quod alioqui mihi nunquam lectum. Ut ut est, inde saltem excogitata medicis ratio est parandi iuscula ἀναληπτικά⁷⁶⁷ cum carne Gallinae, et auri foliis.

Postremo cum tonitru Gallinae dissident. Quandoquidem si cum incubant, tonuerit, non modo ova pereunt, ut Aristoteles⁷⁶⁸, et Plinius⁷⁶⁹ tradunt: verumetiam, teste Columella⁷⁷⁰, semiformes pulli interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur. Ne itaque tanto detrimento afficiantur agricolae, malo huic obviam ire debent. Remedium autem contra tonitru<m>, teste Plinio, clavus ferreus sub stramine ovorum positus, aut terra ex aratro. Plurimos etiam scribit Columella {intra} <infra> cubilium stramenta, graminis aliquid, et ramulos lauri, nec minus alii capita una cum clavis ferreis subijcere: quod haec cuncta remedia credantur esse adversus eadem tonitrua.

⁹⁵⁰ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 408: Scribit Pausanias in Lacon. (lege, Corinthiacis) Methanam urbem ad Isthmum, in qua cives contra Africum vineis florentibus ac germinantibus infestum, galli pennis albis ac niveis (alas omnino candidas habentis, Loescherus Pausaniae interpretes.) remedio usos fuisse: quem gallum homines in diversa trahentes, discerpebant, per vineas discurrentes: demum in eundem locum redeuntes, ubi discerperant, gallum sepeliebant. Adeo hi diversi fuere a Pythagorae institutis, quem tradunt gallum adeo amasse,[...].

⁹⁵¹ *Liber 8 de vita philosophorum in vita Pythagorae.* (Aldrovandi) - *Le vite, le opinioni, gli apotelemi dei filosofi celebri*, VIII, Pitagora, 19: He also forbade his disciples to eat white poultry, because a cock of that colour was sacred to Month, and was also a suppliant. He was also accounted a good animal; and he was sacred to the God Month, for he indicates the time. (translated by C.D. Yonge - <http://classicspersuasion.org>)

suis, qui civiles, id est, politici dicti sunt, permisisse author est, ut Gallum, agnum, et alia quaedam ante nata praeter vitulum rite sacrificarent. Et Plutarchus⁹⁵² discipulorum nonnullos eum accusare memorat, ut qui in commentario de iustitia scripsisset de Gallis Gallinaceis utiliter eos esitasse, quod et somno nos excitent, et scorprios conquirit, et in pugna nobis studium, aemulationemque fortitudinis quandam ingenerent. Unde non sacrificasse tantum Gallos solitum, sed esum eorum permisisse videmus. Quod ad sacrificia attinet, Suidas etiam sacrificasse illum Gallos testis est, quin vero et ipse Diogenes⁹⁵³ *sacrificiis*, inquit, *utebatur Pythagoras inanimis; sunt qui dicunt, Gallis Gallinaceis, et hoedis, etiam lacteolis, quos teneros dicunt: agnis autem minime.*

Quod vero ad eorum {eum} <esum>, Aristoxenus apud Gellium⁹⁵⁴ cuncta illum animata in cibum permisisse ait, bove aratore, et ariete exceptis. Alii contra Pythagoram, licet praeter sua instituta, immolasse tamen quandoque Musis bovem, Iovi vero Gallum album⁹⁵⁵. Alii tradunt Gallum album adeo ab eo⁹⁵⁶ amatum, ut si quando videret, fratris Germani loco salutaret, et apud se haberet. Unde aperte constare arbitror Pythagorae praecepta vel perperam posteritati tradita, vel ipsum in determinatione illorum inconstantem exitisse. Nihil aliud hoc loco quidam Pythagoram

followers, who were called civilians, that is, politicians, to sacrifice in proper fashion the rooster, the lamb, and certain other animals before they were born, except the calf. And Plutarch* mentions that he upbraided some of his disciples because one of them in a commentary on justice had written about roosters that they had often eaten them with benefit because they wake us from sleep and search around for scorpions and by their fighting they engender in us both zeal and a certain emulation of bravery. Hence we see that not only he was accustomed to sacrifice roosters but also allowed them to be eaten. As far as sacrifices is concerned, also the lexicon Suidas* testifies that he sacrificed roosters, or better still Diogenes Laertius himself says: *Pythagoras used sacrifices of inanimate beings; there are some who say that he did make use of roosters, and kids, even suckling, which they say be tender: but almost not at all of lambs.*

As far as eating them is concerned, Aristoxenus* in Aulus Gellius* says he - Pythagoras - allowed as food all living creatures with the exception of plowing ox and ram. Others, on the contrary, say that Pythagoras, although against his own prescriptions, sometimes nevertheless sacrificed an ox to the Muses* and a white rooster to Jove*. Others report that he loved the white rooster to such an extent that if he casually saw one, he greeted it like a blood brother and kept it near him. Hence I think it is clearly evident that either the precepts of Pythagoras have been handed down to posterity in a mistaken form or he was an inconstant in marking their boundaries. Someone at

⁹⁵² *De Stoicorum repugnantibus* (Le contraddizioni degli Stoici). (Aldrovandi)

⁹⁵³ *Le vite, le opinioni, gli apotelemi dei filosofi celebri*, VIII, Pitagora, 18: He used to practise divination, as far as auguries and auspices go, but not by means of burnt offerings, except only the burning of frankincense. And all the sacrifices which he offered consisted of inanimate things. But some, however, assert that he did sacrifice animals, limiting himself to cocks, and sucking kids, which are called *apalioi*, but that he very rarely offered lambs. Aristoxenus, however, affirms that he permitted the eating of all other animals, and only abstained from oxen used in agriculture, and from rams. (translated by C.D. Yonge - <http://classicspersuasion.org>)

⁹⁵⁴ Nessun riferimento al bue aratore e all'ariete nell'edizione in mio possesso di *Noctes Atticae* - libro IV,11 - dove, come dice Aulo Gellio, Quae qualiaque sint, quae Aristoxenus quasi magis comperta de Pythagora memoriae mandavit; et quae item Plutarchus in eundem modum de eodem Pythagora scripserit. Il testo completo di questo brano delle *Noctes Atticae* viene riportato nella biografia di Gellio*.

⁹⁵⁵ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 408: Gallus etiam Cybeli dicatus fuit, Gyraldus. Sunt qui tradant Pythagoram praeter sua instituta, bovem quandoque Musis, et Iovi gallum album immolasse: quoque vix crediderim, propter ea quae de eo in Symbolis retuli, Idem. § Lilius Gregorius Gyraldus, *Historiae Deorum Gentilium* Syntagma XVII: Sunt qui tradant, Pythagoram praeter sua instituta, bovem quandoque Musis, et Iovi gallum album immolasse: quod vix crediderim, propter ea quae de eo in Symbolis retuli.

⁹⁵⁶ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 408: Adeo hi diversi fuere a Pythagorae institutis, quem tradunt gallum adeo amasse, ut si quando videret, fratris germani loco salutaret, et apud se haberet, (vide inter proverbia, Gallo albo abstineas) suis vero sectatoribus, qui civiles id est politici dicti sunt, permisisse ait Iamblichus, ut gallum, agnum et alia quaedam paulo ante nata, praeter vitulum, rite sacrificarent. Idem scribit Suidas. Sed et Laertius, *Sacrificiis* (inquit) utebatur Pythagoras inanimis. Sunt qui dicant, gallis gallinaceis, et hoedis etiam lacteolis quos teneros dicunt, agnis autem minime. Caeterum Aristoxenus apud Gellium, cuncta illum animata in cibum permisisse ait, bove aratore et ariete exceptis. § pag. 409: Gallo albo abstineas, []: id est Candido gallo ne manum admoliaris, quod mensi sacer sit, utpote horarum nuncius, Erasmus in *Chiliadibus* inter Symbola Pythagorica. Gallo albo abstinendum, id est salutis cuiusque purissime favendum, (mihi haec interpretatio non satisfacit,) Plutarchus in *Symbolis* Pythag. interprete Gyraldo. Pythagoram ferunt gallum album adeo amasse, ut si quando videret, fratris germani loco salutaret, et apud se haberet, Gyraldus.

intellexisse volunt, quam Gallum ipsum. Si quis tamen altius hoc considerare voluerit, ad reliquorum symbolorum rationem, modumque interpretari poterit, ut scilicet nos philosophus moneat Gallos nutrire, ut divinam animae nostrae partem divinarum rerum cognitione quasi solido cibo, et caelesti ambrosia pascamus.

Verum ut ad recentiorum superstitionem, seu idolatriam potius sermonem nostrum divertamus. Petrus Bellonius⁹⁵⁷, interprete Carolo Clusio, amoenam nefarii illius Mahumeti{s}, Turcarum pseudoprophetae in paradysum profectionem, quam nocturno tempore hic se confecisse splendidissime mentitur, describens insignes de Turcarum paradiso nugas recenset, inter alias vero, illum comminisci, se in coelo variae formae angelos vidisse, ut boum, hominum, equorum, avium, inter quas Gallus fuerit, pedibus primum coelum premens, et capite secundum attingens: interrogantique Mahumeto, quid ista sibi vellent, angelum, a quo se eo conductum finxerat, respondisse, angelos esse, qui pro iis, qui in mundo sunt, Deum orant, humanaeque formae angelos pro hominibus orare, bubulae pro bubus, equinae pro equis, Gallinae pro Gallis, atque cum ingens ille Gallus caneret, reliquos Gallos cum caelestes, tum terrestres canere.

Author est Ludovicus Romanus <Patritius>⁹⁵⁸ Calecutenses⁹⁵⁹ cacodaemonis sacerdotes sanguine Gallinae cultello argenteo iugulati carbonibus ignitis aspersi, ei sacrum peragere. Abaculum, inquit, habent vice altaris, quem variis floribus, ac flagrantibus pulvisculis sternunt. Tunc sanguinem Galli in vas argenteum ignitis carbonibus oppletum, imponunt, additis variis suffumentis. Gallum

this point are of the opinion that Pythagoras meant nothing other than the rooster itself. However, if anyone wished to consider this more thoroughly, he could interpret the matter according to the motivation and the unit of measurement of the other symbols, that is, since the philosopher is urging us to raise roosters in order to nourish the divine part of our soul with the knowledge of divine things as they were complete food and heavenly ambrosia*.

So, let me turn my discourse to the superstition or rather to the idolatry of more recent fellows. Pierre Belon*, as translated by Charles de L'Écluse*, when describing the funny departure for Paradise of that iniquitous Mohammed* the false prophet of Turks, which very wonderfully he makes up to have done at night, passes in review the outstanding trifles regarding Turkish Paradise, and among other ones, that he concocts to have seen angels of various appearance in heaven, for example of oxen, humans, horses, birds, among which there would have been a rooster treading the first heaven with his feet and reaching the second with his head: when Mohammed asked what these things meant, an angel, by whom he invented to have been led there, replied that they were angels praying God for those who are on earth, and that angels with human appearance pray for humans, those with shape of ox for oxen, those in the shape of horse for horses, those in the shape of rooster for roosters; and when that huge rooster crowed, the other roosters, both heavenly and terrestrial, crowed also.

Lodovico de Varthema* tells that the priests of an evil demon of Calicut* carry out in its honor a sacred ceremony with the blood of a rooster after having cut its throat with a silver knife and sprinkled it with burning coals. Instead of the altar, he says, they have a tablet which they cover with various flowers and fragrant powders. Then they place the blood of the rooster in a silver vase filled with burning coals, adding various kinds of aromatic herbs. Then they

⁹⁵⁷ L. 3 obs. C. 7. (Aldrovandi) - Petri Bellonii Cenomani plurimarum rerum in Graecia, Asia, Aegypto, Iudaea, Arabia aliisque exteris Provinciis ab ipso conspectarum observationes tribus libris expressae Carolus Clusius Atrebas e Gallicis Latinas faciebat - Antverpiae 1589 § Quanto narrato da Pierre Belon non è contenuto nel Corano. Sia il testo originale di Pierre Belon che la traduzione latina di Charles de L'Écluse sono presenti nel lessico alla voce Maometto*.

⁹⁵⁸ Si può presumere con quasi certezza che si tratta di Ludovicus Patritius, forse latinizzato anche in Romanus in quanto morì a Roma nel 1517. Questa presunzione viene dal testo di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555). Infatti Gessner cita una prima volta i polli del Tarnasari* a pagina 381 e attribuisce la notizia a Ludovicus Patritius: Circa Tarnasari urbem Indiae gallos gallinasque proceriores vidisse memini quam usquam alibi, Ludovicus Patritius. - Quindi ne parla una seconda volta a pagina 387 attribuendo la consimile notizia a Ludovicus Romanus: Circa Tarnasari urbem Indiae gallinaceos procerissimos videre memini: ex quorum sane acerrimis conflictibus summam voluptatem cepi. nam quotidie huic ludo per medios vicos Mahumetanorum animi causa opera dabatur, mirumque est Mahumetanorum pro hac re certamen. habent privi privos gallos gallinaceos, eosque committunt aliis, expositis quandoque pro alitum futura victoria utrinque aureis centenis singulo congressu. Conspicati sumus senis horis concertantes alites, nec prius illae modum proelio faciebant, quam occubuissent, Ludovicus Romanus.

⁹⁵⁹ Nella nota a bordo pagina troviamo la grafia corretta: Calecutenses quomodo Gallum immolant.

dein mactant cultro argenteo, {cruentunque} <cruentunque> cultellum nonnunquam igni admovere solent. Sanguis Galli totus accensis funalibus crematur circa altare.

sacrifice the rooster with a silver knife and sometimes place the bloody knife near the fire. All the blood of the rooster is burned on torches lighted around the altar.

Page 258

Quem sacerdos [258] immolaturus lacertos et pedes exornat argento. Verum quod maius est Indos⁹⁶⁰ Gallum adorasse Iosephus Acosta scribit, et Lucianus⁹⁶¹ pro Deo olim cultum fuisse.

The priest who is about to sacrifice it - the rooster - adorns with silver its legs and feet. Truly, and this is more significant, José de Acosta* writes that Amerindians worshipped the rooster, and Lucian* says that formerly it has been venerated as a god.

⁹⁶⁰ L'abbaglio di Aldrovandi è enorme. Infatti chi adorava i galli non erano gli Inca, bensì gli Ateniesi. A scanso d'equivoci, in data 5 luglio 2008 ho chiesto la consulenza di due persone che lo spagnolo, anche del 1590, lo masticano molto bene assai: Livia Marchioni, una bolognese DOC, bolognese di nascita e di stirpe, nonché suo marito e mio collega Leslye Haslam Pineda, nicaraguense di nascita, inglese per via paterna, spagnolo per via materna, bolognese d'adozione. Aldrovandi starà rivoltandosi nella tomba sapendo che è proprio una bolognese a dare la conferma che elargiva baggianate a ogni piè sospinto. Procediamo con ordine. § In *De natura novi orbis Libri duo* (Salamanticae, 1589) non parla di galline e galli neppure quando analizza in che modo gli animali possano aver raggiunto questo Nuovo Mondo - Liber I,21 QUOMODO BESTIAE ET PECUDES AD HUNC NOVUM ORBEM EX ALTERO PERVENERINT. Soprattutto non parla di polli quando analizza gli uccelli ivi presenti: Neque solum quadrupedibus vacuae: ipsas volucres raras habent, & psit<t>acos quidem multos, quos esse volatus perniciosissimi & gregatim volitare constat, tum alios quosdam passeris raras ut dixi: perdices vero quales in hoc Peru, nullas vidisse me memini, multoque minus proprios huius regionis Guanacos, aut Vicuña, genus sylvestrium caparum velocissimum, in quarum ventre lapides illi Beezartici, qui in magno pretio plerisque sunt, [...]. § Di galline parlerà invece in *Historia natural y moral de las Indias* Libro cuarto Capítulo XXXV DE AVES QUE HAY DE ACA, Y COMO PASARON ALLA EN INDIAS - Pero dejando estas aves, que ellas por si se gobiernan, sin que los hombres cuiden de ellas, si no es por vía de caza; de aves domésticas me he maravillado de las gallinas, porque, en efecto, las había antes de ir españoles; y es claro indicio tener nombres de allá, que a la gallina llaman *gualpa* y al huevo *ronto*; y el mismo refrán que tenemos de llamar a un hombre gallina, para notalle de cobarde, ese propio usan los indios. Y los que fueron al descubrimiento de las islas de Salomón refieren haber visto allá gallinas de las nuestras. (Fué impreso en Sevilla, casa de Juan de León, junto a las Siete Revueltas, 1590) § Ed eccoci a documentare l'enorme abbaglio di Aldrovandi: infatti chi adorava i galli non erano gli Inca, bensì gli Ateniesi. *Historia natural y moral de las Indias* Libro quinto Capítulo V DE LA IDOLATRÍA QUE USARON LOS INDIOS CON COSAS PARTICULARES - No se contentó el demonio con hacer a los ciegos indios que adorasen al sol, y la luna, y las estrellas, y tierra, y mar y cosas generales de naturaleza; pero pasó adelante a darles por dioses, y sujetallos a cosas menudas, y muchas de ellas muy soeces. No se espantará de esta ceguera en bárbaros, quien trajere a la memoria que de los sabios y filósofos dice el Apóstol, que habiendo conocido a Dios, no le glorificaron ni dieron gracias como a su Dios; sino que se envanecieron en su pensamiento, y se escureció su corazón necio, y vinieron a trocar la gloria y deidad del eterno Dios, por semejanzas y figuras de cosas caducas y corruptibles, como de hombres, de aves, de bestias, de serpientes. Bien sabida cosa es el perro Osiris, que adoraban los egipcios, y la vaca Isis, y el carnero Amon; y en Roma la diosa Februa de las calenturas, y el ánser de Tarpeya; **y en Atenas la sabia, el cuervo y el gallo**. Y de semejantes bajezas y burlerías están llenas las memorias de la gentilidad, viniendo en tan gran oprobio los hombres por no haber querido sujetarse a la ley de su verdadero Dios y Criador, como San Atanasio doctamente lo trata escribiendo contra los idólatras. Mas en los indios, especialmente del Perú, es cosa que saca de juicio la rotura y perdición que hubo en esto. Porque adoran los ríos, las fuentes, las quebradas, las peñas o piedras grandes, los cerros, las cumbres de los montes que ellos llaman apachitas, y lo tienen por cosa de gran devoción; finalmente, cualquiera cosa de naturaleza que les parezca notable y diferente de las demás, la adoran como reconociendo allí alguna particular deidad. En Cajamalca de la Nasca me mostraron un cerro grande de arena, que fué principal adoratorio o guaca de los antiguos. Preguntando yo qué divinidad hallaban allí, me respondieron, que aquella maravilla de ser un cerro altísimo de arena en medio de otros muchos todos de Peña. Y a la verdad era cosa maravillosa pensar como se puso tan gran pico de arena en medio de montes espesísimos de piedra. Para fundir una campana grande tuvimos en la ciudad de los Reyes necesidad de leña recia y mucha, y cortóse un arbolazo disforme, que por su antigüedad y grandeza, había sido largos años adoratorio y guaca de los indios. (Fué impreso en Sevilla, casa de Juan de León, junto a las Siete Revueltas, 1590)

⁹⁶¹ *De Syria Dea*. (Aldrovandi) § *Della Dea Siria* (traduzione di Luigi Settembrini - 1862): 48. - Ma le processioni più grandi sono quelle che vanno al mare: di queste non posso dire niente di certo, ché io non v'andai, nè volli tentare quel viaggio: ma quel che fanno al ritorno io l'ho veduto, e lo racconterò. Ciascuno porta una brocca piena d'acqua, e suggellata con cera: e non l'aprono essi, e poi la versano; ma v'è un gallo sacro [115] che abita presso al lago, e che come gli presentano le brocche, ne osserva i suggelli, e ricevuta una mercede, scioglie la legatura, e manda via la cera: e molte belle mine per questa operazione raccoglie il gallo. Indi entrati nel tempio, versano quell'acqua a poco a poco, e fatto un sacrificio, vanno via. § Ma Luigi Settembrini pensa si tratti di un Gallo*, sacerdote di Cibele: [115] *Gallo sacro*, così il testo, ma credo sia guasto, e debba dir *Gallo*, uno dei castrati di cui ha parlato innanzi, e parlerà tra poco. Potrebbe ancora il credulo scrittore aver detto veramente un *gallo*, un uccello sacro, che si credeva facesse l'ispezione delle brocche suggellate e le aprisse. § 48. - But the greatest of these sacred assemblies are those held on the sea coast. About these, however, I have nothing certain to say. I was never present at their celebrations, nor did I undertake the journey thither; but I did see what they do on their return, and I will at once tell you. Each member of the assembly carries a vessel full of water. The vessels are sealed with wax; those who carry the water do not unseal the vessels and then pour out the water; but there is a certain holy cock [59] who dwells hard by the lake. This bird, on receiving the vessels from the bearers, inspects the seal, and after

Porro cum ovorum etiam olim purgandis piaculis, lustrationibusque adeo quotidianus usus fuerit, ut Orpheus, teste Suida, *Ooscopica*, id est, de divinatione ex ovis scripserit, eaque meo iudicio in Gallina magis conspicua sint, familiari nobis prae caeteris alite, itaque paucula istaec hic referre libuit. Adhibebantur⁹⁶² autem ova in Bacchi orgiis, aliorumque Deorum sacrificiis, ubi pro homine aliquid Deo solvendum esset. Omittimus interim quae in Orphicis, et Bacchi Orgiis, in hac ipsa re observata ab antiquis traduntur. Id solum ex eis repetemus, ideo religioni ova inservi<i>sse, et in tanto honore gentibus fuisse, quod capiente omni mundo tot animalium naturas, et genera, nullum fere est, in quo non ex ovo species aliqua nascatur. Volucres passim ovum gignunt: aquatilia in mari pene infinita. In terrestribus {lacertae} <lacertae>: in ambiguis, et quibus in terra aequae, quam in aqua victus est, crocodili: in bipedibus aves, in carentibus pedibus angues: in multipedibus attelabi⁹⁶³; et ne longiores

Furthermore in past times there was such a customary use of eggs for expiating the sins and for purifying rituals, so that Orpheus*, according to the lexicon Suidas*, wrote *Ooscopica*, that is, the divination by means of eggs, and in my opinion these things would be more evident in the hen, a bird which for us is homely in comparison with other ones, and therefore I had the pleasure of reporting here these few notes. But eggs were used in the orgies* of Bacchus* and in the sacrifices of other gods, when something on behalf of humans was to be paid to the god. I omit for the moment those things which have been observed on this same matter in Orphic and Bacchic orgies which are handed down by ancients. I shall only quote from them what follows, that eggs helped the religion and have been held in so much honor by peoples because, since all the world contains so many types and kinds of animals, there is almost none in which a species does not grow out of the egg. Birds everywhere lay an egg: aquatic animals in the sea lay almost an infinite number of them. Among land animals the lizards: among those of uncertain classification and having food both on land and in water, the crocodiles: the birds among bipeds,

receiving a reward for this action he breaks the thread and picks away the wax, and many minae are collected by the cock by this operation. After this the bearers carry the water into the temple and pour it forth, and they depart when the sacrifice is finished. (translation by Herbert A. Strong and John Garstang, 1913) § I traduttori concordano con Luigi Settembrini: [59] Ἀλεκτρυὼν ἱπός. The narrative is unintelligible unless we suppose that the words by allusion or textual change signify some special priestly office. Thus Blunt (*Works of Lucian*, London: Briscoe, 1711, p. 267) translates "a sacred cock, or priest, called Alectryon." Is it possible that the word in this sense was in common vogue, on the analogy of the Latin *Gallus*, a cock? (Cf. an inscription on an urn in the Lateran Museum at Rome, cited by Frazer, *op. cit.* p. 233, on which the cock is used as emblem of the Attis-priest, with a punning reference to the word.) Belin de Ballu, in his translation (Paris, 1789), v. 178, following Paulmier de Grentruéuil, unhesitatingly substitutes Γάλλος, and translates accordingly.

⁹⁶² Aldrovandi non fornisce la provenienza del lungo brano che segue, quasi fosse una sua creazione. Innanzitutto è tratto da pagina 456 di *Historia Animalium* III (1555) di Conrad Gessner, il quale alla fine della sua citazione ne fornisce l'origine: Marcellus Vergilius, nimirum ex Saturnalibus Macrobianis 7. 16. (vedi Marcello Virgilio Adriani*) § Ecco il brano completo di Gessner. Ovorum quondam purgandis piaculis, lustrationibusque quotidianus erat usus: et in Bacchi Orgiis aliorumque deorum sacrificiis, ubi pro homine solvendum aliquid deo esset, adhibebantur. Omittimus quae in Orphicis et Bacchi Orgiis, in hac ipsa re observata ab antiquis traduntur. id solum ex eis repetemus, ideo religioni ova inservi<i>sse, et in tanto honore cunctis gentibus fuisse, quod capiente omni mundo tot animalium naturas et genera, nullum fere est in quo non ex ovo species aliqua nascatur. Volucres passim ovum gignunt. Aquatilia in mari pene infinita. In terrestribus lacertae<, > in ambiguis et quibus in terra aequae quam in aqua victus est, crocodili. In bipedibus aves. In carentibus pedibus, angues. In multipedibus attelabi: et ne longiores simus, in pluribus generibus aliis plura alia. Ob quae totam referre naturam credita fuerunt: et in religione ad placanda exorandaque numina gratiorem habere potestatem: Marcellus Vergilius, nimirum ex Saturnalibus Macrobianis 7. 16. cuius verba superius retuli. § Ed ecco un frammento tratto dai *Saturnalia* di Macrobio*, quando egli disquisisce se sia nato prima l'uovo o la gallina e che abbiamo in parte citato a proposito di pagina 219* del testo di Aldrovandi. Macrobio, *Saturnalia*, VII,16: [...] quin potius, si quid callet vestra sapientia, scire ex vobis volo, ovumne prius extiterit an gallina? [...] Aut enim gradiuntur animantia aut serpunt aut nando volandove vivunt. In gradientibus lacertae et similia ex ovis creantur: quae serpunt ovis nascuntur exordio: volantia universa de ovis prodeunt excepto uno quod incertae naturae est: nam vespertilio volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est qui quattuor pedibus graditur formatosque pullos parit et nutrit lacte quos generat: nantia paene omnia de ovis oriuntur generis sui, crocodilus vero etiam de testeis, qualia sunt volantium.

⁹⁶³ Si tratta di un classico download da Gessner, ma Aldrovandi non si degna di specificare la fonte sia secondaria che primaria della citazione, come invece impeccabilmente si comporta lo Zurighese. Giustamente Gessner afferma trattarsi di una rielaborazione da parte di Marcellus Vergilius - alias Marcello Virgilio Adriani* - del contenuto dei *Saturnalia* VII,16 dove Macrobio* disquisisce se sia nato prima l'uovo o la gallina, di cui eccone l'esordio: Inter haec Euangelus gloriae Graecorum invidens et inludens: Facessant, ait, haec quae inter vos in ostentationem loquacitatis agitantur: quin potius, si quid callet vestra sapientia, scire ex vobis volo, ovumne prius extiterit an gallina? Tale rielaborazione appartiene al commento all'uovo di Dioscoride, libro II capitolo 43 DE OVO, ma *attelabus* è presente anche nel commento al libro II capitolo 45 DE LOCUSTIS (*Pedacii Dioscoridae Anazarbei de Medica materia libri sex a Marcello Virgilio Secretario Florentino latinitate donati cum eiusdem commentationibus*, 1523) § Il greco *attélabos*, con la variante ionica *attélebos*,

simus in pluribus generibus aliis plura alia. Ob quae totam referre naturam credita fuerunt, et in religione ad placanda, exorandaque numina gratiorem habere potestatem.

Ova expiationibus apta monstrat illud Iuvenalis⁹⁶⁴{.><:>

Nisi se centum lustraverit ovis.

Sed et Ovidius⁹⁶⁵ ova haec lustralia indicat his versibus:

*Et veniat, quae lustret anus, lectumque locumque,
Praeferat et tremula sulphur, et ova manu.*

Ovi, quod in Cereali pompa solitum fuerit esse primum, meminit Varro⁹⁶⁶ his verbis: *Nam non modo illud ovum sublatum est, quod ludis Circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum.* Ovorum hecatombe ab Ephippo nominatur per iocum apud Athenaeum⁹⁶⁷.

AUGURIA. PRODIGIA.

Quod ad auguria in primis spectat, in his hoc avium genus tantum praerogativae obtinuit privilegium, ut publice ad ea aleretur. Tantum vero apud Romanos in nefariis eiusmodi

the snakes among those lacking legs: the locusts without wings* among many-footed creatures; and, to extend the list no further, among many other genera many others. Because of these facts the eggs were believed to reproduce all living beings, and to have in religion a more favorable power for placation and arousing gods' pity.

Eggs are suited for purifications and Juvenal* indicates this:

Unless she purifies herself with a hundred eggs.

But Ovid* also indicates these expiatory eggs in the following verses:

*And let the old woman come to purify both bed and room,
bearing in her trembling hand both sulphur and eggs.*

Varro* made mention of the egg which usually would have been the first one in the procession of Ceres*: *For not only was that egg carried away which at the circus games marks the end of the last lap of the quadrigae, but we did not even see that egg which usually is the first one in Ceres' procession.* In Athenaeus* by Ephippus* joking is mentioned a hecatomb of eggs.

OMENS - PRODIGIES

Where omens is first of all concerned, among them this kind of birds held such a privilege of preference that they were raised at State's expense for such a purpose. For among Romans they were regarded as having such

indica una locusta senza ali. Si tratta di un termine derivato dal semitico oppure dall'egiziano. In Plinio* *Naturalis historia* XXIX,92 troviamo *attelebus*: Noctua apibus contraria et vespis crabronibusque et sanguisugis; pici quoque Martii rostrum secum habentes non feruntur ab iis. Adversantur et locustarum minimae sine pinnis, quas attelebos vocant. § Nessun'altra ricorrenza di *attelebus* è segnalata nei lessici di latino classico, tantomeno di *attelebus*. Come abbiamo già detto, in base a quanto riferito da Conrad Gessner in *Historia animalium* III (1555) pagina 456, *attelebus* venne impiegato da Marcello Virgilio Adriani (1464-1521) in una rielaborazione dei *Saturnalia* di Macrobio VII,16 dove costui disquisisce se sia nato prima l'uovo o la gallina. § Ecco i testi di Gessner tratti da *Historia animalium* III. - pagina 456: Volucres passim ovum gignunt. aquatilia in mari pene infinita. in terrestribus lacertae<,> in ambiguis et quibus in terra aequae quam in aqua victus est, crocodili. in bipedibus aves. in carentibus pedibus, angues. in multipedibus attelebi: et ne longiores simus, in pluribus generibus aliis plura alia. Ob quae totam referre naturam credita fuerunt: et in religione ad placanda exorandaque numina gratiorem habere potestatem: Marcellus Vergilius, nimirum ex Saturnalibus Macrobiani 7. 16. cuius verba superius retuli. - pagina 452: Nec importune elementis de quibus sunt omnia. ovum comparaverim. omni enim genere animantium, quae ex coitione nascuntur, invenies ovum aliquorum esse principium instar elementi. In gradientibus enim, lacertae et similia ex ovo creantur. Quae serpunt, ovi nascuntur exordio. Volantia universa de ovis prodeunt, excepto uno quod incertae naturae est, (vespertilio.). Natantia pene omnia de ovis oriuntur generis sui, crocodilus vero etiam de testeis qualia sunt volantium. Et ne videar plus nimio extulisse ovum elementi vocabulo, consule initiatos sacris Liberi patris: in quibus hac veneratione ovum colitur, ut ex forma tereti ac pene sphaerali, atque undique versum clausa, et includente intra se vitam, mundi simulacrum vocetur, Disarius apud Macrobius Saturn. 7. 16.

⁹⁶⁴ *Satira* VI, 518.

⁹⁶⁵ *Ars amatoria* II,329-330.

⁹⁶⁶ *Rerum rusticarum* I,2. § La citazione di Aldrovandi corrisponde a quella di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 456, che è molto più breve: Ovi quod in Cereali pompa solitum fuerit esse primum, meminit Varro de re rust. 1. 2. § L'edizione Aldina del 1533, forse quella usata da Gessner, contiene *cereali*. Anche una citazione a piè di pagina in DESCRIPTION OF THE CIRCUS IN VIA APPIA NEAR ROME (Rev. Richard Burgess, London, 1828) riporta *Cereali* con c maiuscola come Gessner. § La mia fonte elettronica - *Rerum rusticarum* I,2 www.thelatinlibrary.com - recita qualcosa che è alquanto discordante da Gessner: Illi interea ad nos, et Stolo, Num cena comessa, inquit, venimus? Nam non L. videmus Fundilium, qui nos advocavit. Bono animo este, inquit Agrius. Nam non modo ovum illud sublatum est, quod ludis circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in cenali pompa solet esse primum.

⁹⁶⁷ *Deipnosophistai* II,50,58a. § And Ephippus says: Cakes made of sesame and honey, sweetmeats, | Cheese-cakes, and creamcakes, and a hecatomb | Of new-laid eggs, were all devoured by us. (translated by C. D. Yonge in *Deipnosophists or Banquet of the learned*, London, Henry G. Bohn, 1854 - traduzione basata sull'edizione del testo greco di Schweighäuser, Strasburg, 1801-1807)

significationibus momenti habere credebatur, ut quae indicaret verissima, et sacrosancta haberentur. Quod Plinius⁹⁶⁸ Galli laudes commemorans eleganter demonstrat: *Ut plane dignae aliti tantum honoris {praebeat} <perhibeat> Romana purpura. Horum sunt tripudia solistima* (quae laeta erant cum prodeuntes e cavea cibum oblatum capere non recusabant, et inter edendum nihil non in terram ex ore decidebat: quorum alterutrum si accideret., triste, ac {pernitiosum} <perniciosum> censebatur, uti alibi abunde docuimus.) *Hi magistratus nostros quotidie regunt, domosque {ipsit} <ipsis> suas claudunt, {ac retinent,} <aut reserant.> <Hi fasces Romanos inpellunt aut retinent,> iubent acies, aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices: hi maxime terrarum imperio imperitant, extis etiam fibrisque haud aliter, quam {optimae victoriae} <optimae victimae> Diis grati.*

Varro⁹⁶⁹ vero non solum augures Romanos ex his avibus auguria captasse memorat, sed etiam patresfamiliae rure. Quadrupliciter vero maxime auguria faciebant, videlicet per solistima tripudia, per praeposteros eorum, vespertinosque cantus, ut Plinius⁹⁷⁰ tradit, et cum cibo spreto etiam, e caveis avolabant, quod maximi infortunii signum habebatur: et per eorum pugnam. Erant praeterea, eodem Plinio teste, et exta Diis grata.

Qui pullorum curam habet, et qui e pastu pullorum captat auspicia, Cicero⁹⁷¹, et Livio⁹⁷² pullarius dicitur: *Attulit {e} <in> cavea pullos*, inquit alibi Cicero⁹⁷³, *is qui ex eo <ipso>*

a great importance in such foul omens that whatever they revealed was considered extremely true and sacrosanct. Pliny* clearly demonstrates this fact when extolling the rooster's praises: *So that purple-clad Romans bestow so great an honor on a bird which quite deserves it. To them are due the solemn ritual dances* - the favorable omens* (which were propitious when, coming forth from coop, they did not refuse the given food and while eating it something was dropping from mouth to the ground: if only one or the other of these deeds took place it was regarded as ill-fated and evil, as I have elsewhere profusely explained). *They daily manage our magistrates and shut or open their houses. They restrain or incite the lictorian Roman fasces* - they restrain or incite to high offices, they order or forbid troops marshalling, auspices of all victories gained all over the world: they especially rule the sway of the world, welcome to gods concerning entrails and guts, not otherwise than fat victims are.*

But Varro records that not only Roman augurs took auguries by means of these birds, but so also did the family fathers in country. But chiefly they took four kinds of auguries, that is, through the favorable omens, through their crowing out of usual time and in the evening, as Pliny relates, and also when scorning food they flew away from coops, which was considered a sign of the greatest misfortune, as well as through by their fighting. Furthermore, according to the same Pliny, also their entrails were pleasing to the gods.

He who cares for chickens and takes auspices from their feeding is called *pullarius* in Cicero* and Livy*: Cicero elsewhere says *Has placed chickens in the coop he who, just because of this, is called pullarius*. For among Roman

⁹⁶⁸ *Naturalis historia* X,48-49: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia adsidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura. [49] Horum sunt tripudia solistima, hi magistratus nostros cotidie regunt domusque ipsis suas claudunt aut reserant. Hi fasces Romanos inpellunt aut retinent, iubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. Hi maxime terrarum imperio imperant, extis etiam fibrisque haud aliter quam opimae victimae diis grati.

⁹⁶⁹ *Rerum rusticarum* III,3,5: Earum rerum cultura instituta prima ea quae in villa habetur; non enim solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiae rure.

⁹⁷⁰ *Naturalis historia* X,49: Habent ostenta et praeposteri eorum vespertinique cantus: namque totis noctibus canendo Boeotiis nobilem illam adversus Lacedaemonios praesagivere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.

⁹⁷¹ *Ad Familiares* X,12: Recitatis litteris oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu, non satis diligenter cum auspiciis operam dedisse, idque a nostro collegio comprobatum est; itaque res dilata est in posterum.

⁹⁷² *Ab urbe condita* VIII,30: In Samnium incertis itum auspiciis est; cuius rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius dictator a pullario monitus cum ad auspiciis repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denunciavit ut sese loco teneret neu absente se cum hoste manum consereret. - IX,14: Agentibus divina humanaque, quae adsolent cum acie dimicandum est, consulibus Tarentini legati occursare responsum expectantes; quibus Papirius ait: "auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nuntiat; litatum praeterea est egregie; auctoribus dis, ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur". - X,40: Tertia vigilia noctis iam relatis litteris a collega Papirius silentio surgit et pullarium in auspiciis mittit. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnae; summi infimique aequae intenti erant; dux militum, miles ducis ardorem spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos qui auspicio intererant pervenit; nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspiciis mentiri ausus tripudium solistimum consuli nuntiavit.

⁹⁷³ *De divinatione* II,34: Tum ille: "Dicito, si pascentur." "Pascentur". Quae aves? Aut ubi? Attulit, inquit, in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. Haec sunt igitur aves internuntiae Iovis! Quae pascentur necne, quid refert? Nihil ad auspicia; sed quia,

nominatur pullarius. Erat autem moris Romanis ducibus pugnam inituris advocare eiusmodi pullarium, ut offam hisce volucris obijceret ad augurium captandum. Pulterem vero iis dabant potissimum, quia ex ea necesse erat <aliquid> decidere, quod {trepudium} <tripudium>, hoc est terripuvium faceret. Puvire enim ferire est⁹⁷⁴. Bonum enim, ut diximus, augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur comedissent: praesertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset.

Sin autem omnino non edissent, periculum imminere, ut Flamini exemplo docemur, qui cum terripudio auspicaretur, pullarius, teste Cicerone⁹⁷⁵, diem praelii committendi differebat. Valerius⁹⁷⁶ etiam, atque Livius⁹⁷⁷ auctores sunt Hostilio Mancino consuli in Hispaniam ituro hoc accidisse prodigium, cum sacrificium [259] facere vellet, pullos cavea emissos in proximam sylvam devolasse, et summa cura requisitos reperiri nequivisse.

leaders about to take out a battle it was custom to call such a chickens' keeper so that he might throw food to these birds in order to take an omen. They most usually gave them mash, because it was necessary that something was falling to the ground, since from this a good omen would come out, that is, the earth would have been struck. For *puvire* means to strike. For, as I have said, they thought of good omen if the chickens had eaten by intervention of those by whom they were bidden foretell: above all if, while they were eating, something had fallen from mouth.

But if they did not eat at all, some danger was imminent, as we are acquainted with the example of Caius Flaminius*, who, according to Cicero, since was searching omens through a favorable omen, the chickens' keeper was postponing the day for joining battle. Also Valerius Maximus* and Livy report that occurred this prodigy to the consul Caius Hostilius Mancinus* about to go to Spain, that is, since he wished to make a sacrifice, the chickens gotten out of the coop flew into the nearby woods, and being sought with the

cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire (terripavium primo, post terripudium dictum est; hoc quidem iam tripudium dicitur) - cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur.

⁹⁷⁴ Neanche stavolta il download da Gessner è stato fatto con accuratezza, in quanto esiste un *trepudium* invece del gessneriano *tripudium*. Il resto ricalca il testo di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 409: Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret: id est terripuvium. puvire enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur, comedissent: praesertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere, Festus. § Ai tempi di Festo Sesto Pompeo* (II-III secolo dC), che è la fonte del testo, probabilmente *terripavium* e *pavire* si erano trasformati in *terripuvium* e *puvire*, come dimostra il suo *De verborum significatione*.

⁹⁷⁵ *De divinatione* I,35,77: Quid? Bello Punico secundo nonne C. Flaminius, consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae? Qui exercitu lustrato cum Arretium versus castra movisset et contra Hannibalem legiones duceret, et ipse et equus eius ante signum Iovis Statoris sine causa repente concidit nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret proelium. Idem, cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cum ille quiescendum respondisset, Flaminius: "Praeclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur!" Itaque signa convelli et se sequi iussit. Quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, nec quicquam proficeretur [?] plures cum accederent, Flaminius re nuntiata suo more neglexit. Itaque tribus iis horis concisus exercitus atque ipse interfectus est.

⁹⁷⁶ *Factorum et dictorum memorabilium* I,6,7: Flamini autem praecipitem audaciam C. Hostilius Mancinus vaesana perseverantia subsequitur. Cui consuli in Hispaniam ituro haec prodigia acciderunt: cum Lavinii sacrificium facere vellet, pulli cavea emissi in proximam sylvam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiverunt. Cum ab Herculis portu, quo pedibus pervenerat, navem conscenderet, talis vox sine ullo auctore ad aures eius pervenit, 'Mancine, mane'. Qua territus, cum itinere converso Genuam petisset et ibi scapham esset ingressus, anguis eximiae magnitudinis visus e conspectu abiit. Ergo prodigiorum <numerum> numero calamitatum aequavit, infelici pugna, turpi foedere, deditioe funesta.

⁹⁷⁷ Aldrovandi dà come referenza *Lib. 45*, che penso vada inteso come *Ab urbe condita* XLV, dove però Livio non parla del console Hostilius Mancinus, salvo che Aldrovandi volesse indicare la *Periocha* 55 dell'opera di Livio e che per errore tipografico è stato scritto 45. I dati relativi a Hostilius Mancinus sono infatti contenuti nelle *Periochae* 55 e 56: *Periocha* LV: C. Hostilius Mancino cos. sacrificante pulli ex cavea evolaverunt; conscendenti deinde in navem, ut in Hispaniam proficisceretur, accidit vox: "Mane, Mancine". Quae auspicia tristia fuisse eventu probatum est. Victus enim a Numantinis et castris exutus, cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum his fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus vetuit. XXXX milia Romanorum ab III milibus Numantinorum victa erant. - *Periocha* LVI: Ad exsolvendum foederis Numantini religione populum Mancinus, cum huius rei auctor fuisset, deditus Numantinis non est receptus. § Ne parla anche Giulio Ossequente*, *Liber prodigiorum*. M. Aemilio C. Hostilio Mancino coss. [AUC 617/137 aC] - 24. Cum Lavinii auspicaretur, pulli e cavea in sylvam Laurentinam evolarunt neque inventi sunt. Praeneste fax ardens in caelo visa, sereno intonuit. Terracinae M. Claudius praetor in nave fulmine conflagravit. Lacus Fucinus per milia passuum quinque quoquo versum inundavit. In Graecostasi et in comitio sanguine fluxit. Esquiliis equuleus cum quinque pedibus natus. Fulmine pleraque decussa. Hostilius Mancinus consul in portu Herculis cum conscenderet navem petens Numantiam, vox improvise audita "Mane, Mancine." Cumque egressus postea navem Genuae conscendisset, anguis in nave inventus e manibus effugit. Ipse consul devictus, mox Numantinis deditus.

Tradunt vero eiusmodi auspicia tristia fuisse idque exitu probatum. Victum .n. fuisse Hostilium a Numantinis, et castris exutum, moxque cum nulla superesset servandi exercitus spes, pacem cum his fecisse, eamque adeo ignominiosam, ut ratam esse Senatus vetuerit.

Contra Themistocli⁹⁷⁸ Atheniensium clarissimo duci, quem adolescentiam suam in omni luxus, lasciviaeque genere {peregrisse} <peregrisse>, tandem vero cum vir evasisset iuventae suae maculas praeclarissimis gestis delevisse, historia testis est, priusquam in Xerxem, ad quem postmodum ab ingrata patria pulsus confugit, exercitum duceret, pridie auditus Gallorum cantus victoriam promisit. Ex huiusmodi cantu felix augurium cepisse Iustinum Sophiamque Corippus⁹⁷⁹ testatur his versibus.

*Limen ut augustae sacro pede conti{n}git aulae,
Omnia Gallorum strepuerunt culmina cantu.
Exactam noctem primi sensere volucres,
Et laetum cecinere diem, alarumque dedere
Plausibus assiduis, et acuta voce favorem<.>*

Insuper Gallos omnes, Paulus Morigia⁹⁸⁰, anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo ea nocte, qua Otto Archiepiscopus, et Mediolanensium exercitus praefectus victoria adversus Turrianos potiebatur continuo cecinisse, eademque nocte Galeatium⁹⁸¹ in Vicecomitum item familia eius nominis primum natum esse, et ab eiusmodi felici Gallorum augurio nomen accepisse.

Cantum vero avium harum victoriae signum habitum ideo Plinius⁹⁸² docet, et Cicero⁹⁸³

They relate that such omens were inauspicious, and this is proved by the result. For Caius Hostilius Mancinus* was defeated by Numantines and driven away from his camp, and at once, since no hope of saving his army remained, he made peace with them, so shameful that the Senate forbade that it was ratified.

On the contrary for Themistocles*, very renowned leader of the Athenians, who spent his youth in any sort of lust and lasciviousness, but who finally when became a man wiped out the stains of his youth by his very glorious deeds, the history is witness that before he led the army against Xerxes I*, by whom he took refuge since he was banished by his ungrateful fatherland - not, he took refuge by Artaxerses I*, the crowing of the roosters he heard the day before forecasted the victory. Corippus* testifies in these verses that Justinus II* and Sophia* took a happy augury from such a crowing:

As soon as with the sacred foot he touched the threshold of the august palace, any top of the buildings rang with the crowing of roosters. The birds were the first ones in sensing that night had passed and heralded with crowing a favorable day, and with an endless flapping of wings and with shrill voice brought the joy.

Furthermore Paolo Morigia* - tells - that in the year 1277, on that night when Ottone Visconti*, archbishop and commander of the army of Milanese, won a victory against Torriani* - or Della Torre - all the roosters crowed incessantly, and that likewise on that same night Galeazzo I* was the first of such a name to be born within the family of Visconti, and received his name from such favorable augury of the roosters.

Pliny* tells, and Cicero* smiles, that the crowing of these birds has been considered a sign of victory

⁹⁷⁸ Aldrovandi ha già parlato di Temistocle a pagina 236*. e 238*. § In questo caso si tratta di uno stralcio dedotto da Gessner il quale lo cita come dovuto ad Alessandro Alessandri*. Solo che Gessner non si sogna neppure di cadere nell'errore storico di Aldrovandi, il quale afferma che Temistocle si rifugiò presso Serse anziché presso Artaserse. § Ecco il testo di Gessner *Historia animalium III* (1555) pagina 409*: AUGURIA. Inter divinationum genera aliqui etiam alectryomantiam numerant, Gyraldus. Praeposteros aut vespertinos gallorum cantus optimi eventus multi notare. Themistocli pridie quam Xerxem duceret, auditus gallorum cantus, victoriae mox futurae praenuncium fecit: idque ideo, quod victus nequaquam canit: victor vero obstrepit et murmurat. contra vero gallinarum. nam diri aliquid imminere, aut futurum incommodum illarum cantus designavit, Alexander ab Alex.

⁹⁷⁹ *In laudem Iustini minoris* liber I. (Aldrovandi) § Il brano citato corrisponde ai versi 197-201 del I libro e si emenda in base a *De laudibus Iustini Augusti Minoris libri IV* in *Corpus Scriptorum Historiae Byzantinae*, Bonnae, 1836 - Recognovit Immanuel Bekkerus.

⁹⁸⁰ *Historia dell'antichità di Milano* o *Historiae urbium et regionum Italiae rariores*, Venezia 1592.

⁹⁸¹ Aldrovandi ha già parlato della nascita di Galeazzo Visconti I a pagina 250*.

⁹⁸² *Naturalis historia* X,49: Habent ostenta et praeposteri eorum vespertinique cantus: namque totis noctibus canendo Boeotiis nobilem illam adversus Lacedaemonios praesagivere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.

But we have something else which we must consider in regard to the intelligence of this rooster, because he is accustomed to crow better and more effectively in the deeper hours of the night, for when morning time is approaching he utters cries anyway which are more light and feeble. What the intelligence of this rooster is meaning for us in this regard, the cleverness of discernment of preachers is pointing out, which we have considered. They who, when preaching to still iniquitous minds in a loud and strong voice, strike the terrors of eternal judgment, because they cackle, I mean, as during the darkness of the deep night.

Page 262

But when by then they - the preachers - realize that that light of truth is present in the heart of their listeners, their change the intensity of their cackling into lightness of sweetness, and they begin to speak not so much of those terrible things regarding punishments, but of the tempting things regarding rewards. Then they also sing with faint voice, because with the approach of morning they preach whatever fine thing about mysteries, so that their followers may hear any kind of quite fine things about the heavenly ones since they are more approaching to the light of truth, and those whom the long cry of the rooster has awakened, the woodcutter can delights those who are awake. Since to know in smallest detail the sweetness regarding an improved realm would give pleasure to anyone who before was fearing the adversities of judgment. There is still something else to be attentively considered in the rooster, because when he

sanctorum praedicatorum vitam intuemur <vigilanter videamus>. Ipsi quippe, cum verbum praedicationis monent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed ante se per sublimia facta excutiunt, et tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semet ipsos feriant, quia quicquid in se inutiliter torpet, sollicita investigatione deprehendunt, distincta animadversione corrigunt. Prius sua {putrire} <punire> fletibus curant, et tunc quae aliorum sunt punienda denunciant. Prius ergo alis insonant, quam cantus emittant, quia antequam verba exhortationum proferant, omne, quod {locuturi} <locuturi> sunt, operibus clamant, et quum perfecte in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigiliam vocant.

Sed unde tanta {doctori haec} <haec doctoris> intelligentia, ut et sibi perfecte vigilet, et dormientes ad vigiliam sub quibusdam clamoris profectibus vocet, ut et peccatorum tenebras prius caute discutiat, et discrete postmodum lucem praedicationis ostendat, ut singulis iuxta modum, et tempora congruat, et simul omnibus, quae illos sequantur, ostendat? Unde ad tanta, et tam subtiliter tenditur, nisi intrinsecus ab eo, a quo est conditus, doceatur? Quia ergo laus tantae intelligentiae non praedicatoris virtus est, sed authoris, recte per eundem authorem dicitur. Vel quis dedit Gallo intelligentiam? Ac si diceret, nisi ego, qui doctorum mentes, quas mire ex nihilo condidi, ad intelligenda, quae occulta sunt, mirabilis instruxi.

Et tertia parte Pastoralis¹⁰¹⁰. Ad beatum (inquit) Iob dicitur: Quis dedit Gallo intelligentiam? Praedicator etenim sanctus, dum calig<i>noso hoc clamat in tempore, quasi Gallus cantat in nocte, dum dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum. Evigilate, iusti, et nolite peccare. Gallus autem profundioribus horis noctis altos {a}edere cantus solet: quum vero matutinum iam tempus in proximo est, minutas, ac tenues voces format, quia nimirum qui recte praedicat, obscuris adhuc cordibus aperta clamat,

is about to utter crows, he first flaps the wings, and, thus striking himself he makes himself more vigilant. We discern this quite evidently if we attentively glance at the life of the holy preachers. For, since they are teaching the preaching's message, they first exercise themselves in holy actions, so that because of being idle with themselves they do not awaken the others by their voice, but first they do shake themselves by means of sublime deeds, and then they render others solicitous for doing good. They first strike themselves with the wings of meditations, because whatever is uselessly torpid in themselves they seize upon with careful investigation and correct it with a precise punishment. First they take care to punish their own faults with tears, and then they point out what must be punished in others. Then, before they utter the crow, they make din with wings, just as before they utter the words of exhortations they proclaim with their deeds everything which they are about to say, and since they are perfectly watching over themselves, then they call the others who are still sleeping to become awake.

But whence this such great intelligence of the teacher arises, that he is either completely vigilant by himself or calls the sleepers to vigilance with some increase of his clamor, so that he both before carefully drives away the shadows of sins, and afterwards discreetly points out the light of his preaching, so that it may be suitable for each one according to manners and times, and shows to all at once those things they are following? Whence does one move, and so subtly, to such great goals, unless one is taught inwardly by Him by Whom he has been created? Therefore, because the praise of such great intelligence is not a virtue of the preacher but of the author, and it is rightly said to be through the author himself: *Or who gave intelligence to the rooster?* As if He said, unless I, who taught rather marvelously the minds of the teachers which I have marvelously created from nothing in order to understand the hidden things.

And in the third part of the *Regula Pastoralis*. To the blessed Job* (he says) it is said: *Who gave intelligence to the rooster?* For the holy preacher, while he cries out in this gloomy time, is almost as a rooster who crows at night, when he says: By now it is time for us to awake from sleep. And again. Wake up, ye just men, and stop to sin. For the rooster is accustomed to utter loud crows in the more deep hours of the night, but when the morning time is by now at hand, he utters small cries thin and feeble, because who preaches rightly declares things that are clear to hearts still in

¹⁰¹⁰ *Regula Pastoralis* Tertia pars, caput XXXIX - in *Sancti Gregorii Papae I cognomento Magni Opera Omnia Tomus secundus*, Parisiis, sumptibus Claudii Rigaud, 1705.

nihil de occultis mysteriis indicat, ut tunc subtiliora quaeque de caelestibus audiant, quum luci veritatis appropinquant.

Sed inter haec ad ea, quae iam superius diximus, charitatis studia, retorquemur, ut praedicator quisque plus actibus, quam vocibus insonet, et bene vivendo vestigia sequacibus imprimat, ut potius agendo, quam loquendo, quo gradiatur, ostendat, quia et Gallus ipse, quem pro exprimenda boni praedicatoris specie in locutione sua Dominus assumit, cum iam {a}edere cantus parat, prius alas excutit, et semetipsum feriens vigilantiorum reddit, quia nimirum necesse est, ut hi, qui verba sanctae praedicationis movent, prius studio bonae actionis evigilent, ne semetipsi torpentes opere, alios excitent voce. Prius se per sublimia facta excutiant, et tunc ad bene vivendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationum alis semet ipsos feriant, et quicquid inutiliter torpet, sollicita investigationeprehendant, {districta} <distincta> animadversione corrigant, et tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria fletibus curent, et tunc quae aliorum puniendae sunt denuncient, et antequam verba exhortationis insonent omne, quod locuturi sunt, operibus clament. Unde recte dicebat venerabilis Beda¹⁰¹¹. *Gallum puto esse unumquemque sanctorum, qui in nocte, et tenebris huius mundi accipiunt per fidem intelligentiam, et virtutis constantiam clamandi ad Deum, ut {aspiceret} <aspiciat>*¹⁰¹² *iam dies permanens, et amoveantur umbrae vitae praesentis, qui urgent etiam sequenti clamore precum suarum, dicentes. Emitte lucem tuam, et veritatem tuam: Quod de Prophetis intelligere possumus, qui certatim annuntiaverunt diei et Solis adventum.* Christus salvator noster, quia peccata populi tulit, Gallus ut exponit Iacobus de Vitriaco Cardinalis, etiam dicitur dormientes excitans, et quasi calcaribus com<m>inationum, ut eis verbis utar, pungens, et stimulans.

Cum vero de Galli cantu inter Evangelistas, qui Dominum nostrum Iesum Christum iam ad salutiferam mortem rapiendum D. Petro dixisse tradunt eum se ter negaturum, antequam Gallus cantaret, quaedam videatur controversia, itaque conciliare eos placuit, priusquam mysticum eius

darkness, does hint nothing at hidden mysteries, and then they hear any subtle thing coming from heavens when they are approaching to the light of truth.

But amid these matters let us return to those studies of charity which I spoke of earlier, so that each preacher can chatter more with deeds than with shouting, and by his good life he impresses traces in his followers, so that he shows rather by action than by speech until where it is possible to arrive, just as the rooster himself, whom the Lord takes for the purpose of expressing a figure of good preacher in his speech, when by now he gets ready to utter crows first flaps his wings and striking himself he makes himself more vigilant, because it is in fact necessary that those who pour out the words of the holy preaching to firstly awake with the pledge of a good action, so that being thoroughly flustered they do not awake others by voice. First they get a move on by means of sublime deeds and then they make others solicitous to live a good life. First they strike themselves with the wings of reasoning and with careful examination seize whatever is uselessly sluggish in themselves and they correct this with a careful analysis, and then finally they set aright the lives of others by speaking. First they take care to punish their own faults with tears, and then they denounce those faults which must be punished in others, and before the words of their exhortation resound, their deeds proclaim everything they are about to say. Hence the Venerable Beda* rightly said: *I think that is a rooster each one of the saints who in the night and in the deep shadows of this world is receiving through faith the intelligence and the constancy of the skill of crying out to God so that He should watch over them while it is still day and that the shadows of their present life should be kept away, they who are pressing with the following shout of their prayers when saying: Send forth Thy light and Thy truth: We can understand this by prophets who in rivalry have announced the advent of the day and of the sun.* Christ our Savior, since bore the sins of the people, as Cardinal Jacques de Vitry* explains, is also said rooster, since he awakes those who are sleeping, and, to use those words, as if he was pricking and stimulating them with the spurs of his threats.

Since it seems that concerning the cockcrow there is some controversy among the Evangelists, who are handing down that Our Lord Jesus Christ, when by now was around to be dragged to the rescuer death, told Saint Peter that he would have denied Him thrice before the cock crowed, therefore it seemed proper to

¹⁰¹¹ *In expositione Tobiae* lib. 9, c. 7. (Aldrovandi). § Lind non è d'accordo con la citazione di Aldrovandi: "But I find no such exact statement in that author's *In Librum Tobiae allegorica interpretatio* in P.L. 91 (1862), 931." (Lind, 1963)

¹⁰¹² Emendato in base al susseguirsi dei tempi degli altri verbi di questo brano riferito a Beda.

cantus sensum explicemus. Cum enim tres Evangelistae asserant, Dominum dixisse, Petrum se ter negaturum, antequam Gallus cantaret: non autem omnes dicant quoties Gallus cantaret, Marcus¹⁰¹³ hoc solus narravit expressius, inquit: *Antequam Gallus bis vocem dederit*, quod [263] quomodo postea sit impletum in sequentibus distincte enarravit, ex quo consequitur, Petrum non ter Galli cantu Dominum negasse, ut dicunt tamen tres Evangelistae.

me to reconcile them before I explain the mystic sense of its crowing. For, since the three Evangelists assert that the Lord said that Peter would deny Him thrice before the cock crowed, but not everyone of them is saying how many times the cock would have crowed, only Mark told this with more precision in saying: *Before the cock has crowed twice*, and he told with exactness in the following verses as later on this would be fulfilled, whence it follows that Peter did not deny our Lord when the cock crowed thrice, as nevertheless the three Evangelists say.

Page 263

Matthaeus¹⁰¹⁴ enim dixit: *Amen dico tibi quia in hac nocte antequam Gallus cantet, ter me negabis*. Lucas¹⁰¹⁵ autem, *dico tibi, Petre, non cantabit hodie Gallus, donec ter abneges, nosse me*: Ioannes¹⁰¹⁶ autem: *Amen, amen dico tibi, non cantabit Gallus donec ter me neges*.

For Matthew said: *Verily I tell you that on this night before the cock crows you will deny me thrice*. And Luke, *I say to you, Peter, the cock will not crow today until you thrice deny that you know me*. And John: *Verily, verily I tell you, the cock will not crow until you deny me thrice*.

Divus Augustinus¹⁰¹⁷ hanc tractans difficultatem, sic eam putat dissolvendam, ut dicantur tres Evangelistae dixisse trinam Petri negationem futuram ante Galli cantum, quia ante {illam} <illum> coepta fuit, et in ipso etiam animo consummata, ut sic sit dictum: Ter me negabis, quomodo si alicui diceretur; Antequam cantet Gallus ad me scribes epistolam, in qua mihi ter {convitiaberis} <conviciaberis>. Id enim vere quis dixerit, etiamsi epistola non fuerit absolvenda ante omnem cantum Galli, sed ante cantum Galli incepta.

Saint Augustine*, discussing on this difficult passage, thinks it should be resolved in this way, so that the three Gospel writers may be said to have affirmed that a threefold denial of Peter would take place before cockcrow, because it had been commenced and also consummated in his mind, so that words could run thus: You will deny me three times, as if it were said to someone: Before the cock crows you will write me a letter in which you will revile me three times. Someone would rightly affirm that, even if the letter were not to be completed before any cockcrow, nevertheless was started before the cockcrow.

Quo vero dilucidiora haec videantur D. Augustini verba ascribere non gravabor, quae talia sunt. *Diversis <enim> verbis, et verborum ordine eandem explicaverunt sententiam dixisse Dominum, quod antequam Gallus cantaret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset, quam cantare Gallus inciperet superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona Domini. Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac prius quam Gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es. Quid enim attinebat dicere prius quam bis, quando si ante primum Galli cantum tota illa trina negatio completeretur simul, et ante secundum, et ante tertium, et ante omnes Galli cantus eiusdem noctis completa inveniretur, quae ante ipsum primum impleta probaretur. Sed quia ante primum Galli cantum coepta est illa trina negatio,*

But since these words of Saint Augustine seem rather clear, I won't regret to quote them so as they are. *For they - the Evangelists - related with different words and with a different sequence of words the same phrase the Lord said, that is, before the cock should crow, Peter was to deny Him thrice. Furthermore if he went through the whole triple denial before the cock began to crow, Mark would be embarrassed personally by the Lord for having spoken beyond the reality. Verily I say unto thee, that today, during this night, before the cock crowed twice, thou will deny me thrice. For, of what importance would it be to say before the second time, since that entire threefold denial would have been totally fulfilled, and would have found itself totally fulfilled both before the second and the third and before all the cockcrowings of that same night, being that it would have proved itself fully realized before the first crowing itself. But since that threefold denial was started*

¹⁰¹³ Marco 14:30: Et ait illi Iesus: "Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac, priusquam bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus."

¹⁰¹⁴ Matteo 26:34: Ait illi Iesus amen dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis.

¹⁰¹⁵ Luca 22:34: Et ille dixit dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me.

¹⁰¹⁶ Giovanni 13:38: Respondit Iesus: "Animam tuam pro me ponis? Amen, amen dico tibi: non cantabit gallus donec me ter neges".

¹⁰¹⁷ De consensu Evangelistarum III,2,7-8. (Aldrovandi) - Le correzioni sono fatte in base al testo pubblicato in www.augustinus.it.

attenderunt illi tres, non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, et quando coeptura, id est, quia trina, et quia ante Galli cantum, quamquam in animo eius, et ante primum Galli cantum, peracta sit tota illa trina negatio: tamen affectione animi, et timore Petri ante primum tota coepta est. Nec interest quantis morarum intervallis trina voce enunciata sit, cum cor eius etiam ante primum Galli cantum tota possiderit: tam magna scilicet formidine imbibita ut posset Dominum non solum semel, sed et iterum, et tertio interrogatus negare. Et rectius diligentiusque attendentibus, quomodo iam moechatus est mulierem in corde suo, qui eam viderit ad concupiscendum: sic Petrus quaecumque verbis {a}deret timorem, quem tam vehementem animo conceperat, ut perdurare possit usque ad tertiam Domini negationem, tota trina negatio ei tempori deputanda est, quando eum trinae negationi sufficiens timor invasit. Ex quo etiam, si post primum Galli cantum {inciperet pulsatio interrogationibus potuere} <inciperent, pulsato interrogationibus pectore,> verba illa negationis erumpere, nec si<c> absurde, atque mendaciter ante Galli cantum ter negasse diceretur, quando, et ante Galli cantus timor obsederat mentem, qui eam posset usque ad tertiam negationem perducere. Multo minus igitur movere debet, quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante Galli cantum coepta, etsi non ante primum Galli cantum peracta est. Tanquam si alicui diceretur, hac nocte antequam Gallus cantet, ad me scribes epistolam, in qua mihi ter conviciaberis: non utique si eam ante omnem Galli cantum finiret, ideo dicendum erat, falsum fuisse praedictum. Marcus ergo de ipsarum vocum intervallis planius elocutus est, qui dixit ex persona Domini. Priusquam bis Gallus vocem dederit, ter me negaturus es. Ita gestum esse apparebit, cum ad eundem locum narrationis Evangelicae venerimus, ut etiam illic ostendatur Evangelistas sibi congruere. Si autem quaeruntur ipsa omnino verba, quae Petro Dominus dixerit, neque {invenire} <inveniri> possunt, et superfluo quaeruntur, cum sententia eius, propter quam cognoscendam verba proferuntur, etiam in diversis Evangelistarum verbis possit esse {novissima} <notissima>. Sive ergo diversis sermonum Domini locis commotus Petrus singillatim ter enunciaverit praesumptionem suam, et ter ei Dominus suam negationem praedixerit, sicut probabilius {indicatur} <indagatur>: sive aliquo narrandi ordine possint omnium Evangelistarum commemorationes in unum redigi, quibus demonstretur semel Dominum praedixisse Petro praesumentem, quod eum negaturus esset, nulla hic Evangelistarum repugnantia deprehendi poterit, sicut nulla est. Hactenus D. Augustinus.

before the first crowing of the rooster, those three Evangelists did not pay attention to when Peter would have carried out it, but of what entity would have been, and when it would have been started, that is, since it would have been threefold and before the crowing of the rooster, nevertheless all that threefold denial had been completed in his mind and before the crowing of the rooster: nevertheless it all was begun before the first crowing by the disposition of mind and by the fear of Peter. Neither it does matter at how many intervals of time it has been enunciated because of a triplex crowing, since it all possessed also his heart before the first crowing of the rooster: it was certainly imbued by such a big fear that, questioned, he was able to deny the Lord not only once, but twice and thrice. And for those who rather better and with more diligence pay attention, it is as when in his hearth has by now committed adultery with a woman he who has looked her to covet her: thus Peter in any moment would declare the fear he had conceived so strong in the mind so that he succeeded in withstanding up to the third negation of the Lord, all the threefold denial is to be ascribed to that time when a sufficient fear of the third negation invaded him. Therefore if even those words of denial, having been his heart struck by doubts, had begun to burst out after the first crowing of the rooster, it could not be told so absurdly and mendaciously that he had denied three times before the crowing of the rooster, since also before the crowings of the rooster the fear had occupied the mind and the former could lead it up to the third negation. Therefore it has to shake very less, since the threefold denial was started before the crowing of the rooster also with a triplex voice of he who denies, even if it has not been completed before the first rooster's crowing. As if to someone it was said, this night before the rooster crows you will write me a letter in which you will insult me thrice: not necessarily if he had carried out it before whatever crowing of the rooster, therefore it was necessary to say that the forgery had been foretold. Then Mark has spoken more clearly with regard to the intervals of the crowings themselves since he told it taking it from the Lord himself. Before the rooster has crowed twice, you will have denied me thrice. It will be clear that things occurred in this way when we will reach the same verse of the evangelical narration, so that also here is shown that the Evangelists are in agreement. For if the words themselves the Lord would have said to Peter are inquired into depth, they cannot even be found, and they are in vain investigated, since his affirmation, to know which the words are alleged, also in the different words of the Evangelists it could be very well known. Or therefore Peter moved by different passages of the discourses of the Lord could have expressed singularly thrice his rashness and the Lord would have foretold to him thrice his denial, as with great probability it is discovered: or through a some order of narration all the Evangelists could be made as only a thing, through which it could be shown that only once the Lord foretold to Peter that he was foreseeing that since he would have denied him, in this regard no contrast of the Evangelist would have been detected, as no one is existing. Until here the words of Saint

Augustine.

Verum eiusmodi eius solutionem non esse convenientem ex eo patere vult Cornelius Iansenius¹⁰¹⁸ Episcopus Gandavensis, quod tres illi Evangelistae, qui dicunt Dominum dixisse, Petrum negaturum se ter, antequam Gallus cantaret, postea ostensuri impletam fuisse Domini praedictionem, omnes tres Petri negationes narrent ipso opere impletas priusquam tradant Gallum cecinisse. Unde, inquit, patet eos non illo sensu accepisse, quod nunc dicunt, Dominum dixisse Petrum se negaturum ante Galli cantum: quia ante eum trina negatio erat incipienda, sed quia ante eum erat consummanda. Proinde omissis aliis rationibus, quibus quidam student conciliare Evangelistas, dicendum est tres Evangelistas de illo loqui cantu Galli, qui ab hominibus maxime solet observari, a quo scilicet ultima noctis pars, quae quarta olim dicebatur vigilia, dicitur Gallicinium¹⁰¹⁹. Duabus enim potissimum vicibus Galli in nocte canere {consueverunt} <consueverunt>: semel non diu post medium noctis, et secundo, cum iam adhuc duo, aut tres, vel circiter noctis horae supersunt: quoniam in cantu perseverant usque ad tempus, quod conticinium¹⁰²⁰ dicitur, a quo secundo cantu quarta noctis vigilia [264] dicitur Gallicinium.

Really, Cornelius Jansen* bishop of Gent thinks that such his solution clearly turns out not suitable since those three Evangelists, who affirm that the Lord said that Peter would have denied him three times before the rooster crowed, who subsequently would have shown that the prediction of the Lord had come fully true, all three of them narrate that the denials of Peter just fulfilled themselves before reporting that the rooster had crowed. Then, he says, it is clear that they didn't mean it in that sense, since they now say that the Lord said that Peter would have denied him before the crowing of the rooster since the triplex denial had to begin before it, but because it had to have ended before it. Insofar, laid aside the other lucubrations with which some try hard to reconcile the Evangelists, we must say that the three Evangelists speak of that crow of the rooster which mostly is usually taken into consideration by human beings, and precisely that one thanks to which the last part of the night, that once was said fourth watch, is called *gallicinium* - crow of the rooster, dawn. For the roosters get into the habit of crowing twice in succession during the night: once not very afterwards the midnight and the second time when are still remaining almost two or three hours, or approximately, of the night: since they are perseverant in crowing up to that moment that is said *conticinium* - the moment of the silence, the first part of the night -, and the fourth nighttime watch is said *gallicinium* from second crow.

Page 264

Marcus itaque rei in Petro gestae, ut ab ipso Petro audierat, accuratam praescribens historiam, utriusque Galli cantus meminit, cuius mentionem facit et Iuvenalis¹⁰²¹ dicens { . }<:>

*Quod tamen ad cantum Galli facit ille secundi
Proximus ante diem caupo sciet.*

Per cantum Galli secundi intelligens secundum cantum Galli, et per hoc describere volens tempus illud, quod Gallicinium dicitur. Reliqui vero tres Evangelistae posteriores tantum Galli cantus meminerunt, ut qui sit praecipuus, et a quo pars noctis dicatur Gallicinium: proinde idem ab omnibus est significatum, nempe ter Petrum negaturum ante tempus illud noctis, quod Gallicinium dicitur, quod tempus

Therefore Mark, reconstructing an accurate history of what happened in Peter as he heard it from Peter himself, recorded both cockcrows, of which Juvenal* also makes mention:

*Nevertheless, what he does at the crowing of the second cock
the next innkeeper will know before daybreak.*

Meaning by the crow of the second cock the second crowing of the cock and wishing by this to describe that time which is called *gallicinium* - crow of the rooster, dawn. The three other Evangelists mentioned only the following cockcrows, since it is the principal one and from which the part of the night would be called *gallicinium*. Hence the same thing has been said by all of them, that is, that Peter would deny thrice before that time of night called *gallicinium*; that time

¹⁰¹⁸ *Commentariorum in suam concordiam ac totam historiam evangelicam partes quatuor* III,33

¹⁰¹⁹ Aldrovandi parla del *gallicinium* anche a pagina 204* e 249*.

¹⁰²⁰ Aldrovandi parla del *conticinium* anche a pagina 204* e 249*.

¹⁰²¹ *Satira* IX, 107-108: quod tamen ad cantum galli facit ille secundi | proximus ante diem caupo sciet, [...]. - Già citato a pagina 204*.

secundum communem quidem loquendi modum simpliciter notatur per Galli cantum: secundum accuratiorem vero loquendi rationem, notatur per secundum Galli cantum.

Ex praedictis, et sequenti Marci narratione patet, quod cum hic dicitur apud eum, Priusquam Gallus bis vocem dederit, illud bis accipiendum esse pro duabus diversis vicibus, et temporibus, non autem simpliciter, ut duplicatum significet sonum. Cum emphasi autem apud Marcum dicit Dominus Petro: Tu hodie, tu, inquit, singulariter, qui prae aliis te singulariter putas constantiorem, non quidem post aliquot dies, sed hodie, im<m>o in nocte hac praesenti, idque diu ante finem eius, nimirum ante Gallicinium, praeterquam quod cum aliis, me derelicto, fugies, etiam negabis, idque non semel tantum, sed ter in tam brevi temporis spatio. Quomodo autem Petrus erat Dominum negaturus, explicatur a Luca¹⁰²² cum dicit: Donec ter abneges, nosse me, id est, donec abneges, quod noveris me. Haec itaque ille de eiusmodi Evangelistarum discrepantia.

Ad eiusmodi negationis mysticum sensum explicandum Iacobus Vitriacensis¹⁰²³ Cardinalis sic scribit. Permissus est Petrus negare, ut in Ecclesiae principe remedium poenitentiae conderetur, et nemo auderet de sua virtute confidere. Post resurrectionem satisfacit, cum ipsum se amare confessus est. Ante Galli cantum, dum adhuc tenebrae sunt, in ascensu negat Petrus, postquam Gallus cantavit, cum iam tenebrae sunt, Petrus poenituit. Gallus, id est, praedicator somnolentos increpat, dicens. *Evigilate, iusti, et nolite peccare.* Post eius vocem multi prius factis Christum negantes poenitent, et flent amare. Quam noxia pravorum colloquia, quae Petrum negare cogunt, qui inter discipulos Christum confessus est Dei filium, intus autem in societate impiorum poenitet. Ter autem Christum negavit, primum ad vocem ancillae, et cantavit Gallus, secundo negat ad vocem alterius ancillae, et ad vocem calefacientium se ad prunas: tertio ad vocem servi principis sacerdotum, qui erat cognatus Malchi¹⁰²⁴, et tunc

which, according to the common mode of speech, is simply indicated as cockcrow: according to a more accurate manner of speaking it is indicated as the second cockcrow.

From what has been said before and from the succeeding narrative of Mark it is clear that when he says in his verse "Before the cock shall have crowed twice", that *twice* must be meant as two different times in succession and two different moments, and not simply as signifying a duplicate sound. For with emphasis the Lord says to Peter in Mark: You today, he says, you yourself, who think yourself especially more constant than the others, not indeed in a few days' time but today, nay, this night itself and at length before its end, that is, before *gallicinium*, apart from after you abandoned me you will flee with the others, you will also deny me, and this not only once, but thrice in so short a space of time. In what manner Peter was to deny the Lord is cleared up by Luke when he says: Until you thrice deny that you know me, that is, until you deny that you could know me. Thus far Cornelis Jansen* concerning such a discrepancy among Evangelists.

Cardinal Jacques de Vitry* writes as follows in order to explain the mystic meaning of such a denial. Peter was allowed to deny in order that the remedy of penitence might be established in the prince of the Church, and no one would dare to trust in his own virtue. He made satisfaction after the resurrection when he acknowledged that he loved Him. Before the cockcrow, while there are still deep shadows, Peter denies for raising himself, after the cock crowed, while by now deep shadows are going away, Peter repented. The cock, that is, the preacher, urges the sleepy ones, saying: *Wake up, ye just men, and do not sin.* After his recall many who before denied Christ by their deeds repent and weep bitterly. How evil are the conversations of the wicked men who force Peter to deny, he who among the disciples acknowledged that Christ is the son of God, but inwardly he does penance within the community of impious men. For three times he denied, first at the call of a handmaid, and the cock crowed, the second time he denies at the call of another handmaid and at the call of those warming themselves at a fire: the third time at the call

¹⁰²² Luca 22:34: Et ille dixit dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me.

¹⁰²³ Fer. 6 Paras. (Aldrovandi)

¹⁰²⁴ Giovanni 18:10: Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis servum et abscidit eius auriculam dextram erat autem nomen servo Malchus. - Allora Simon Pietro, che aveva una spada, la trasse fuori e colpì il servo del sommo sacerdote e gli tagliò l'orecchio destro. Quel servo si chiamava Malco. § 18:26-27: Dicit unus ex servis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam nonne ego te vidi in horto cum illo [27] iterum ergo negavit Petrus et statim gallus cantavit. - Ma uno dei servi del sommo sacerdote, parente di quello a cui Pietro aveva tagliato l'orecchio, disse: "Non ti ho forse visto con lui nel giardino?". [27] Pietro negò di nuovo, e subito un gallo cantò.

Gallus iterum cantavit. Tertia igitur negatio est inchoata ante Galli cantum et consummata est, antequam Gallus bis cantaret: primo simpliciter negat Petrus, dicens: Non novi hominem, et non sum discipulus eius.

Non solum enim negat Christum, sed se negat esse Christianum, vel discipulum eius: secundo cum iuramento negavit: tertio coepit anatematizare, quia perseverare in peccato dat incrementum scelerum, et qui modica spernit, cadit in maiora. Spiritualiter autem prima ancilla titubatio est: secunda consentio, tertius vir, id est, operatio, sic perficitur trina negatio. Ad vocem ancillae negat, qui carnis delectatione mortaliter peccat. Ad vocem calefacientium se ad prunas negat, qui per avaritiam peccat, qui se turpi quaestu calefieri desiderat, vel qui exemplo cupiditatis alienae a via veritatis deviat. Ad vocem cognati Malchi negat, qui vitio elationis contra Deum peccat. Malchus enim rex interpretatur. Potentum enim cognatum est vitium elationis. Hucusque ille.

Eundem sensum ita Iansenius interpretatur, et ut videtur, dilucidius. Ut bene, inquit, nocti tribuit scandalum discipulorum, et Petri negationem, quod nocti convenient peccata, et errores, ita bene finem negationum imponit in cantu Galli, quod per hunc lux annuncietur instare, et homines a somno excitentur, ut quo signo monentur homines surgere a somno, eodem et Petrus moneretur agnoscere suum errorem. Petrum autem prae aliis Dei providentia cadere gravius erat permissura, iusto quidem iudicio, nimirum quia de se nimis praesumendo aliis praetulerat, sed tamen propter bonum aliquod, nempe ut discerat Petrus, et nos in illo, quanta sit temeritatis hominem considerare in se ipso, quamque necessarium sit Dei implorare gratiam, sine qua nostra dilectio, et propositum non possit, vel ad breve tempus perseverare, etc.

In eandem fere sententiam ita quaerit Franciscus Georgius Venetus¹⁰²⁵: Cur datus fuit Galli cantus in signum negationis Petri? An, ut Christus

of a servant of the chief of priests, who was a relative of Malchus*, and then the cock crowed again. Therefore the third negation started before the cockcrow and ended before the cock crowed twice: first Peter simply denies, saying: I do not know the man, and I am not his disciple.

For not only does he deny Christ, but he denies he is a Christian or a disciple of him: the second time he denied with an oath: the third time he began to curse, because to persevere in sin gives an increase to wickedness, and who spurns moderation falls into greater things. But, from a spiritual point of view, the first handmaid is the wavering: the second is a consent, the third man is the pursuit, and thus the third denial is done. At the call of the handmaid he denies who sins mortally because of the delight of the flesh. At the call of those warming themselves by the fire, he denies who sins through avarice, who desires to warm himself by filthy gain or who wanders from the way of truth by the example of the cupidity of someone else. At the call of the relative of Malchus, he denies who sins against God through the vice of arrogance. For Malchus means king. For the vice of arrogance is a relative of powerful men. Thus far Jacques de Vitry.

Cornelis Jansen interprets in this way the same meaning and, as it seems, more clearly. As, he says, the scandal of the disciples was attributed to the night and the denial of Peter also, because sins and errors are suitable to night, as well again he places the end of the denials in the crowing of the cock, since through it the light is announced to be approaching, and humans are roused from sleep, so that by this sign humans are warned to rouse from sleep and Peter by it was warned to recognize his error. The providence of God was about to allow that Peter was falling headlong more heavily than others, even though because of a right reason, that is, because in his presumption he regarded himself above the others, but nevertheless for a good aim, and precisely so that Peter learned, and we with him, how is a sign of great rashness the fact that the man places his trust in himself, and how necessary it is to implore the grace of God, without which our love and purpose cannot, or persevere in a short term, etc.

According to almost the same opinion Francesco GIORGIO* wonders as follows. Why was the cockcrow meant as a sign of the denial of Peter? Or

¹⁰²⁵ Aldrovandi non fornisce alcuna referenza circa l'opera di Francesco GIORGIO da cui è tratta questa citazione, se cioè da *In Scripturam sacram Problemata* (1536) oppure da *De Harmonia mundi totius Cantica tria* (1525). L'unica opera a mia disposizione è *De Harmonia mundi totius Cantica tria* (Parigi 1545). In essa Francesco Giorgio accenna alla sinderesi e parla dei galli, ma non mi è stato possibile, nonostante il copiosissimo indice analitico, localizzare il canto del gallo inteso come la negazione di Pietro. Per cui propendo a pensare che Giorgio ne parli in *In Scripturam sacram Problemata*.

vaticinaretur tanquam verus Propheta negotium hoc, sicut et multa alia, quae ipsi superventura erant? Nam mortem, et resurrectionem suam ante praedixerat. An cum omnia acta, et gesta Christi sint plena sacramentis, hoc signum tradidit, ut indicaret Galli cantum, qui fit in mente omnium peccantium, per synderesim, et portionem [265] superiorem remurmurantem?

perhaps, so that Christ as true prophet might predict this event, just as many others events which were about to fall upon him? For he had prematurely predicted his death and resurrection. Or perhaps, since all the acts and deeds of Christ are full of mysteries, did he hand down this sign in order to indicate the cockcrow, which is occurring in the mind of all sinners, by a process of synderesis* and by a superior resounding portion?

Page 265

Quam portionem Gallum vocant sapientes: qui interpretantur dictum Socratis, quod moriens, teste Platone dixit, Gallum Aesculapio debeo, reddite. Et bene Gallus vocatur lumen illud, quod a supramundano sole procedit: cum inter solares aves Gallus primum locum tenet. Hinc praeco est lucis, quae inde venit: de qua luce Ioannes¹⁰²⁶ ait: *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

The wise men call rooster that duty: they who interpret the phrase of Socrates*, since when about to die, as recorded by Plato*, he said: I owe a cock to Aesculapius*, give it to him. And that light which proceeds from the sun being over-earth is correctly called rooster: since among solar birds the rooster holds the first place. Hence is coming the herald of the light which comes from there: concerning this light John says: *That was the true light which illuminates every man coming into this world.*

Quae sane doctrina congruit omnino, ut videtur, D. Ambrosio¹⁰²⁷, ita scribenti: Est etiam Galli cantus suavis in noctibus, nec solum suavis, sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator et dormientem excitat, et sollicitum admonet, et vianem solatur, processum noctis canora significatione protestans. Hoc canente, latro suas relinquit insidias, hoc ipse Lucifer excitatus oritur, caelumque illuminat, hoc canente moestitiam trepidus nauta deponit, omnisque crebro vespertinis flatibus excitata tempestas, et procella mitescit, hoc canente devotus affectu exilit ad precandum, legendi quoque munus instaurat, hoc postremo canente, ipsa ecclesiae petra culpam suam diluit, quam priusquam Gallus cantaret ter negando contraxerat. Istius cantu spes omnibus redit, aegris levatur incommodum, minuitur dolor vulnere, febrium flagrantia mitigatur, revertitur fides lapsis, Iesus titubantes respicit, errantes corrigit. Denique respexit Petrum, et statim error abscessit. Quod non fortuito accidisse, sed ex sententia Domini, lectio docet. Sic enim scriptum est, quia dixit Iesus ad Simonem: Non cantabit Gallus priusquam me ter abneges. Bene fortis in die Petrus, nocte turbatur, et ante Galli cantum labitur, etiam tertio: ut scias non inconsulta effusione sermonis esse prolapsus, sed mentis quoque mutatione turbatum. Idem tamen post Galli cantum fit fortior, et iam

Undoubtedly this doctrine fully agrees, as it seems, with Saint Ambrose*, who writes as follows: Also the crowing of the cock is sweet in the night-times, not only sweet, but even useful, since as a good fellow-tenant he wakes the sleeper, calms down the restless and reassures the wayfarer, testifying by a singing signal the progress of the night. When he crows the brigand leaves his trap aside, the same Lucifer* awaked by him rises and illuminates the sky, when he crows the frightened sailor lets fall the sadness, and whatever tempest and storm often wakened up by winds of evening is placated, when he crows the devout person full of desire gets astir to beg and also renews the task of reading, finally when he crows the same stone on which the Church has been founded attenuates its guilt, of which had stained itself in denying three times before the rooster crowed. At his crow the hope is coming back to everybody, to the sick the suffering is attenuated, the pain of the wounds is reduced, the ardor of the fevers is mitigated, the trust comes back to those who have been wrong, Jesus takes care of those who are hesitant, He puts on straight and narrow path unstable persons. Finally He took care of Peter and suddenly the error disappeared. The text teaches that this didn't happen casually, but for wish of the Lord. For it has been written as follows, since Jesus said turned to Simon: The cock shall not crow before you deny me thrice. Peter, nice and strong during the day, during the night is troubled, and he goes to fall before

¹⁰²⁶ *Giovanni 1:9: Erat lux vera quae inluminat omnem hominem venientem in mundum.*

¹⁰²⁷ *Hexaameron libri sex, L. 5. (Aldrovandi)*

dignus, quem Christus aspiciat. Oculi Domini super iustos. Agnovit venisse remedium, post quod iam errare non posset: et in virtutem ab errore mutatus amarissime flevit, ut lachrymis suis deleteret peccatum.

Ad Galli eiusmodi cantum hymnus Prudentii¹⁰²⁸ legitur elegantissimus, quem eo maxime adijcere placuit, quod totam mysticam historiam proxime superioribus accommodatam, ac consentientem complectatur.

Ales diei nuncius
Lucem propinquam <prae>cecinit
Nos excitator mentium
Iam Christus ad vitam vocat.
[5] Auferte clamat lectulos
Aegros, sopores, desides,
Castique, recti, ac sobrii
Vigilate iam sum proximus.
Post Solis ortum fulgidi
[10] Serum est cubile spernere,
{Ne} <Ni> parte noctis addita
Tempus labori adieceris.
Vox ista, qua strepunt aves
Stantes sub ipso culmine
[15] Paulo ante quam lux emicet
Nostri figura est {indicis} <iudicis>.
Tectos tenebris horridis
Stratisque opertos segnibus
Suadet quietem linquere
[20] Iam iamque venturo die.
Ut cum coruscis flatibus
Aurora caelum sparserit,
Omnes labore exercitos
[25] Confirmet ad spem luminis.
Hic somnus ad tempus datus
Est forma mortis perpetis,
Peccata ceu nox horrida
Cogunt iacere, ac stertere.
[30] Sed vox ab alto culmine
Christi docentis praemonet
Adesse iam lucem prope
Ne mens sopori serviat.
Ne somnus usque ad terminos
[35] Vitae socordis opprimat,
Pectus sepultum crimine,

cockcrow, even for the third time: and you have to know that he has not fallen because of an ill-advised speaking, but also because upset by a change happened in the brain. However after the cockcrow he becomes stronger and by now worthy that Christ looks to him. The eyes of the Lord are aimed at the just. He realized that the therapy had come, after which he would not have been able by now to be wrong: and changed by the error into virtue he wept most bitterly to wipe out the sin with his tears.

An elegant hymn of Prudentius* can be read, devoted to the crowing of that rooster, that seemed me very suitable to be inserted since it contains all the mystic history which suits very closely the previous ones and which agrees with them.

The winged messenger of the day
announced by his crowing the light by then near;
Christ, who stirs our minds,
now calls us to life.

[5] Take away, he cries, the beds
sick, somnolent, lazy,
and chaste, right, sober men
keep watch, by now I am close.
After the shining sun has risen
[10] it is late to spurn the bed,
unless by adding part of the night
you give more time to your toil.
This voice, by which the birds chatter
standing up under the same eaves
[15] a little while before the light shines forth
is the figure of our Judge.
Them who are covered by horrifying shadows
and covered up by blankets of laziness
he persuades to leave the rest
[20] for the day is by then arriving.
So that when with her sparkling breaths
the dawn has speckled the sky
all those who are accustomed to the toil
[25] you reassures in the hope of the light.
This sleep given in a due time
is an image of perpetual death,
the sins or the fearful night
force to sleep, to sleep heavily.
[30] But the voice from the high building
foretells that of Christ the teacher
the light is by now at hand
so that the mind may not be enslaved to slumber.
So that the sleep until the extreme limits
[35] of a sluggish life doesn't oppress us,
with the bosom buried by sin,

¹⁰²⁸ *Cathemerinon*. (Aldrovandi) - *Hymnus primus* - Le correzioni al testo di Aldrovandi sono state fatte sulla base di quello contenuto in *Aurelii Prudentii Clementis opera* interpretate e annotate da Stephanus Chamillard SJ, Parisiis, apud Viduam Claudii Thiboust et Petrum Esclassan, 1687.

Et lucis oblitum suae.
 Ferunt vagantes daemones
 Laetos tenebris noctium
 [40] Gallo canente exterritos
 Sparsim timere, et cedere.
 Invisa nam vicinitas,
 Lucis, salutis, numinis,
 Rupto tenebrarum situ,
 [45] Noctis fugat satellites.
 Hoc esse signum praescii
 Norunt repromissae spei,
 Qua nos soporis liberi
 Speramus adventum Dei.
 [50] Quae vis sit huius alitis,
 Salvator ostendit Petro,
 Ter antequam Gallus canat
 Sese negandum praedicans.
 Fit namque {peccator} <peccatum> prius,
 [55] Quam praeco lucis proxima
 Illustret humanum genus,
 Finemque {precandi} <peccandi> ferat.
 Flevit negator denique
 Ex ore prolapsum nefas
 [60] Cum mens maneret innocens
 Animusque servaret fidem.
 Nec tale quicquam postea
 Linguae locutus lubrico est
 Cantuque Galli cognito
 [65] Peccare iustus destitit.
 Inde est, quod omnes credimus
 Illo quietis tempore
 Quo Gallus exultans canit
 Christum redisse ex inferis.

and forgetful of its own light.
 They say that demons wander
 happy in the darkness of nights
 [40] and that frightened by the crowing cock
 here and there fear and run away.
 For the hostile closeness
 of light, salvation, divinity,
 after having torn the place of darkness,
 [45] puts to flight the ministers of night.
 That this is a sign of an omen
 they know, of a sure hope,
 thanks to which free from sluggishness
 we hope for God's coming.
 [50] What is the power of this bird,
 the Savior showed to Peter,
 that thrice before the cock crowed
 predicting he would deny Him.
 For the sin occurs before
 [55] the herald of the close light
 shines on humankind,
 and brings the end of sinning.
 At last the denier wept
 the evilness that fell from mouth
 [60] while the mind remained innocent
 and the spirit kept faith.
 Nor afterwards something of similar
 he uttered deceitfully with tongue
 and when he heard the cockcrow
 [65] the just man ceased to sin.
 Thence it follows what we all believe
 that at that time of rest
 when the cock crows exultant
 Christ came back from underworld.

Page 266

[266] [70] Tunc mortis oppressus {vigor}
 <rigor>,
 Tunc lex subacta est Tartari:
 Tunc vis diei fortior
 Noctem coegit cedere.
 Iam iam quiescant improba,
 [75] Iam culpa furva obdormiat,
 Iam noxa let{h}alis suum
 Perpressa somnum marceat.
 Vigil vicissim spiritus
 Quodcunque restat temporis
 [80] Dum meta noctis clauditur,
 Stans, ac laborans excubet.
 Iesum ciamus vocibus
 Flentes, precantes, sobrii:
 Intenta supplicatio
 [85] Dormire cor mundum vetat.
 {Stat} <Sat> convolutis artibus
 Sensum profunda oblivio
 Pressit, gravavit, obruit,
 Vanis vagantem somniis.

[70] Then the inflexibility of death was crushed,
 then the law of Tartarus* was subjugated:
 then the strength of day being stronger
 forced the night to go away.
 Now let sinfulness lie quiet,
 [75] now let dark sin go to sleep,
 now let mortal punishment at once
 wither its own sleep.
 Let the vigil spirit in its turn
 whatever time remains
 [80] while the end of night closes itself,
 standing up and working to be on the alert.
 Let us call upon Jesus
 weeping, praying, in our soberness:
 intense supplication
 [85] forbids the pure heart to sleep.
 With enough rolled up limbs
 a deep oblivion the thought
 oppressed, overloaded, flooded,
 which wander through empty dreams.
 [90] For they are false and frivolous

[90] Sunt nempe falsa, et frivola
 Quae mundiali gloria
 Ceu dormientes egimus,
 Vigilemus, hic est veritas.
 Aurum, voluptas, gaudium,
 [95] Opes, honores, prospera,
 Quaecunque nos instant mala,
 Fit mane, nil sunt omnia.
 Tu Christe somnum {disiice} <disdice>,
 Tu rumpe noctis vincula,
 [100] Tu solve peccatum vetus,
 Novumque lumen ingere.

quicquam alvo reddebat, post caetera remedia ius Galli praescripsit hoc modo. Gallum veterem quatuor ad minimum annorum defatigatum interfice, et exenterato immitte salis gemmae drachmas tres, seminis cnici¹²⁵¹, polypodii de quercu recentis, et contusi ana unciam¹²⁵² unam, seminis Dauci, anethi, am<m>eos¹²⁵³ ana semunciam turbith drachmas tres, misce et in libris duodecim aquae fiat decoctio ad media<s>. Huius decoctionis, inquit, uncias sex ieiuna bibebat, et ex eadem interdum clyster parabatur, quibus alvus secessit, ac dolor, ex toto levatus est. Trallianus etiam cava iecoris Galli veteris iure purgat¹²⁵⁴. Dolore hepatis propter flatus contracto, per diem sanat aegrum, etsi vehementer affectum oleum ovorum.¹²⁵⁵

In icteris sulphur cum ovo sumptum, expurgat, ut legitur in libello de cura icteri, qui Galeno tribuitur. Gallina si sit luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein collutis vino quod bibatur, morbo regio, teste Plinio¹²⁵⁶ resistit. At in eodem libello Galeno ascripto Galli a cibo ictericorum, nisi moderate carnosus fuerint, excipiuntur. Ornithologus¹²⁵⁷ tamen pelliculam interiorem ventriculi Gallinae nigrae quosdam asserit e vulgo adversus eundem morbum bis, aut ter edendam suadere.

pubes, who was feverish, vomiting, and didn't eliminate anything from bowel, after other remedies he prescribed a rooster broth prepared in this way. Kill a rooster at least four years old and worn-out, and after you removed its entrails put inside three drachmas of rock salt [around 10 g], an ounce each [around 27 g] of safflower* seeds, of fresh polypody* grown near an oak and crushed, a half-ounce of carrot seeds, of dill* and of *Ammi majus** - bishop's weed or bullwort, three drachmas [around 10 g] of turbith* - or Indian jalap, mix, and the cooking has to be made in twelve pounds of water [around 4 liters] until to reduce them to half. He says that on empty stomach she was drinking six ounces of this decoction and that sometimes a clyster was prepared with it, and thanks to these remedies the bowel was emptied and the pain completely removed. Alexander of Tralles* cleans up also the gorges of the liver with old rooster broth. The oil extracted from eggs cures in one day a person suffering of liver pain acquired because of flatulence, even if fiercely struck by it.

In jaundices the sulphur taken with an egg cleans up, as we read in a booklet attributed to Galen on the treatment of jaundice. As Pliny reports, a hen, if yellow legged, previously cleaned up with water and then washed with wine which has to be drunk, is efficacious against jaundice. But still in that pamphlet attributed to Galen the roosters unless enough fleshy are excluded from diet of jaundice patients. However the Ornithologist affirms that some among common people recommend against the same illness to eat twice or thrice the inner membrane of the gizzard of a black hen.

¹²⁵¹ Lo κνίκος di Dioscoride, in latino *cnicus*, dovrebbe corrispondere al cartamo, *Carthamus tinctorius*.

¹²⁵² Vedi Pesi e misure*.

¹²⁵³ Il sostantivo greco neutro *ammi*, che al genitivo fa *ammios* e *ammeos*, in Galeno e in Dioscoride viene identificato con la pianta *ammi copticum*. § Anche Conrad Gessner riporta *ameos*. È quindi evidente che l'errore viene tramandato da Aldrovandi che sta citando parola per parola il testo di Gessner, *Historia Animalium* III (1555) pag. 394*: Amatus Lusitanus pro muliere quadragenaria, quae maximo dolore ab ore ventriculi ad imum pectinem cruciatur, febricitabat, vomebat, nec quicquam alvo reddebat, post caetera remedia, ius galli praescripsit huiusmodi. Gallum veterem quatuor ad minimum annorum, defatigatum interfice, et exenterato immitte, salis gemmae drachmas tres, seminis cnici, polypodii de quercu recentis et contusi, ana unciam unam, seminis dauci, anethi, ameos, ana semunciam. turbith drachmas tres. misce et in libris duodecim aquae fiat decoctio ad medias,[...]. § Ma il download è stato inaccurato: *ad media* invece di *ad medias*. Stando ad Aldrovandi - e forzando alquanto assai la sintassi - si dovrebbe fare una cottura a metà, secondo Gessner si fa cuocere sino a raggiungere due litri d'acqua. Una bella differenza!

¹²⁵⁴ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555) pag. 393*: Cava iecoris purgat galli veteris ius, Trallianus.

¹²⁵⁵ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555) pag. 442*: [Oleum ovorum] Per diem curat aegrum vehementer affectum dolore hepatis propter flatus contracto. Colorem corruptum restituit, praesertim in albedine oculorum, Arnoldus de Villano.

¹²⁵⁶ *Naturalis historia* XXX,93: Morbo regio resistunt sordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum murrae momento et vini cyathis II canini capitis cinis in mulso, multipeda in vini hemina, vermes terreni in aceto mulso cum murra, gallina, si sit luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur, [...]

¹²⁵⁷ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555) pag. 397*: Hanc pelliculam de gallina nigra quidam e vulgo adversus regium morbum edendam suadent, bis aut ter.

Ad hydropem, si hepatis causa ortum habeat, Hippocrates¹²⁵⁸ Galli carnem hoc modo praescribit: *Quum autem decem dies praterierint cibos accipiat paucos, et obsonium habeat Galli carnem assatam calidam.* {Caeliacis} <Coeliacis> ova decoquuntur in aceto, donec durescant, et vitelli eorum tosti cum pipere esui dantur, quod remedium Marcellus plurimum probat. Serenus¹²⁵⁹ eosdem recreari putat pane, inquiens{.}<:>

*Quem madido farre efficies, ac mollibus ovis.
Quorum testa fero prius emollescat aceto.*

Sed Marcellus, et Serenus forte id remedii ex Plinio¹²⁶⁰ transcripserint, qui sic habet. *Ova in aceto macerata, ut emolliatur putamen, cum farina in pane subigunt, quibus {caeliaci} <coeliaci> recreantur.* Quidam ita resoluta in patinis torreri utilius putant.

Alias vero Marcellus membranam, quae est in ventriculo Gallinae siccata, tritam, et cum vino austero potui ieiuno datam {caeliaco} <coeliaco> mederi testatur, ita ut ipsa Gallina prius biduo abstineat cibo, et qui potionem accepturus est, ante diem frugi sit, et non caenet. Sed et hoc remedium Plinius¹²⁶¹ habet. *Membrana Gallinarum, inquit, tosta et data in oleo, ac sale {caeliacorum} <coeliacorum> dolores mulcet. Abstineri autem frugibus ante et Gallinam, et hominem oportet*¹²⁶². Et Constantinus: *Pellis interior, inquit, de ventriculo Galli, et cum vino pota ventrem abstringit.* Sed Dioscorides totam eam vim ventriculo tribuere videtur, dum ait: *Gallorum ventriculus* (Marcellus Virgilius¹²⁶³ interpres addit in senectute, quoniam proxime de veterum Gallinaceorum iure dixerat author) inveteratus, et in umbra siccatus pondere trium unciarum (ῥσον γ' ¹²⁶⁴, sic habet codex noster¹²⁶⁵ impressus, corrupta ut apparet,

Against dropsy - or anasarca* - if caused by liver, Hippocrates* prescribes flesh of rooster in this way: *When ten days have passed, the patient must take a little food, and as dish he must have roasted warm flesh of rooster.* For those suffering from intestinal pains some eggs are cooked in vinegar until they are hard and their yolks are given roasted with pepper, a remedy that Marcellus Empiricus appreciates very much. Serenus Sammonicus* thinks that these sick persons are strengthened by bread, when saying:

You will do it with soaked spelt and raw eggs.
Whose shell first has to become soft in very sharp vinegar.*

But perhaps Marcellus and Serenus transcribed this kind of remedy from Pliny, who has it thus: *When making bread they mix with flour eggs soaked in vinegar so that the shell gets soft, and those suffering from intestinal pains are relieved by them. Some think more useful that they are roasted in a pan after they have been thus softened.*

But on the other hand Marcellus assures that the membrane of hen's gizzard, dried and crushed, given on empty stomach as drink with dry wine him who suffers from intestinal pains, restores to health, but before the hen has to abstain for two days from food, and who is about to receive the potion has to be frugal the day before and to have no dinner. But also Pliny has this remedy. He says: *The hens' membrane roasted and given with oil and salt soothes pains in those suffering from bowel. It is proper that previously both hen and person abstain from cereals.* And Constantinus Africanus says: *The inner membrane of rooster's gizzard drunk with wine acts as intestinal astringent.* But Dioscorides* seems to attribute all that power to gizzard when he says: *The assumption of the roosters' gizzard* (Marcellus Virgilius*, the translator, adds *when old aged*, since just before the author had spoken about broth of old roosters) *aged and dried in the shade and weighting three ounces* [around 80 g] (*hóson γ'*, so has our printed code, as it seems with

¹²⁵⁸ *De affectionibus internis.* (Aldrovandi)

¹²⁵⁹ *Liber medicinalis.*

¹²⁶⁰ *Naturalis historia* XXIX,49: Maceratorum in aceto molliri diximus putamen; talibus cum farina in panem subactis coeliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torrere utilius putant, quo genere non alvos tantum, sed et menses feminarum sistunt, aut, si maior sit impetus, cruda cum farina et aqua hauriuntur. Et per se lutea ex iis decocuntur in aceto, donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos.

¹²⁶¹ *Naturalis historia* XXX,58: Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale coeliacorum dolores mulcet — abstineri autem frugibus ante et gallinam et hominem oporteat —, fimum columbarium tostum potumque.

¹²⁶² Vale la pena segnalare che *oportet* è indicativo presente - vedi caso - anche in Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale, coeliacorum dolores mulcet. abstinere autem frugibus ante et gallinam et hominem oportet, Plinius. § Non si emenda il testo di Aldrovandi né quello di Gessner con *oporteat*, anche se Plinio con *oporteat* esprimeva una prescrizione che non era rigida e imperativa come viene invece formulata da *oportet*.

¹²⁶³ Nel commento al *De materia medica* (1523) liber II cap. XLII.

¹²⁶⁴ In greco significa *circa 3 - roughly 3*.

¹²⁶⁵ Potrebbe trattarsi di un'ulteriore appropriazione indebita, in quanto forse il codice non era assolutamente a disposizione di Aldrovandi, ma solo di Gessner. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 397*: [...] inveteratus (κοιλία ταριχευθεῖσα)

ponderis nota, drachmae fortassis, quae designatur alibi in Dioscoride instar maiusculi lambda iacentis, hoc modo <) *sumptus praesenti remedio est contra nimias {purgationas} <purgationes>, quae a deijcientibus alvum medicamentis fiunt. Quamprimum enim purgationes eas sistit. In quem usum terendus est, et [283] cum aqua bibendus.*

the corrupted symbol of the weight, perhaps of the drachma, which in Dioscorides elsewhere is represented as a capital horizontal lambda, thus <) *is an instantaneous remedy against immoderate evacuations following the remedies which empty the bowel. For it stops in a while such evacuations. For this use it must be crushed and drunk with water.*

Page 283

Ventris fluxiones etiam exiccat ovum, si aceto coctum comedatur: authores sunt Galenus, et Simeon Sethi. Constantinus albumen vel etiam totum ovum combustum, et cum vino, vel aceto potum, vel impositum, omnes fluxiones sistere memorat. Serenus¹²⁶⁶ eandem facultatem putamini torrefacto assignat hoc versu.

Torridus ex vino cortex potabitur ovi.

Hippocrates¹²⁶⁷ alibi carnibus Gallinaceis assatis citra condimenta in alvi fluxu utendum praecipit. Ius Gallinaceorum, referente Avicenna, coquitur aliquando cum remediis astringentibus ad dysenteriam, et cum lacte ad ulcera vesicae. Aetius ova lacti commixta dysentericis prodesse monet. Talia autem ova oogala nuncupant. Dysentericorum, qui ardorem sentiunt, clysteribus ova cruda adduntur eodem tradente, cum modico, ac largo rosaceo conquassata. Plinius¹²⁶⁸ <cruenta excreantibus> quinque ovorum lutea in vini hemina ¹²⁶⁹ cruda sorberi dysentericis ait cum {iure} <cinere>¹²⁷⁰ putaminis sui, et papaveris succo, et vino. Alibi¹²⁷¹ etiam fieri dysentericis remedium prodit singulare ovo effuso in fictili novo, eiusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, <item oleo> confusis, crebroque permixtis. Quo fuerint ea {praestantiora} <excellenteriora>, hoc praesentius remedium erit.

The egg also stops intestinal evacuations if eaten cooked in vinegar: Galen* and Simeon Sethi* testify this. Constantinus Africanus* recalls that the egg albumen or even the entire fried egg drunk with wine or vinegar, or locally applied, stops any kind of flowing. Serenus Sammonicus* attributes the same power to roasted eggshell with this verse:

The roasted eggshell will be drunk with wine.

Elsewhere Hippocrates* prescribes in case of diarrhea to use roasted chicken's meat, except seasonings. According to what Avicenna* reports, sometimes the chicken's broth is cooked with astringent remedies against dysentery, and with milk against bladder ulcers. Aetius of Amida* advises that eggs mixed with milk are helpful for dysentery patients. For they call such eggs *oogala* - eggs and milk. He still reports that some raw eggs are added to clysters of dysentery patients feeling burning, whisked in few or in abundant rose oil. Pliny* says that spitting blood patients* have to drink five yolks of raw eggs in a hemina [250 ml] of wine, dysentery patients jointly with ash of their shell and with juice of poppy* and wine. Elsewhere he also reports to realize a singular remedy for dysentery patients with an egg poured in a new earthenware pot and to take care so that all components are of the same amount of the egg, mixing honey and then vinegar as well as oil, and mixing up repeatedly. The more the components are

et in umbra siccatus pondere trium unciarum (ῥσον γ', sic habet codex noster impressus, corrupta ut apparet ponderis nota, drachmae fortassis, quae designatur alibi in Dioscoride instar maiusculi lambda iacentis, hoc modo <,) sumptus, [...].

¹²⁶⁶ *Liber medicinalis.*

¹²⁶⁷ *De diaeta* 3. (Aldrovandi)

¹²⁶⁸ *Naturalis historia* XXIX,43: Cruenta excreantibus V ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur, dysintericis cum cinere putaminis sui et papaveris suco ac vino. § Aldrovandi non si è peritato di prendere in mano il testo di Plinio, né ha analizzato la citazione fatta da Gessner, che, eccetto *iure* invece di *cinere*, corrisponde alla ricetta di Plinio. Infatti chi deve bersi un quartino di vino non sono i dissenterici, ma coloro che sputano sangue. I dissenterici bevano vino *ad libitum*. - È d'obbligo emendare alla bell'e meglio.

¹²⁶⁹ Vedi Pesi e misure*.

¹²⁷⁰ L'origine di *iure* non è pliniana. È ovviamente gessneriana: Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 448*: Quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis, cum iure putaminis sui, et papaveris [449] succo ac vino, Plin.

¹²⁷¹ *Naturalis historia* XXIX,50: Fit et dysintericis remedium singulare ovo effuso in fictile novum eiusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo confusis crebroque permixtis; quo fuerint ea excellentiora, hoc praesentius remedium erit. alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adiciunt rubentem vinumque; et alio modo temperant, olei tantum mensura pari pineique corticis II sexagensimis denarii, una eius quod rhum diximus, mellis obolis V simul decoctis, ita ut cibus alius post IIII horas sumatur.

Alii eadem mensura pro oleo, et aceto resinam adijciunt rubentem, vinumque; et alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pineique corticis duabus sexagesimis {denariorum} <denarii>¹²⁷², una eius quod rhus dicimus, mellis obolis¹²⁷³ quinque simul decoctis, ita ut cibus alius post quatuor horas sumatur. Haec ille.

Celsus¹²⁷⁴ ova dura alvum astringere scribit, magis vero si assa sunt: ita Galenus (legitur autem in nothis ei ascriptis) ova assata in cinere sine fumo, mederi ait solutioni ventris, et dysenteriae, cum sumuntur cum quibusdam astringentibus, et aqua agrestae: item, ut Avicenna addidit, asperitati (ulcerationi) intestinorum, et vesicae: quod Galenus scribit de ovis in aceto coctis, ut paulo ante diximus, maxime vero ita aegros iuveris, quod si etiam admiscueris aliquid eorum, quae dysentericis, et coeliacis prosunt, deinde super igni mediocri, et minime fumoso, qualis carbonum est, frixeris, et exhibueris aegris. Convenienter autem addetur huic remedio omphacium, et rhus, tum ruber dictus, qui obsoniis aspergitur, tum succus ipsius, et galla, et sidia¹²⁷⁵, et cinis cochlearum, quae integrae tostae fuerint: necnon vinacea, et fructus myrti, mespili, corni. His medicatiora sunt balaustia, cytini, et hypocistis.

Nicolaus Myrepsus¹²⁷⁶ dysentericam quandam potionem laudatam describit, in qua membrana ventriculi Gallinacei cum caeteris miscetur. Marcellus¹²⁷⁷ vero vestem, id est, tunicam ovi delicatam interiorem siccata conterit, vino miscet, et colat, et ex aqua dysenterico bibendam exhibet. Et Plinius¹²⁷⁸ esse ait, qui dysentericis pullos dent in ipso ovo decoctos, admixta vini austeri hemina, et pari modo olei polentaeque sed nescio num pro remedio, an pro cibo: qui certe ab hoc avium genere, si ab ullo alio, maxime in hoc affectu

excellent, the more this remedy will be helpful. Others in place of oil and vinegar put the same amount of red resin and wine; they merge them in a different way too, only a quantity of oil of the same amount and with two sixtieths of denarius [100 mg] of pine bark, a sixtieth of what we call sumac*, five obols [around 2.5 g] of honey cooked together, so that after four hours other food can be taken. Thus far Pliny.

Celsus* writes that hard eggs act as intestinal astringent, but more if they are fried: thus Galen (but this is read in spurious works attributed to him) says that eggs roasted in ash without smoke cure diarrhoea and dysentery when taken with some astringent and water of verjons*: likewise, as Avicenna added, they are helpful in case of roughness (ulceration) of bowel and bladder: Galen writes this about cooked eggs in vinegar, as we said shortly before, and you will be particularly helpful to patients in the following way, if you will also mix something of what is helpful to patients suffering from dysentery and intestinal pains, and then you will fry them upon a moderate fire and almost without smoke as that of charcoals, and you will give them to patients. But it will come in useful to add to this remedy some verjons and sumac, then called *ruber*, sprinkled on foods, then juice of the latter, and sour wine and barks of pomegranate* and ash of snails which have been roasted whole: as well as grape-stones and fruits of myrtle*, of medlar*, of cornel*. The flowers of pomegranate, its calyces and the hypocistis* are more helpful than these last ingredients.

Nicolaus Myrepsus* describes a praised potion against dysentery, in which the membrane* of chicken's gizzard is mixed with other components. On the contrary Marcellus Empiricus* minces the veil, namely, the inner and delicate tunic of the egg when it has been dried, he mixes it with wine and strains it, and gives it with water as drink to dysentery patients. And Pliny says that some people give to dysentery patients the chicks cooked in the egg itself mixing a hemina [250 ml] of dry wine and the same amount of oil and barley* polenta, but I don't know whether as remedy or food: without doubt, especially in this

¹²⁷² Vedi Pesi e misure*.

¹²⁷³ Vedi Pesi e misure*.

¹²⁷⁴ *De medicina* II,30,2: Contra astringunt panis ex siligine vel ex simila, magis si sine fermento est, magis etiam si ustus est, [...] [2] dura ova, magisque si assa sunt; [...].

¹²⁷⁵ Il sostantivo greco neutro *sidion* significa scorza di melagrana. La melagrana corrisponde al sostantivo femminile *sidi*.

¹²⁷⁶ *Nicolai Myrepsi Alexandrini Medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo*.

¹²⁷⁷ *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber*.

¹²⁷⁸ *Naturalis historia* XXIX,45: Dant et dysentericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini austeri hemina et pari modo olei polentaeque.

petitur. Alibi¹²⁷⁹ etiam ius e Gallinaceo dysentericis mederi asserit, sed veteris Gallinacei vehementius <salsum ius alvum ciet>. Verum ut iunioris Galli ius in hoc affectu conferre facile dixerim¹²⁸⁰, utpote quod astringere ex Galeno dixi, ita an veteris Gallinacei ius dysentericos iuuet, maxime addubito: et verbum vehementius ita interpretari velim, quasi hoc ius vehementius, magisque medicamentosum sit, quam ut dysentericos iuuet: non autem quasi vehementius, aut efficacius illis medeatur. Itaque Galli iunioris ius dysentericis utile dixerim, veteris inutile, salsum, insuper noxium. Quare si torminosi, vel coeliaci propter frequentes desurrectiones viribus deficient Marcellus prudenter eis Gallinae pinguis in butyro excoctae ius exhibendum esse admonet.

Laudatur item inter cibos dysentericorum ab Aetio edulium quoddam spongiosum ex ovis confectum, quod suo loco describetur. Si iam gravis dysenteria fuerit, intestinaque ulcera, et putrefactionem senserint, Avicenna clysterem ex ovi albumine cum meliloto inijci iubet. Ad dolorem ventris ab ovi testa tale medicamen ponit Serenus¹²⁸¹:

*Praeterea nivei sterilis testa uritur ovi
Quae postquam in tetram fuerit conversa farinam,
Et calidis potatur aquis, et pota medetur.*

Ileo resistit Gallinaceorum iecur assatum cum ventriculi membrana, quae abijci solet, inveterata, admixto papaveris succo. Alii recentem torrent ex vino bibendam. Secus

illness, we get the latter from this kind of birds in comparison with any other. Elsewhere he affirms that chicken's broth also cures dysentery patients, but salted broth of old rooster is laxative with more effectiveness. In truth I would have said that in this illness undoubtedly the broth of young rooster is helpful, in as much as basing myself on Galen I said that it has an astringent property, hence I am very doubtful that old rooster's broth is helpful for dysentery patients: and I would like to interpret the word *vehementius* as follows, as if this broth were the most effective and curative, rather than it is helpful for dysentery patients: for it is not curing them with a greater potency and effectiveness. And therefore I would say that the broth of young rooster is good for dysenteries, useless that of old rooster, moreover the salty one is harmful. Hence, if those who suffer from colic or intestinal pains are losing strength because of frequent getting up, Marcellus Empiricus advises to give them prudently broth of a fat hen cooked with butter.

Likewise among foods for dysentery patients by Aetius of Amida is praised a spongy food made from eggs, which will be described in due time. If the dysentery has been serious and the intestine shows ulcerations and fermentation, Avicenna prescribes to give a clyster made from egg white and melilot* - or yellow sweetclover. Serenus Sammonicus for stomach-ache suggests the following remedy made from eggshell:

*Furthermore the empty shell of a snow white egg is burnt
Which, after has turned itself into a dark dust,
Is drunk with warm water, and after has been drunk lets
recover.*

The chicken's liver roasted jointly with an aged gizzard membrane, which is usually thrown away, is efficacious against intestinal occlusion, mixing poppy juice. Others roast the fresh one, which must be

¹²⁷⁹ *Naturalis historia* XXX,57: Ius ex gallinaceis isdem medetur, sed veteris gallinacei vehementius salsum ius alvum ciet.

¹²⁸⁰ Con le dovute modifiche, Aldrovandi finge di meditare, ma in effetti si tratta di un'elucubrazione di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 393*: Ius e gallinaceo dysentericis medetur, sed veteris gallinacei vehementius { } salsum ius alvum cit, Plinius. hic quoque ut galli iunioris ius in dysenteria prodesse facile concesserim, ita an veteris quoque gallinacei ius ei conveniat, addubito: et verbum vehementius ita interpretari malim, quasi hoc ius vehementius magisque medicamentosum sit, quam ut dysentericos iuuet: non autem quasi vehementius aut efficacius illis medeatur. Itaque galli iunioris ius dysentericis utile dixerim, veteris inutile, salsum insuper noxium. § Un semplice punto ha la capacità di far incriminare un povero Plinio che, oltretutto, forse non s'era mai interessato di brodi di pollo. Il tipografo - oppure un amanuense - hanno messo un punto di troppo, un punto assente nelle attuali edizioni, e che altera il senso della frase di Plinio, come subito fa correttamente rilevare Gessner nella sua breve disquisizione clinica che avrebbe potuto essere evitata. Infatti secondo il Plinio del XX-XXI secolo - quello senza il punto fra *vehementius* e *salsum* - se il brodo di pollo fa da astringente, un brodo salato di gallo vecchio è più lassativo del solito. E il potere lassativo dobbiamo ascriverlo in primo luogo al sale! E Gessner - nonostante il punto - approda a questa interpretazione, che si basa sul potere osmotico di un qualunque cibo o bevanda salati: il sale richiama acqua nell'intestino e idrata le feci. Stavolta Plinio aveva ragione, ma cancellando il fatidico punto, che verosimilmente non fu mai suo. E Gessner era un bravo medico. E Aldrovandi imparava da Gessner.

¹²⁸¹ *Liber medicinalis*.

Aretaeus¹²⁸² {Iulio} <Iunio> Paulo Crasso Patavino interprete, videtur sentire, qui in iliaco affectu alimenta alvum ducentia exhiberi iubet, et revera, meo iudicio recte: at quod iuscula Gallinarum ille praescribit, ego minus ob iam dictas causas probaverim. Ulcera renum, et vesicae mirifice tollere tradunt ova ex aceto decocta. Alex. Trallianus ova cruda in inflammatione renum sorberi consulit: et Plinius¹²⁸³ in eorundem rosionibus prodesse ovi luteum prodidit. Idem Dioscorides de ovo sorbili. Fimum Gallinaceum album, et frictum adversus colicam in potu confidenter exhibet Aetius.

drunk with wine. Aretaeus of Cappadocia*, in the translation by Giunio Paolo Grassi* from Padua, seems to think this otherwise, since in case of intestinal occlusion he advises to give foods stimulating the bowel, and in truth according to my judgment this is correct: but since he prescribes little hen's broths, I would less go along with him because of aforesaid reasons. They report that the eggs cooked in vinegar swallow up in amazing way ulcerations of kidneys and bladder. Alexander of Tralles* suggests to drink raw eggs in case of nephritis: and Pliny handed down that egg yolk is helpful in renal colic. Dioscorides* said the same thing about sucking egg. Aetius of Amida against a renal colic trustily gives white and toasted chicken's dung as a drink.

Page 284

Clysteris ad omnem colicam apud Ornithologum [284] descriptio ex Ioanne {Goveroto} <Goevrot>¹²⁸⁴ Galliarum regis medico talis legitur: Gallus, quem vetustissimum inveneris, virgis verberatus decolletur, et in situlam aquae injiciatur: deplumati, exenteratique ventri immittantur haec medicamenta: anisi, faeniculi, cumini, polypodii, seminis cnici¹²⁸⁵, singulorum semuncia, turpeti, senae, agarici in subtili linteo ligati de singulis drachmae binae. Florum chamaemeli¹²⁸⁶ manipulus. Decoquantur usque ad ossium separationem. Huius decocti libra cum oleis de anetho, et de chamaemelo (duabus, vel tribus unciis utriusque) et duobus ovi vitellis misceatur, fiatque clyster, qui tepidus ventriculo vacuo exhibeatur.

In the treatise of the Ornithologist we can read the description of the following clyster suitable for every kind of colic, drawn from Jean Goevrot* physician of king of France - Francis I*: A rooster, the oldest you will have found, after has been beaten with sticks has to be decapitated, and place him in a bucket of water: in the belly of the plucked bird and freed from entrails put the following medicaments: a half-ounce each [around 14 g] of anise*, fennel*, cumin*, polypody*, seeds of safflower*, two drachmas each [around 7 g] of turbith*, sena*, larch agaric* - *Fomes officinalis* - wrapped up in a thin napkin. A handful of chamomile flowers. Cook them a long time up to separation of bones. Mix a pound of this decoction [around 327 g] with dill* and chamomile oil (two or three ounces [50-75 g] of both) and with two egg yolks, and made a clyster, that must be inserted lukewarm in an empty rectum.

Ius Galli veteris cum polypodio, et anetho in colico affectu, teste Avicenna, saluberrimum est. Fimus item Gallinaceus adversus eiusdem affectus cruciatus ex aceto, aut vino iuxta Dioscoridem, cum aqua calida, et molle iuxta Rasem bibitur. Medicus quidam Mysus, ut scribit

As Avicenna* testifies, the broth of old rooster with polypody and dill is very efficacious in case of colic. Likewise chicken's dung dissolved in vinegar, or in wine according to Dioscorides*, with warm water and soaked according to Razi*, is drunk against diseases of the same kind. As Galen writes, a Mysian* physician

¹²⁸² *Delle cause, dei segni e della cura delle malattie acute e croniche.*

¹²⁸³ *Naturalis historia* XXIX,43: Prodest et renibus, vesicae rosionibus exulcerationibusque. Cruenta excreantibus V ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur, dysintericis cum cinere putaminis sui et papaveris suco ac vino.

¹²⁸⁴ *Sommaire de toute médecine et chirurgie* (1530) - Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 394*: Clyster ad omnem colicam ex descriptione Io. Goevroti medici regis Galliarum. Gallus quem vetustissimum inveneris, virgis verberatus decolletur, et in situlam aquae injiciatur. deplumati exenteratique ventri immittantur haec medicamenta: Anisi, foeniculi [faeniculi], cumini, polypodii, seminis cneci [cnici], singulorum semuncia. turpeti, senae, agarici in subtili linteo ligati, de singulis drachmae binae. florum chamaemali [chamaemeli] manipulus. decoquantur usque ad ossium separationem. Huius decocti libra cum oleis de anetho et de chamaemelo [chamaemelo] (duabus vel tribus unciis utriusque) et duobus ovi vitellis misceatur, fiatque clyster, qui tepidus ventriculo vacuo exhibeatur.

¹²⁸⁵ Lo κνίκος di Dioscoride, in latino *cnicus*, dovrebbe corrispondere al cartamo, *Carthamus tinctorius*.

¹²⁸⁶ Camomilla, dal greco *chamaimèlon*, melo terrestre, mela nana, per l'affinità dell'odore con certe mele.

Galenus¹²⁸⁷, hunc fimum potandum exhibebat iis, qui diutius coli dolore fuissent vexati ex {oximellite} <oxymelite>¹²⁸⁸, vel si id non aderat, ex aceto, aut vino aqua diluto. Et rursus alibi¹²⁸⁹ ex Asclepiade. Gallinarum interanea omnia, inquit, exempta, et in vas fictile coniecta assato, ac trita reponito: usus vero tempore cochlearium unum, et dimidium, et seminis dauci Cretici tusi, et cribrati tantundem ex aquae mulsae calidae cyathis¹²⁹⁰ tribus exhibeto. Ornithologus in libro quodam manuscripto Germanico albam tantum huius fimi partem adversum eundem dolorem salubriter bibi legisse sese ait: ex vini cochleario. Gallinae tibiae cum pedibus coctae, et cum sale, oleo, acetoque comestae coli sanant dolorem: ex Constantino, et Aesculapio: at quidam pro coli hic colli legunt: ego coli legendum arbitror¹²⁹¹. Marcellus enim Empiricus¹²⁹² simile habet medicamentum pro eodem dolore. *Gallinam*, inquit, *per totum diem a cibo abstineto: dein postero die, cum eam occideris, crura eius cum sale, et oleo inassato, et ieiuno colico, qui se pridie cibo abstinerit, manducandum dato, mirifice profueris*. Idem Marcellus praesentaneum remedium colicis parat sic: Ova putidissima in Sole poni iubet ut persiccentur: cum aruerint, conteri, et minutissime percibrari, et ad praesidium in doliolo vitreo condi: cumque in aliquo auspicabitur coli dolor, in hemina aquae calidae dari bibenda cochlearia tria.

Ioannes Guinterius Andernacus¹²⁹³ clarissimus medicus potionem ex decocto Gallinae veteris, quae ad colicum dolorem, tam ex pituita quam ex flatibus contractum efficax est, praescribit,

was giving to drink this dung in vinegar and honey or if it was not available in vinegar or in wine diluted with water to those persons tormented from very long time by colon's pain. And then in another treatise drawing information from Asclepiades the Younger* he says: After all the bowels of the hens have been removed and placed in an earthenware pot they must be fried and after have been crushed lay them aside: at proper time you will use a spoon and a half of them and the same amount of Cretan* carrot seeds crushed and sieved and you will give it to drink with three *cyathi* [around 150 ml] of warm water mixed with honey. The Ornithologist says he has read in a German manuscript book that against the same kind of pain only the white part of these excrements has to be drunk to get a benefit from it: with a spoon of wine. The hen's legs cooked with feet and eaten with salt, oil and vinegar carry off colon's pain: this can be inferred from Constantinus Africanus* and Aesculapius*: but some in this point instead of *coli* are reading *colli*, of the neck: I think that it has to be read *coli*, of the colon. For Marcellus Empiricus has a similar remedy for the same pain. He says: *Let a hen to abstain from food for the whole day: then the following day, when you will have killed her, roast her legs with salt and oil, and give them to eat on empty stomach to a person suffering from colon's pain and who the day before abstained himself from food, and you will help him wonderfully*. The same Marcellus prepares an instantaneous remedy for those suffering from colon's pain as follows: He prescribes that very rotten eggs have to be placed in the sun so that they dry: when dried up it is necessary to crush and pass them through a very fine sieve and put in a small glass barrel in reserve: and when a colon's pain will start in someone, three spoons in a hemina of warm water [250 ml] have to be given to drink.

The most distinguished physician Johann Günther von Andernach* prescribes a potion gotten by a decoction of an old rooster effective for colic pain due both to cold and flatulence, whose composition is

¹²⁸⁷ *De simplicibus* liber 10. (Aldrovandi)

¹²⁸⁸ Gessner riporta vino mielato. Chi è dotato di buona volontà - o di estrema curiosità dettata dalla precisione - può benissimo controllare il testo di Galeno. Comunque, così riferisce Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 399*: Medicus quidam Mysus hoc fimum bibendum dabat iis qui diutino coli dolore fuissent vexati ex oenomelitate: vel si id non aderat, ex aceto, aut vino aqua diluto, Galenus lib. 10. de simplic.

¹²⁸⁹ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

¹²⁹⁰ Vedi Pesì e misure*.

¹²⁹¹ Appropriazione indebita. Chi *arbitratur* non è Aldrovandi, bensì Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 396*: Gallinae tibiae cum pedibus coctae, et cum sale, oleo acetoque comestae, coli (alias colli) sedant dolorem, Constantinus et Aesculapius. Ego coli legendum puto ex Marcello Empirico, cuius haec sunt verba: Gallinam per totum diem a cibo abstineto. dein postero die cum eam occideris, crura eius cum sale et oleo inassato, et ieiuno colico qui se pridie cibo abstinerit manducanda dato, mirifice profueris.

¹²⁹² *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber*.

¹²⁹³ *De medicina veteri et nova tum cognoscenda tum faciunda commentarii duo* To. 2 dial. 7 (Aldrovandi-Lind)

quae talis est: Hyssopi, calaminthae singuli manipuli, uvarum passarum purgatarum sescuncia: anisi, faeniculi, carvi, singulorum drachmae sex: seminis cnici unciae duae, polypodii quercini recentis sescuncia: trium florum cordi familiarium singuli pugilli, florum chamaemeli pugillus dimidius. Omnia Gallinacei cursu agitati, defatigatique et praeparati, uti decet, ventri imposita, ex aquae sextariis quinque ad ternas decoquito. In fine dum adhuc fervent adjicito foliorum senae purgatorum uncias duas, et dimidiam, agarici recenter in pastillos redacti drachmas decem, sinito per noctem macerari, deinde ius colo trajiciatur, serveturque usui. Cum necessitas postulat, quatuor uncias sumito additoque syrupi violacei unciam, ac potui exhibeto. Si parum proficere medicina videbitur, quod aeger forte alvum habeat difficilem, electuarii diaphoenicon¹²⁹⁴, aut benedictae¹²⁹⁵ sesquidrachmae, aut duarum drachmarum instar adjicito.

Haec potio ad morbos tum ex atra bile, tum ex pituita ortos plurimum valet. Verum praecipuus eius usus est ad colicos dolores partim ex flatuosa materia, partim ex pituita creatos. Sed in huiusmodi potionibus observandum esse admonet, quod quanquam {agaricus} <agaricum> hisce addi soleat, tamen consultius in doloribus intestinorum omitti: primum quod clysteribus iniectum essentiae suae levitate adhaerens, interanea pungat, stimulet, defluxionemque ad ipsa provocet, ac frequentissimam desidendi cupiditatem pariat: deinde, quod vim humoris a longinquis partibus attrahendi obtineat. Chamaemelum autem recte hisce decoctis imponi asserit quanquam alias medici hoc in illis uti non soleant. Constare autem ipsa experientia huius solius decoctum omnibus internis doloribus praesertim colicis, et nephriticis praesentissimum esse remedium, ut permulti magno salutis suae commodo comprobarunt. Aqua stilliticia chamaemeli idem fere praestat, sed decoctum efficacius. Sin autem delicatiores hoc propter amarorem assumere

as follows: One handful each of hyssop* and calaminthe*, one ounce and a half [around 40 g] of choice raisin: six drachms each [around 20 g] of anise, fennel and caraway seeds* - *Carum carvi*: two ounces [around 55 g] of safflower* seeds, one ounce and a half of fresh oak polypody*: one handful each of three favorite flowers, half a handful of camomile flowers. Cook in water a long time all these things placed in the belly of a rooster raced and tired, and properly prepared, beginning from five sextarii [2.5 l] until you have three of them [1.5 l]. At the end, when they are still boiling, add two ounces and a half [around 65 g] of choice leaves of sena*, ten drachms [around 35 g] of larch agaric - *Fomes officinalis* - just reduced in tablets, let soak for the whole night, then strain the stock through a filter and preserve it for use. When you need it, take four ounces of it [around 100 g] and add one ounce of violet syrup and give it to drink. If it seems that the remedy is of scarce help, since perhaps the patient has an unmanageable bowel, add a drachma and a half or approximately two drachms of a dates or blessed thistle* based electuary*.

This potion is very efficacious against diseases arisen both from black bile* and cold. In truth its specific use is against colic pains produced partly by substances giving flatulence, partly by cold. But he advises that in such potions it is necessary to take care that, although usually larch agaric is added to them, nevertheless it is more prudent that it is omitted in intestinal pains: firstly because after it has been given with clysters, since it sticks for lightness of its structure, irritates the bowel, stimulates it, and provokes in it a diarrhetic situation and causes an unrestrained desire to stool: besides, since it has the power of attracting liquids from the most remote districts. And he affirms that rightly chamomile is added to these decoctions even if on the other hand physicians are not accustomed to use it in these preparations. But according to the experience it follows that a decoction of chamomile alone is a very suitable remedy for all inner pains, above all if colic and nephritic, as many people experienced through the big advantage for their health. The chamomile water poured drop by drop provides almost the same result, but the decoction is more effective. But if

¹²⁹⁴ Diaphoenicon: [...] of the Greek word Phoenix, which signifies also a Palme-tree. Which is a fallacy of equivocation, from a community in name inferring a common nature; and whereby we may as firmly conclude, that Diaphoenicon, a purging Electuary hath some part of the Phoenix for its ingredient; which receiveth that name from Dates, or the fruit of the Palme-tree, from whence as Pliny delivers, the Phoenix had its name [NH XIII,42]. (Sir Thomas Browne (1646; 6th ed., 1672), *Pseudodoxia Epidemica* III:xii)

¹²⁹⁵ Il cardo benedetto - *blessed thistle* in inglese - ha ricevuto nomi scientifici diversi, tra i quali è poi prevalso quello di *Cnicus benedictus* datogli da Linneo. Tali nomi erano: *Calcitrapa lanuginosa Lam.* / *Carbenia benedicta Benth et Hook* / *Carduus benedictus* / *Centaurea benedicta L.*

recusent, {zaccharo} <saccharo> gratius reddere poterunt.

Rursus aliam ex Gallinacei iure potionem ad colicos pariter dolores praestantissimam hanc praescribit. Gallinaceum veterem quatuor nimirum annorum cursu defatigatum interficito, exinanitoque et repleto salis fossitii drachmis tribus, seminis cnici, polypodii quercini recentis, et contusi, hyssopi, singulorum uncia, seminis dauci, anethi, am<m>eos¹²⁹⁶, singulorum semuncia, turpet<h>i drachmis tribus. Deinde resarto ventre in duodecim aquae libris ad dimidias coquito: iuris decocti uncias quatuor, aut sex potui exhibeto: nonnunquam etiam libram ab inferioribus¹²⁹⁷ per clysterem infundito. Kiranides contra eosdem, et nephriticos cruciatus ova Gallinarum imparia ex urina asini elixata, et esa mirifice laudat: et pelliculam alias interiorem de ventriculo Galli [285] in vino mixtam siccata, ac tritam cum sale potam cum vino, vel condito {niphrium} <nephriticos>¹²⁹⁸ sanare perfecte pollicetur.

those who are more finicky refuse to drink the decoction because of its bitterness, they can make it more pleasant with sugar.

Then he prescribes another potion from rooster's broth as equally very efficacious against colic pains. Kill a rooster unquestionably four years old exhausted by racing and then empty him, and fill him with three drachms [around 10 g] of salt extracted from earth - rock salt, one ounce each [around 28 g] of safflower seed, of fresh and crushed oak polypody, and of hyssop, a half-ounce each [around 14 g] of carrot seeds, of dill and *Ammi majus** - bishop's weed or bullwort, three drachms [around 10 g] of turbith. Then after the belly has been closed cook him in twelve pounds of water [around 4 l] reducing this to half: give to drink four or six ounces [around 100-150 g] of broth long-cooked: sometimes also give a pound of it [around 325 g] through the anus with a clyster. Kiranides* against the same and nephritic pains praises in extraordinary way hen eggs in odd number cooked in donkey urine and then eaten: and on the other hand he assures that the inner membrane* of rooster gizzard mixed with wine, dried and crushed with salt, drunk with wine or with pepper and honey aromatized wine cures perfectly nephritic patients.

Page 285

Calculos terit, teste Avicenna, cinis putaminum ovorum a quibus exclusi sunt pulli. Constantinus membranam interiorem nimirum ventriculi cum vino potam non frangere solum lapides scribit sed per urinam etiam eijcere. Nam nonnulli etiam, ut refert Alexander Benedictus inter calculi remedia eam membranam celebrant. Sed et ante Plinii tempora hac facultate pollere credebatur, ut diserte ipse testatur, inquires¹²⁹⁹. *Membrana<m> e ventriculo Gallinacei aridam, vel, si recens sit, tostam utiliter contra calculos bibi traditur.* Fieri quidem potest, ut aliqui huic membranae vim calculos dissolvendi inesse sibi persuaserint ex eo quod Gallinae etiam lapillos concoquere vulgo credantur, ut Dioscorides¹³⁰⁰ etiam

As Avicenna* testifies, ash of eggshells from which chicks are hatched is breaking the stones into fragments. Constantinus Africanus* writes that the inner membrane*, of gizzard of course, drunk with wine not only breaks up the stones but also causes them to pass out by urination. For, as Alessandro Benedetti* reports, some praise also such a membrane among the remedies for stones. But even before the times of Pliny* it was believed to excel for this property, as he clearly testifies in saying: *They hand down that the dried membrane of a chicken's gizzard is successfully drunk against stones, or roasted if fresh.* In truth it can be that some people have come to believe that in this membrane is laying the property of dissolving stones since by common people the hens are thought

¹²⁹⁶ Il sostantivo greco neutro *ámmi*, che al genitivo fa *ámmios* e *ámmeos*, in Galeno e in Dioscoride viene identificato con la pianta *ammi copticum*.

¹²⁹⁷ Un clistere viene abitualmente somministrato per via anale, salvo che ai tempi di Günther von Andernach (1505-1574) fosse già in uso la lavanda gastrica, il che giustificherebbe la precisazione *ab inferioribus*.

¹²⁹⁸ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: De ventriculo galli interior pellicula in vino missa et siccata ac trita cum sale, posita (pota) cum vino vel condito, nephriticos perfecte sanat, Kiranides.

¹²⁹⁹ *Naturalis historia* XXX,67: [...] item membranam e ventriculo gallinacei aridam vel, si recens sit, tostam, fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae, [...].

¹³⁰⁰ Salvo leggere tutto quanto il testo di Dioscoride nelle svariate edizioni, nonostante un accanimento e una perseveranza da certosino mi è risultato impossibile localizzare questa affermazione di Dioscoride riferita da Aldrovandi e che suona più ampia in Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 383*: Gallinae calida natura praeditae sunt. nam et venena conficiunt, et

credidit. Ego quia experientiam huius effectus hactenus nullam audivi, nec rationem aliquam, qua id effici possit video, {assertionem} <assensionem>¹³⁰¹ meam adhuc cohibeo. Alex. Benedictus inter calculorum remedia a recentioribus autoribus ovorum testas celebrari scribit: et Plinius¹³⁰² ex aliorum relatu calculos ovi candido pelli prodidit. Qui in vesicae dolore semunciam amyli cum ovo, et passi{s} tribus ovis (ea nimirum passi mensura, quantam tres ovorum testae caperent) suffervefacta<m> a balneo probat. Sed Dioscorides in vesicae rosionibus ovum {acrochilaron} <acrochliaron>¹³⁰³, hoc est, leviter calefactum, sorptumque prodesse tradidit, et renum exulcerationibus, tanquam privatim de albumine: videtur tamen de toto ovo sorbili recte eadem vis praedicari posse.

Sunt qui guttur Gallinae combustum ieiuno in tepida <aqua> potum incontinentiae urinae mederi affirmant. Galenus¹³⁰⁴ vero ad sistendam {exuperantiam} <exuberantiam> mictionis¹³⁰⁵ hoc recenset remedium. Accipe pelliculas, quae sunt in ventre Gallinarum, ex quibus in Sole siccatis drachmam miscebis cum thure masculo, glande sicca, balaustiis, galla ana 3 iii. Trita omnia melle rosato excipies, et ex frigida propinabis ieiuno. Et rursum¹³⁰⁶ ad involuntarium mictum in stratis: Galli guttur ustum lingulae mensura ieiuno ex aqua

able in digesting even pebbles, as Dioscorides* also believed. Because until now I have not heard of any experience about this power nor I can see any reason why this can take place, for the moment I put the brakes on my agreement. Alessandro Benedetti writes that by more recent authors the eggshells are praised among remedies for stones: and Pliny, basing himself on what by others has been reported, handed down that stones are expelled by egg white. The latter praises a half-ounce [around 14 g] of starch* with one egg and three eggs of raisin wine (obviously that amount of raisin wine which three eggshells could contain) nearly boiled in a bain-marie*. But Dioscorides handed down that in case of bladder's burning and of harsh kidneys' pains an egg *acrochliaron* is helpful, that is cooled, and sucked, as if it were specifically the albumen: nevertheless it seems that after due consideration the same effectiveness can be praised about the whole sucking egg.

Some are affirming that burned hen's crop drunk on empty stomach in lukewarm water recovers from urine incontinence. In truth to stop excessive urination Galen reports this remedy. Take the membranes of hens' gizzard and after you dried them in the sun mix a drachma [3.41 g] of them with three drachms each of better incense*, dry acorn, pomegranate* flowers and gallnut*. After all these ingredients have been crushed you will put them in rosy honey and give them on empty stomach in cold water. And moreover against involuntary bed wetting: give in water on empty stomach a spoon of burned

aridissima quaeque semina consumunt. et nonnunquam arenas lapillosque ingluvie sua devoratos dissolvunt, Dioscor. § Dioscoride può benissimo aver affermato tutto ciò, oppure si tratta di un'erronea citazione di Gessner ripresa pedissequamente da Aldrovandi.

¹³⁰¹ L'assenso a quanto affermato da alcuni viene negato non da Aldrovandi, ma da Gessner. Il tipografo può aver scambiato *assensionem* con *assertionem*, ma è più verosimile che Aldrovandi anche in questo caso abbia voluto appropriarsi di una considerazione clinica di Gessner senza citarne la fonte. Infatti qui l'Ornitologo non compare proprio. Eppure, vedi caso, ritroviamo lo stesso testo - eccetto *assertionem* sostituito con *assensionem* - in Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Celebrant quidam inter calculi remedia gallinae ventris interiorem membranam, Alex. Benedictus. Fieri quidem potest ut aliqui huic membranae vim calculos dissolvendi inesse sibi persuaserint, ex eo quod gallinae etiam lapillos concoquere vulgo credantur, ut Dioscorides etiam credidit. Ego quoniam experientiam huius effectus hactenus nullam audivi, nec rationem aliquam qua id effici possit video, assensionem meam adhuc cohibeo.

¹³⁰² *Naturalis historia* XXIX,41: Aiunt et vulnera candido glutinari calculosque pelli. - XXII,137: Amylon hebetat oculos, et gulae inutile, contra quam creditur. Item alvum sistit, epiphoras oculorum inhibet et ulcera sanat, item pusulas et fluctiones sanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ovo iis, qui sanguinem reiecerint, in vesicae vero dolore semuncia amyli cum ovo et passi tribus ovis subfervefacta a balneo. Quin et avenacea farina decocta in aceto naevos tollit.

¹³⁰³ L'aggettivo greco *akrochliaros* significa caldo alla superficie, in Dioscoride significa tiepido, come dimostra la traduzione di Jean Ruel* del *De materia medica* (1549) II,55 CANDIDUM OVI: summe tepidum prodest vesicae rosionibus [...]. - Stando alla suddivisione in capitoli dell'edizione di Jean Ruel si tratta in effetti dell'azione dell'albumine. Invece Pierandrea Mattioli*, pur adottando la traduzione di Ruel, congloba nel capitolo II,44 OVUM i capitoli di Ruel 54 OVI NATURA e 55 CANDIDUM OVI. Pertanto dal dipanarsi del testo di Dioscoride riferito da Mattioli potrebbe essere aleatorio riuscire a individuare quanto appartiene all'effetto dell'uovo nella sua totalità oppure al solo albumine, ma solo se la lettura è assai frettolosa. Questa nota è presente anche a proposito di *akrochliaros* di pagina 279* e 280*.

¹³⁰⁴ *Euporiston* 2.133. (Aldrovandi)

¹³⁰⁵ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Ad sistendam exuberantiam mi<n>ctionis:[...].

¹³⁰⁶ *Euporiston* 2.78. (Aldrovandi)

propinato. Et rursus¹³⁰⁷: Gallinae gulam pariter cum gutture ure, et tere diligentissime, ac ex vino vetere propina. Idem remedium Rasis e crista Gallinae¹³⁰⁸ promittit, inquit: *Cristam Gallinae aridam da in cibo ei, qui mingit in lecto, nescienti, curabitur.*

Galenus¹³⁰⁹ rursus ad involuntarium urinae exitum in stratis, Galli testem unum edendum apponi iubet. Quod si vere lotium cum ardore exeat, eiusmodi ardores ova ex aceto decocta mirifice sanant. Sin urina elicienda est, ex ovo recente interiora nempe album, et vitellum effundas, et testam digitis in calicem vinum continentem confriato, et mox pariter ebibito, urina statim sequetur. Ornithologus¹³¹⁰ ex quodam obscuro. Sunt qui ad hoc remedium testa ovi, ex quo pullus exclusus sit utantur. Suidas¹³¹¹ adversus dysuriam eiusmodi carmen recitat{;}<:>

Gallus bibit, et non mingit, myxus¹³¹² <non> bibit, et mingit.

Sed huiusmodi cantilenae credere, quod nimirum contra eiusmodi malum valeat, superstitiosum est. Quare in eodem affectu Nicolaum Florentinum sequere, qui mirifice commendat corticem ovi, e quo pullus exclusus est, cuius a pellicula sua repurgati drachmam propinat. Quod remedium summum esse Gattinaria¹³¹³ proprio experimento refert: siquidem cum nobili cuidam faeminae id exhibuisset, duodecim vitrea (vasa) urina plena reiecisisset. Alii simpliciter testam ovi e vino propinant. Eisdem cortices, a quibus pullus exierit, et eodem pondere Leonellus cum aqua saxifragae bibi consulit ad provocandam urinam. Idem remedium bestiis

rooster crop. And again: burn the throat jointly with the crop of a hen, and mince very carefully, and give with old wine. Razi* assures the same remedy with a hen's comb saying: *Give as food to a without knowing bed-wetter the dried comb of a hen, and he will recover.*

Newly Galen against involuntary bed wetting prescribes to give a rooster's testicle to be eaten. But if urine comes out giving burning, overcooked eggs in vinegar cure such burning in an extraordinary way. If on the contrary it is necessary to provoke that urine comes forth, pour out the content of a fresh egg, that is, white and yolk, and with fingers crumble the shell in a goblet containing wine and gulp down at once, and instantly the urine will gush out. The Ornithologist says this by drawing the information from an unknown author. <And he adds>: There are some that to make this remedy use the shell of an egg from which a chick hatched. The lexicon Suidas* reports the following magic formula against the retention of urine:

The rooster drinks and doesn't urinate, the lamprey - that is, the penis of the donkey - doesn't drink and urinates.*

But it is superstitious to believe such a litany as effective against that illness. Hence in the same illness you have to follow Nicolaus Florentinus - alias Niccolò Falcucci*, who exceedingly recommends the shell of an egg from which a chick hatched, and he gives one drachma [3.41 g] of it after has been cleaned from membranes. According to his own experiment Marco Gattinara* reports that such a remedy is the maximum one: since he affirms that having given it to a noble lady, she sent out twelve glass containers (pots) brimful of urine. Others simply give eggshell with wine. Leonello Vittori* thinks that these eggshells from which the chick came out and the same weight are to be drunk with saxifrage's* water

¹³⁰⁷ *Euporiston* 3.238. (Aldrovandi)

¹³⁰⁸ Lo so che in questo caso, in cui non necessitano ormoni, la differenza tra la cresta di un gallo e quella di una gallina non dovrebbe essere causa di insuccesso terapeutico, ma ciascuno di noi, quando è malato, va alla ricerca del meglio. È necessario recuperare il testo originale di Razi. Infatti ne vengono date due versioni. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 396*: Gallinae cristam aridam da in cibo ei qui mingit in lecto nescienti: curabitur, Rasis. - pag. 398*: Idem remedium Rasis e crista galli promittit.

¹³⁰⁹ *Euporiston* 3.257. (Aldrovandi)

¹³¹⁰ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 449*: Ad eliciendam urinam: Ex ovo recente interiora (album et vitellum) effundas: et testam digitis in calicem vinum continentem confriato: et mox pariter ebibito, urina statim sequetur, Obscurus. Sunt qui ad hoc remedium testa ovi ex quo pullus exclusus sit, utantur.

¹³¹¹ Il lessico Suida ha **μύξος**, che nei nostri lessici corrisponde a un pesce: la lampreda. Lo stoppino in greco veniva detto **μύξα** da cui derivano il latino *myxa* e *myxus*, che significano ambedue stoppino. Aldrovandi si è sforzato di tradurre in latino l'incantesimo contro la ritenzione urinaria dell'asino, ma ha dimenticato il *non*. Senza le correzioni apportate al testo di Gessner, il lessico Suida recita lo stesso incantesimo come riferito da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 407*: Ἀλέκτωρ πίνει καὶ οὐκ οὐρεῖ, {μύξος} <μύξος> (forte μυοξὸς) οὐ πίνει καὶ οὐρεῖ, incantatio in dysuriam asini apud Suidam.

¹³¹² Il problema esegetico è molto complesso, per cui si veda il lessico alla voce *myxos**.

¹³¹³ *De curis aegritudinum particularium noni almansoris practica uberrima* (1504, postumo).

etiam, et pecoribus prodesse reperio. Ornithologus autem in Germanico quodam codice manuscripto invenit ventriculi Gallinaceorum membranam¹³¹⁴ utiliter bibi contra stranguriam.

Si ramex in scrotum descenderit, sunt qui locum cinere e testis ovorum f{a}eliciter illini velint, mixto cum vino. Sic enim intestina in locum suum redire: ex quodam obscuro¹³¹⁵. Anum (habet autem extalem¹³¹⁶) nimis prominentem reprimit vitellus Gallinaceus, teste Marcello, si <coctus> integer ab ipso aegro illic calidus <assidue> contineatur. Et Plinius¹³¹⁷ ad cohibendas alvos lutea ovorum per se in aceto cocta, donec indurescant, iterumque cum trito pipere torreri tradit.

Et quamvis Avicenna inter caetera ova praecipue Passerum venerem promovere dicat, Rasis tamen alique Gallinae, et Perdicum ova semen augere aiunt, et ad coitum homines stimulare. Gallinacei dexter testis, ut Plinius¹³¹⁸ autor est, arietina pelle adalligatus, venerem concitat. Et alibi, *Magi*, inquit, *tradunt inhiberi venerem pugnatoris Galli testiculis Anserino adipe illitis, adalligatisque pelle arietina. Item cuiuscunque Gallinacei si cum sanguine Gallinacei lecto subjiciantur.* Sed hic locus utpote superiori, ac ipsi vero contrarius ex Sexto ita corriges. *Galli testiculi cum adipe Anserino in arietis pelle brachio suspensi concubitus excitant: suppositi lecto cum ipsius sanguine efficiunt ne concumba<n>t, qui iacent.* At et postremum illud, nempe quod sanguis Gallinaceus concubitus inhibeat, ut Plinius, et Sextus volunt, vel proprietati cuidam occultae ascribendum est, vel alioquin negandum.

for provoking the urine to come out. I find written that the same remedy is also useful for animals and livestock. But the Ornithologist in a German manuscript codex has found that the membrane of chicken's gizzard is successfully drunk against strangury - to urinate drop by drop.

If a hernia went down in the scrotum, some are thinking that the area is successfully smeared with ash from eggshells mixed with wine. For in this way the bowel goes back to its place: the information comes from an unknown author. As Marcellus Empiricus* testifies the hen's egg yolk makes a too much prominent anus to retrogress (but he says rectum bowel) if, cooked intact, it is tenaciously held there warm by the patient himself. And Pliny to hold back the diarrhoea reports that egg yolks are useful if cooked in vinegar alone until they became hard and then to toast them with crushed pepper.

And although Avicenna among other things is saying that sparrows' eggs chiefly stir up the libido, however Razi and others say that hen's and partridges'* eggs increase the semen's amount and excite human beings to coition. The right testicle of a rooster, as Pliny reports, bound up with the skin of a ram stirs up the libido. And in the following paragraph he says: *The magi report that sexuality is inhibited by testicles of a fighting rooster smeared with goose fat and bound up with ram skin. The same is happening with those of whatever rooster if they are placed under the bed with the rooster's blood.* But since this passage clashes with the previous one, you have to correct it according to Sextus Placitus Papyriensis* as follows: *Rooster testicles hung to an arm in a ram skin with goose fat stir up copulation: placed under the bed jointly with their blood they cause those are lying there to don't fuck.* But also that last thing, that is, that rooster's blood inhibits coition, as Pliny and Sextus are thinking, has to be ascribed either to some hidden power, or must be

¹³¹⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: In Germanico quodam codice manuscripto invenio hasce membranas tritas utiliter bibi contra stranguriam. § Le membrane citate poco prima da Gessner sono *gallinae gula cum gutture* che sono diverse dalla *membrana ventriculi gallinaceorum* riferita da Aldrovandi. La disquisizione è puramente accademica, non certo farmacologica.

¹³¹⁵ Stavolta la citazione è corretta. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 450*: Si ramex in scrotum descenderit, utiliter illinitur cinere de testis ovorum mixto cum vino. sic enim intestina in locum suum redeunt, Obscurus.

¹³¹⁶ Marcello Empirico ha perfettamente ragione di chiamarlo *extalis* - intestino retto - in quanto nel prolasso anale ciò che fuoriesce è la porzione terminale del retto. L'ano infatti è solo un orifizio. Aldrovandi deve essersi lasciato trarre in errore da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 447*: Extalem (id est anum) nimis prominentem reprimit gallinaceus vitellus si coctus integer ab ipso aegro illic calidus assidue contineatur, Marcellus. Ma Aldrovandi ha dimenticato *assidue*.

¹³¹⁷ *Naturalis historia* XXIX,49: Et per se lutea ex iis decocuntur in aceto, donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos.

¹³¹⁸ *Naturalis historia* XXX,141: In urina virili enecata lacerta venerem eius, qui fecerit, inhibet; nam inter amatoria esse Magi dicunt. Inhibent et cocleae, fimum columbinum cum oleo et vino potum. Pulmonis vulturini dextrae partes venerem concitant viris adalligatae gruis pelle, item si lutea ex ovis quinque columbarum admixta adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur, passeris in cibo vel ova eorum, gallinacei dexter testis arietina pelle adalligatus. - XXX,142: Ibium cinere cum adipe anseris et irino perunctis sic conceptos partus contineri, contra inhiberi venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe inlitis adalligatisque pelle arietina tradunt, item cuiuscunque galli, si cum sanguine gallinacei lecto subjiciantur. Cogunt concipere invitas saetae ex cauda mulae, si iunctis evellantur, inter se conligatae in coitu.

Nam si testiculos Veneris stimulos addere verum est, quid [286] ni et sanguinem praestare illud statuendum est, quando ex eo semen in testibus generari debet? Plinius¹³¹⁹ tantam ad generationem promovendam vim hisce testibus tribuit, ut mulierem si a conceptu subinde eos edat, marem parituram existimet. Et Aetius, qui in hac pal<a>estra minus strenui sunt, inter caetera Gallinaceos testiculos esitare praecipit. Inter recentiores Alex. Benedictus Gallinaceum pinguem verno tempore, dempta cute, et inter{r}aneis, sale farctum in umbra suspensum donec arefiat, mox exossatum, atque una cum sale contritum, et in vitrea hamula ad usum conservatum, si obolis¹³²⁰ duobus bibatur, mire veneris certamina promovere memorat.

Quemadmodum vero quod libidinem augeant testiculi Gallinacei, atque ipsa ova Gallinarum, ita haec testiculorum humanorum vitia etiam sanant: quod Plinius¹³²¹ quoque his verbis memoriae prodidit: *Infunduntur, inquit, ova, ad virilitatis vitia singula cum ternis passis cyathis*¹³²², *amylique semuncia*. Galenus¹³²³ pariter ad dolorem, et inflammationem penis, cuminum, et ovorum putamina bene decoqui iubet, ac foveri, indeque effectum mirabilem promittit. Recentiorum nonnulli ad geniturae profluvium corticis ovi cinerem laudant¹³²⁴. Sistunt non alvum tantum, sed et menses faeminarum ova in aceto macerata, ut emmolliatur putamen, et in patinis tosta, aut, si maior sit impetus, cruda cum farina ex aqua hausta: ex Plinio¹³²⁵. At Sextus ad idem malum Gallinae ovum totum (cum testa nimirum) comburi vult, et conteri, et in vino mixtum illini. Kiranides vero, crudum si sorbeatur, eiusmodi fluxum sistere scripsit. Quod si alba profluvia fuerint, cineris corticis ovi, cineris cornu<s> cervi, farinae succini, seminis anethi singulorum drachmas duas misce,

For if it is true that testicles are increasing sexual lust, why we have not to affirm that also blood is doing this since in testicles the semen has to arise from it? Pliny* attributed so a great value to these testicles in promoting generative aptitude that if a woman eats them immediately after conception she will give birth to a male. Also Aetius of Amida* among other things is bidding those who are less strapping in this kind of athletic activity to often eat rooster testicles. Among most recent authors Alessandro Benedetti* reminds that in spring a fat rooster fosters in marvelous way sexual skirmishes if drunk in dose of two obols [around 1 g] after skin and entrails have been removed and has been crammed with salt and kept hung up in the shade until dried, then boned and crushed with salt and preserved in a glass vase ready for use.

But, as rooster testicles as well as hen eggs are increasing the lust, likewise the eggs are also curing the diseases of human testicles: also Pliny handed down this by these words: *Eggs are given one at a time against virility disorders along with three cyathi [around 150 ml] of raisin wine and a half-ounce [around 14 g] of starch**. Similarly Galen* against pain and inflammation of penis prescribes to overcook cumin* and eggshells, and to pack, and from this he promises a marvelous effect. Some most recent authors to increase the flow of seminal liquid praise the ash of eggshell. Eggs soaked in vinegar until have softened, and roasted in frying pan, are not only holding up the bowel but also menstruation, or else, if the entity - of the flow - is greater, drunk raw with flour in water: Pliny says this. But Sextus Placitus Papyriensis* against the same affection thinks that the whole hen egg (that is, with shell) has to be burned and grinded up and smeared mixed with wine. But Kiranides* wrote that if it is drunk raw it stops such a flow. But if the flows were white, mix two drachms each [around 7 g] of eggshell ash, of deer horn ash, of yellow amber* dust, of dill* seeds, sieve, make a dust from it, use it with water.

¹³¹⁹ *Naturalis historia* XXX,123: Gallinaceorum testes si subinde a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur.

¹³²⁰ Vedi Pesi e misure*.

¹³²¹ *Naturalis historia* XXIX,47: Infunduntur et virilitatis vitiis singula cum ternis cyathis passis amylique semuncia a balneis; adversus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio inlinuntur.

¹³²² Vedi Pesi e misure*.

¹³²³ *Euporiston* 3.279. (Aldrovandi)

¹³²⁴ La fonte è Alessandro Benedetti*. - Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 450*: Recentiores ad geniturae profluvium corticis ovi cinerem laudant, Alex. Benedictus.

¹³²⁵ *Naturalis historia* XXIX,49: Quidam ita resoluta in patinis torrere utilius putant, quo genere non alvos tantum, sed et menses feminarum sistunt, aut, si maior sit impetus, cruda cum farina et aqua hauriuntur.

cribra, fiat pulvis, utatur cum aqua. Cinis testarum ovi, Plinio¹³²⁶ asserente, cum myrrha illitus menses mulieris sistit. Idem praestant, eodem authore, lutea ovorum cocta, et ex vino pota. Si quae mulier menses ordinato tempore non habuerit, tria ova recentia ad duritiem cocta, putamine separato, et minutatim concisa lateri ignito infundat, et vaporem (quod per canalem, aut infundibulum fieri poterit,) utero concipiat: sic fiet, ut paulatim hoc vitium emendetur: Ornithologus¹³²⁷ ex libro Germanico manuscripto. Videtur autem, inquit, hoc remedium non provocandis mensibus, sed coercendis illis, qui intempestive fluunt, destinatum esse.

Si ab inflationibus tentetur vulva, cruda ovorum lutea cum oleo ac vino illita Plinius¹³²⁸ curare ait. Hippocrates nitro cum resina cocto, et in glandem efformato, adipe Gallinaceo tincto, ac uteri collo imposito foetum mortuum educit. Et Kiranides cor Gallinae adhuc palpitantis coxae alligatum, partum optime accelerare refert: sed Plinio¹³²⁹ potius adhaeserim, partum adiuvari dicenti tota ova cum ruta, et anetho, et cumino pota ex vino. Nicolaus Myrepsus¹³³⁰ ad secundas mulieris morantes hoc remedium praescribit: Sapae cyathos duos, ovum crudum unum, et aquae calidae quod satis est, simul mixta bibenda praebeto. Et si sequitur quidem, inquit, confestim ipsam subvertet, atque ea vomente statim {secunda eijcietur} <secundae eicientur>. Si vero non excideri<n>t, foenugraecum cum aqua coquito ad tertias, praebeto bibendum. Est enim probatum.¹³³¹ Si mulieri matrix prociderit, sunt qui eam ablui cum aqua suadeant, et linteo abstergi, et ungi unguento, quod Martiatum appellant, et postremo inspergi testas ovorum tritas, e quibus pulli exclusi fuerint¹³³².

According to what Pliny affirms, eggshells ash sprinkled jointly with myrrh* stops menstruation. Even according to him the same result is attained by hard-boiled egg yolks drunk with wine. If a woman did not menstruate at proper time she has to place on a scorching brick three fresh eggs hard-boiled, without shell, and lightly minced, and she must let the vapor enter up to uterus (and this can be achieved with a pipe or a funnel): so it will happen that little by little this trouble will work out: the Ornithologist reports this drawing it from a German manuscript book. And he adds: but it seems that this remedy is suitable not to provoke menstruation but to halt those coming in advance.

If the vulva is struck by swellings, Pliny says that raw egg yolks with oil and wine locally spread lead to recovery. Hippocrates* brings forth a dead fetus with saltpeter cooked with resin and acorn shaped, dipped in chicken's fat and applied to the uterus neck. And Kiranides reports that the heart of a still jolting hen laced to the thigh quickens in a marvelous way the childbirth: but I would rather agree with Pliny, when he says that eggs drunk whole with wine jointly with rue*, dill and cumin make easy the childbirth. Nicolaus Myrepsus* prescribes this remedy against the delay of woman's placenta expulsion: Give to drink two *cyathi* [around 100 ml] of cooked must, a raw egg and enough warm water mixed together. And he adds: and if she follows the prescription, immediately it will put her upside-down, and while she is vomiting the placenta will be expelled at once. But if this won't go out, cook fenugreek* with water up to reduce it to a third and give to drink. For it is proven. If a uterine prolapse took place in a woman, some are suggesting to wash it with water and to cleanse it with linen*, and to rub it with a perfumed unguent they call *Martiatum*, and finally to sprinkle it

¹³²⁶ *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto laborum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburri sine membrana oportet. sic fit et dentifricium. Idem cinis et mulierum menses cum murra inlitus sistit. Firmitas putaminum tanta est, ut recta nec vi nec pondere ullo frangantur nec nisi paulum inflex rotunditate.

¹³²⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 444*.

¹³²⁸ *Naturalis historia* XXIX,44: Sistunt et menses mulierum cocta et e vino pota, inflationes quoque vulvae cruda cum oleo ac vino inlita.

¹³²⁹ *Naturalis historia* XXIX,47: Tota ova adiuvant partum cum ruta et anetho et cumino pota e vino.

¹³³⁰ *Nicolai Myrepsi Alexandrini Medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo*.

¹³³¹ Il *download* da Gessner è evidente dalla sintassi e dai vocaboli usati. Salvo si tratti di un costrutto di Nicolaus Myrepsus, il quale però scriveva in greco, il cui trattato fu tradotto in latino da Leonhart Fuchs*: *Nicolai Myrepsi Alexandrini Medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo*. § Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 443*: Ad secundas mulieris morantes: Sapae cyathos duos, ovum crudum unum, et aquae calidae quod satis est, simul mixta bibenda praebeto. Et si sequitur quidem, confestim ipsam subvertet, eaque vomente statim {secunda eijcietur} <secundae eicientur>. Si vero non excideri<n>t, foenugraecum [foenumgraecum] cum aqua coquito ad tertias. praebeto bibendum. est enim probatum, Nic. Myrepsus.

¹³³² La fonte è un autore *obscurus*, come precisa Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 450*: Et ungt unguento quod Martiatum appellant, et postremo inspergat testas ovorum tritas e quibus pulli exclusi fuerint, Obscurus.

Atque isti omnes hactenus corporis affectus interni curam suam Gallinaceo generi acceptam referunt. Iam dicendum est de externis, qui hinc pariter sua habent remedia. Ad ignem itaque sacrum Plinius¹³³³ candido ovorum {trito} <trium> cum {amilo} <amylo> quosdam ait uti: et alibi¹³³⁴, ova cum oleo trita ignes sacros¹³³⁵ lenire, betae foliis superinligatis asserit, quod Serenus¹³³⁶ ex eo repetiit, dum canit:

Ovaeque cum betis prosunt saepe illita tritis.

Rasis crustam ignis Persici rumpi a stercore Gallinae testatur, si ex eo cataplasma fiat cum melle, et illinatur.

Ubi fervor fuerit, inquit Sextus, corpus ovo crudo illines, et desuper folium betae impones, et miraberis sanitatem. Galenus ambustis ovum crudum mox imponit, sive totum una cum vitello agitatam, sive albumen tantum. Refrigerat enim moderate, et sine morsu siccatur. Quin im<m>o Plinius¹³³⁷ ovis tantam ad ambusta facultatem attribuit, ut si a fervente aqua ustio fuerit, et statim ovo ambusta occupentur, pustulas non sentire dixerit: quosdam vero admiscere farinam hordeaceam, et salis parum: quod ex Dioscorid{a}e¹³³⁸ transtulit in suam

with crushed eggshells from which chicks hatched.

And so far all these authors recognize that their healing of an internal body disease are due to gallinaceous genus. Now we have to speak about the external ones, which likewise draw their remedies from it. Therefore against the sacred fire - carbuncle*, erysipelas*, shingles* - Pliny says that some use the albumen of three eggs with starch: and elsewhere he affirms that eggs whisked with oil mitigate sacred fire's lesions binding over them beet leaves, and Serenus Sammonicus* has drawn this from him when singing:

And often eggs are helpful smeared with ground beets.

Razi* assures that the scab of Persian fire* is shattered by hen dung if a poultice is made from it with honey and smeared.

Sextus Placitus Papyriensis says that where an inflammation is present, you have to smear the body with raw egg and to place over a beet leaf, and you will be astonished by recovery. Galen on burns immediately places a raw egg, either whole shaken with yolk, or only the albumen. For it fairly cools and dries them without giving burning. Or rather, Pliny attributed to the eggs so a great power against burns that he affirmed that if the scald is due to hot water and the scalded areas are immediately covered with egg, they don't give rise to vesicles: and that some mix barley flour* and a little salt: he drew this from

¹³³³ *Naturalis historia* XXIX,41: [...] ad ignem sacrum candido ovorum trium cum amylo. aiunt et vulnera candido glutinari calculosque pelli. § O Aldrovandi disponeva dello stesso testo pliniano di Gessner, o, molto verosimilmente, ha perpetrato *sic et simpliciter* uno dei suoi tanti download da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 447*: Ad ignem sacrum candido ovorum trito cum amylo utuntur, Plinius. § Discussa è l'interpretazione di cosa fosse l'*ignis sacer*, che magari fu anche chiamato *ignis Persicus* - fuoco persiano*. Umberto Capitani e Ivan Garofalo (*Naturalis historia* di Plinio, libro XXVIII, Einaudi, 1986) non citano il carbonchio*, e puntualizzano che Celso in *De medicina* V,26,31 e 28,4 fa una distinzione fra erisipela* e herpes zoster* (o fuoco di Sant'Antonio*), per cui il fuoco sacro dovrebbe poter corrispondere all'herpes zoster. Affascinanti problemi insoluti di medicina antica!

¹³³⁴ *Naturalis historia* XXIX,40: Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt betae foliis superinligatis. Candido ovorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco trito admixtoque et vari in facie cum pineis nucleis ac melle modico. Ipsa facies inlita sole non uritur. Ambusta aquis si statim ovo occupentur, pusulas non sentiunt — quidam admiscunt farinam hordeaciam et salis parum —, ulceribus vero ex ambusto cum candido ovorum tostum hordeum et suillo adipe mire prodest.

¹³³⁵ Discussa è l'interpretazione di cosa fosse l'*ignis sacer*, che magari fu anche chiamato *ignis Persicus* - fuoco persiano*. Umberto Capitani e Ivan Garofalo (*Naturalis historia* di Plinio, libro XXVIII, Einaudi, 1986) non citano il carbonchio*, e puntualizzano che Celso in *De medicina* V,26,31 e 28,4 fa una distinzione fra erisipela* e herpes zoster* (o fuoco di Sant'Antonio*), per cui il fuoco sacro dovrebbe poter corrispondere all'herpes zoster. Affascinanti problemi insoluti di medicina antica!

¹³³⁶ *Liber medicinalis*.

¹³³⁷ *Naturalis historia* XXIX,40: Ambusta aquis si statim ovo occupentur, pusulas non sentiunt — quidam admiscunt farinam hordeaciam et salis parum —, ulceribus vero ex ambusto cum candido ovorum tostum hordeum et suillo adipe mire prodest.

¹³³⁸ II,44 OVUM - CANDIDUM OVI nell'edizione di Pierandrea Mattioli* del 1554. In questa edizione di Dioscoride quando si sta parlando dell'albumine non si fa alcun cenno alla farina d'orzo in caso di ustioni: Ambusta, si statim eo perungantur, pustulas non sentiunt. § Credo che Ulisse voglia farci andare fuori di testa, in quanto il *qui* di "qui privatim id de albumine scriptum reliquit" non si capisce se è riferito a Plinio o a Dioscoride. Io ritengo che *qui*, anche se più consona per Dioscoride, vada riferito a Plinio, che oltretutto per l'orzo fa riferimento sia in caso di ustioni che di ulcere da ustioni, ma nel primo caso usa la farina d'orzo con l'uovo intero, nel secondo caso orzo tostato con l'albumine. § Mille volte più chiaro e preciso come al solito è Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 441*: Ambusta aquis si statim ovo occupentur, pustulas non sentiunt. quidam admiscunt farinam hordeaceam, et salis parum, Plin. E a pagina 445* (DE REMEDIIS EX ALBUMINE OVI): Ambusta si statim eo perungantur pustulas non sentiunt, Dioscor.

historiam¹³³⁹, qui privatim id de albumine scriptum reliquit: Avicenna tamen, si bene memini¹³⁴⁰, vitellum pariter, et albumen humectantis naturae facit, at non nutrimenti magis, ut Ornithologus¹³⁴¹ existimat, quam medicamenti ratione. Nam et Plinium¹³⁴² authorem habemus, ovorum vitella durata in aqua, mox super prunas putaminibus exustis, prodesse ad ambusta, si tum lutea ex rosaceo illinantur: praeterea et ipse Ornithologus nescio quo auctore, ceu sui oblitus¹³⁴³ combustionis vestigia, et ex aliis laesionibus <cutis> relicta sanare aqua<m> ex vitellis, et ex albumine destillatis asserit. Et {Arnoldum} <Arnoldus>¹³⁴⁴ dolorem ambustorum ab oleo ovorum mitigari scribit. Id autem ex vitellis, non ex albuminibus fit.

Dioscorides* and placed in his *Naturalis historia*, and the latter left this written specifically about albumen: Avicenna* however, if I correctly remember, thinks both yolk and albumen as having evenly matched emollient properties, but not, as the Ornithologist is thinking, because they are rather a nourishment instead of a remedy. For we have also Pliny as witness to the fact that egg yolks hardened in water, with shells immediately crumbled on embers, are useful against burns if yolks are smeared with rose oil: furthermore the Ornithologist again, and I don't know according to what author, as if he is forgetting himself, the water distilled from yolks and whites of eggs heals the marks of burning and of other lesions of the skin. And Arnaldo from Villanova* writes that burns' pain is mitigated by oil obtained from eggs. But this happens thanks to yolks and not to egg whites.

¹³³⁹ E adesso addentriamoci in un dedalo che cercheremo di rendere il meno tortuoso possibile. Innanzitutto bisogna interpretare "ex Dioscoride transtulit in suam historiam". Per *historia* va ovviamente intesa la *Naturalis historia* di Plinio. Altrimenti bisogna rivolgersi a un'altra opera di Plinio il Vecchio che sia una *historia*, un resoconto di carattere medico, quale potrebbe essere l'apocrifo *De re medica libri quinque ab innumeris mendarum millibus repurgati libri* comparso a Roma nel 1509, attribuito a Plinio, sì, e anch'egli a quanto pare comasco, ma si tratterebbe di Plinius Valerianus (di poco posteriore a Plinio il Vecchio) che assemblò in quest'opera notizie tratte dalla *Naturalis historia* e da Dioscoride, ma moltiplicando gli errori dei testi originali su cui si basava. Plinio il Vecchio nacque nel 23/24 e morì nel 79 dC. I primi dieci libri della *Naturalis historia* comparvero nel 77, gli altri 27 sono postumi. Dioscoride visse circa dal 40 al 90 dC e scrisse il suo trattato pare nel 64 dC, secondo altri nel 77 dC. Secondo i più autorevoli studiosi Plinio dovrebbe non aver letto - o meglio, non si sarebbe fatto leggere - l'opera di Dioscoride. Nella *Naturalis historia* ricorre una volta sola Dioscurides (XXXVII,8), ma si tratta dell'incisore greco di gemme e cammei attivo a Roma tra la fine dell'età repubblicana e gli inizi di quella augustea. Se ci fidiamo di Plinio, tra le sue migliaia di fonti non compare alcun Dioscurides.. Ma la bagarre non è ancora finita: Dioscoride è stato accusato di aver tratto le sue notizie da Plinio. Ma se Dioscoride pubblicò nel 64 ciò è impossibile, e se pubblicò nel 77 è altrettanto impossibile. In conclusione: Plinio e Dioscoride per tutta una serie di dati si sono affidati a ciò che la pratica medica del loro tempo metteva a disposizione. Quindi, a mio avviso, avevano a disposizione le stesse fonti con tutte le possibili varianti circa l'efficacia terapeutica del tale o talaltro rimedio.

¹³⁴⁰ Ecco il solito *lapsus memoriae* dovuto ad appropriazione indebita e ad accidia. Bastava che Aldrovandi controllasse Avicenna: così il *lapsus memoriae* di Gessner sarebbe stato emendato. - Mi associo all'accidia di Ulisse.

¹³⁴¹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 445*: Avicenna (si bene memini) vitellum pariter et albumen humectantis naturae facit, nutrimenti nimirum magis quam medicamenti ratione.

¹³⁴² *Naturalis historia* XXIX,45: Utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe, sedis etiam vitii indurata igni, ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo; item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur.

¹³⁴³ Gessner riporta - correttamente come al solito - l'autore da cui ha tratto la citazione dell'acqua ricavata dai tuorli. Si tratta di Ryffius, cioè Walther Hermann Ryff*. Forse chi non era certo dell'identità di Ryffius era Ulisse, che così ha tacciato di deficit mnemonico il povero Gessner, ormai nella tomba. § Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 449*: Aqua de vitellis destillata vestigia combustionis et ex aliis laesionibus cutis relicta sanat (ut etiam de albumine destillata) et omnem scabiem cutis: sed multo efficacius ad haec est oleum de vitellis, (de quo supra scripsimus,) Ryffius. - Il *supra scripsimus* corrisponde due pagine precedenti, la 447*, dove Gessner attribuisce la citazione a Ryffius, e non dice assolutamente *se ben ricordo* riferendosi a Ryffius, ma un semplice *ni fallor*, riferito però alla fonte di Ryffius: Liquor de albumine instrumentis chymicis destillatus, oculos refrigerat et confortat: utiliter miscetur collyriis aliisque oculorum remediis. Facies et manus eo ablutae nitore et claritate proficiunt. Cicatrices etiam foedas, combustionis aliarumque noxarum cutis vestigia emendat frequenti illitu, Ryffius ex Brunsvicensi ni fallor. - E secondo Gessner la fonte di Walther Hermann Ryff era rappresentata, verosimilmente, da Hieronymus Brunschwig*.

¹³⁴⁴ Volendo una volta tanto essere benigno nei confronti di Ulisse, propendo a credere che *Arnoldum* sia uno degli numerosissimi errori tipografici. Se accettassimo *Arnoldus* all'accusativo, allora mancherebbe un verbo, e la frase dovrebbe suonare: Ornithologus scribit Arnoldum scribere dolorem ambustorum ab oleo ovorum mitigari. - Infatti suona così la lunga citazione in Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 442*: Oleum ovorum salubre et experimentis cognitum est adversus impetiginem aliosque morbos. admixto paucis sanguine gallinae curat scabiem cholericam. iniectum tepidum sedat statim vehementiam doloris in abscessibus aurium, et accelerat concoctionem eorum, aperitque ipsos: et facit nasci capillos. confert etiam adversus fistulas et ulcera melancholica. mitigat dolorem ambustorum et ardorem. cicatricem subtilem reddit, et dentium dolores anique eliminat, si illinatur cum pinguedine anseris. per diem curat aegrum vehementer affectum dolore hepatis propter flatu contracto. colorem corruptum restituit, praesertim in albedine oculorum, Arnoldus de Villano.

[287] Haud interim iverim inficias ambusta ab albuminibus citius tutiusque sanari. Nam et Serenus¹³⁴⁵ ait:

At vero ambustum flammis, qui candidus ovi Succus inest, penna inductus sanare valebit.

Uteris vero ovis cum lana¹³⁴⁶. Sunt qui lardum, et adipem Gallinaceum adhibitum candelae lumini super aquam liquent, et collectum ex aquae superficie pingue inungant: Ornithologus ex innominato¹³⁴⁷.

Scabiem omnem cutis sanari tradunt aqua ex vitellis ovorum destillata, sed longe efficacius esse oleum eorundem. Arnoldus ad scabiem dependentem ex bile¹³⁴⁸, eiuscemodi oleo parum sanguinis Gallinae admiscet. Galenus¹³⁴⁹ ad scabiem pruritusque eiuscemodi remedium recenset: Ova Gallinae integra in acetum acerrimum demitte per diem, noctemque quae si tria fuerint, ipsis cum putaminibus in eodem aceto contritis adijce sulphuris ignem non experti, arsenici scissilis, uvae taminiae, (credo intelligere vitis nigrae fructus. Ea enim nobis hodie adhuc, etsi corrupte tannia dicitur, quasi taminia) cerussae, spumae argenti, nerii succi, singulorum unciam unam, olei veteris quantum satis est, omnibus contritis obline in balneo. Sed Plinius¹³⁵⁰ scabiem, ac pruritus oleo, et cedria cum ovo mixtis tolli putat. Aetius¹³⁵¹ ex Gallo Vulturino vivo remedium ad elephantiasim praescribit: qualis autem hic Gallus sit, non docet: idem quidem remedium ex Vulture fieri ait: quod cum in Vulturis historia posuerimus¹³⁵², hic repetere supervacaneum iudicamus.

Meanwhile I cannot deny that the burns are more quickly and certainly healed by albumens. For Serenus Sammonicus* also says:

But in truth a burn from flames will be healed by that candid liquid of the egg which is inside, smeared by a feather.

But you can use eggs with wool. Some are melting lard and chicken's fat on water putting them to the flame of a candle, and they smear the fat picked up from water's surface: the Ornithologist reports this according to an author whose name is unknown.

They report that the water dripped from egg yolks gets out whatever itchiness of the skin, but that their oil is much more effective. Arnaldo from Villanova* mixes such an oil with a little hen's blood against itchiness due to cholestasis. Galen* prescribes the following remedy against scratching and itch. Place unbroken hen's eggs into the sharpest vinegar for a day and a night, and if they will be three, after you crushed them jointly with shells in the same vinegar, add to them one ounce each [around 27 g] of sulphur* which didn't know the fire - sulphur's milk, split arsenic*, taminia grape - black bryony or *Tamus communis** - (I think he means the fruits of black vine; for by us even if incorrectly it is said *tannia* even today, as if it were *taminia*), white lead*, litharge*, oleander juice*, as much old oil is enough, and after you crushed them you have to apply them by a bath. But Pliny* thinks that scabies* and itch are removed by olive oil and cedar oil* mixed with egg. Aetius of Amida* prescribes a remedy against the elephantiasis* using a live vulture-like rooster*: but what this rooster is he doesn't specify: he says however that the same remedy can be obtained from a vulture*: since I placed this in the chapter regarding the vulture, I judge superfluous to repeat it here.

¹³⁴⁵ *Liber medicinalis*.

¹³⁴⁶ Questa alternativa alla penna scaturisce da Serapione*. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 445*: Lana albumine madens utiliter imponitur locis igne aut aqua fervida adustis, Serapio.

¹³⁴⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 396*: Ad ambusta: Lardum et adipem gallinaceum adhibito candelae lumine super aquam liqua, et collectum ex aquae superficie pingue inungito, Innominatus.

¹³⁴⁸ La colestasi, cioè ristagno della bile, detta *cholè* in greco, consiste in un ostacolo al flusso della bile nei dotti biliari che ne determina il ristagno nel fegato e che può avere sede a qualunque livello dell'albero biliare. Le cause possono essere meccaniche, come per esempio un calcolo o un tumore, oppure legate a malattie del fegato, come l'epatite e la cirrosi. L'alterato scarico della bile nell'intestino fa sì che questa si riversi nel sangue producendo ittero e prurito, mentre le feci sono scolorite e grasse per il mancato arrivo dei costituenti biliari nell'intestino.

¹³⁴⁹ *Euporiston* 3.77. (Aldrovandi)

¹³⁵⁰ *Naturalis historia* XXIX,47: Tota ova adiuvant partum cum ruta et anetho et cumino pota e vino. Scabiem corporum ac pruritus oleo et cedria admixtis tollunt, ulcera quoque umida in capite cyclamino admixta.

¹³⁵¹ Libro XIII cap. 130 della relazione lunga: *γυπαλέκτωρ*. (Antonio Garzya*, 25 gennaio 2005, lettera indirizzata a Roberto Ricciardi*)

¹³⁵² Aldrovandi riporta la ricetta di Ezio nel I volume di *Ornithologia* a pagina 259 dove cita Ezio XIII,124.

Sextus furunculos¹³⁵³ a Galli stercore ruf{o} imposito rumpi prodidit, et dolorem tolli. Est autem furunculus, (ut id obiter dicamus) abscessus cum tumore, quem copiose Cornelius Celsus¹³⁵⁴ describit, et nascitur passim, ut tradit Plinius¹³⁵⁵, in quacunq[ue] parte, ac maximo incommodo mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Huic eidem malo eundem fimum Plinius¹³⁵⁶, sed recentem, et ex aceto illitum ait mederi. Serenus¹³⁵⁷ fimum in hoc casu ex albo Gallo eligit:

Praetereaque fimum ex Gallo, quod legeris albo Imbribus ex acidis fidens appone dolenti.

Plinius¹³⁵⁸ rursus alibi eisdem furunculis {miricae} <myricae> semen cum altilium pingui imponi tradidit. Sunt qui ad ossa fracta, sex, aut septem albumina cum thure albo permisceant, et emplastrum inde paratum eis imponant. Nicolaus Myrepsus¹³⁵⁹ ad eminentias expertum medicamentum eiuscemodi recitat: Ovum elixato, donec durum fiat, et repurgato, quod in eo testaceum est, abijcito: interiorem autem eius partem cum albo ipsius in carbones conijcito, et tantisper assato, donec totum albescat: dein vitellum eius conijce in mortarium plumbeum cum cerussa, et oleo rosaceo sufficienti, et omnia simul diligenter subigito, quoad glutinis crassitiem nanciscantur. Dein chamaemelum coquito in aqua ad tertias, et locum cum spongia saepius foveto. Post unctiones desuper cum penna illinito, et sic curato bis die, assiduo observando.

Sextus Placitus Papyriensis* handed down that the boils open up through rooster's reddish dung applied on them and that pain is removed. Actually the pimple (saying this incidentally) is a collection of pus accompanied by swelling as Cornelius Celsus* describes in detail, and it takes place here and there, as Pliny reports, everywhere, and with big trouble, sometimes a deadly illness for worn out bodies. Pliny for this same illness says that the same kind of dung, but fresh and smeared with vinegar, is healing. Serenus Sammonicus in this case chooses dung of a white rooster:

And furthermore apply confidently on the patient the dung you picked up from a white rooster and dissolved in acid waters.

Furthermore Pliny handed down elsewhere that still for pimples we have to apply tamarisk* seeds with domestic fowls' fat. Some are mixing six or seven egg whites with white incense* for broken bones and they put on them a so prepared poultice. Nicolaus Myrepsus* declaims the following proven remedy against swellings: Cook an egg until it became hard, and polish up it, throw away what there is of shell: and place on embers its inner part with its own albumen and toast a little bit until it becomes entirely white: then place its yolk in a lead mortar with white lead and a sufficient amount of rose oil and knead carefully everything together until a texture of glue is acquired. Then cook chamomile in water up to reduce it to one third and pack, as often as not, the interested area using a sponge. Subsequently smear on with a feather the ointments and do this treatment twice a day, checking frequently.

¹³⁵³ *Furunculus*: diminutivo di *fur furis*, ladro, propriamente tralcio che sottrae il succo al pollone principale.

¹³⁵⁴ *De medicina* lib. 5. (Aldrovandi) - Liber V,28,8: Furunculus vero est tuberculum acutum cum inflammatione et dolore, maximeque ubi iam in pus vertit. Qui ubi adaperitus est, et exit pus, apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiam ut nulla curatio adhibeatur: maturescit enim per se atque erumpit: sed dolor efficit, ut potior medicina sit, quae maturius liberet.— Proprium eius medicamentum galbanum est: sed alia quoque quae supra (cap. XVIII) comprehensa sunt. Si cetera desunt, imponi debet primum non pingue emplastrum, ut id reprimat; deinde, si non repressit, quodlibet puri movendo accommodatum; si ne id quidem est, vel resina vel fermentum. Expresso pure nulla ultra curatio necessaria est.

¹³⁵⁵ *Naturalis historia* XXVI,125: Passim et in quacunq[ue] parte, sed maxime incommoda nascuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. discutiunt et folia ephedri illita.

¹³⁵⁶ *Naturalis historia* XXX,108: Furunculis mederi dicitur araneus, priusquam nominetur, inpositus et tertio die solutus, mus araneus pendens enecatus sic, ut terram ne postea attingat, ter circumlatus furunculo, totiens expuentibus medente et cui is medebitur, ex gallinaceo fimo, quod est rufum, maxime recens inlitum ex aceto, ventriculus ciconiae ex vino decoctus, muscae inpari numero infricatae digito medico, sordes ex pecudum auriculis, sebum ovium vetus cum cinere capilli mulierum, sebum arietis cum cinere pumicis et salis pari pondere.

¹³⁵⁷ *Liber medicinalis* XXXVIII FURUNCULO MEDENDO.

¹³⁵⁸ *Naturalis historia* XXIV,71: Semen drachmae pondere adversus phalangia et araneos bibitur, cum altilium vero pingui furunculis inponitur, efficax et contra serpentium ictus praeterquam aspidum.

¹³⁵⁹ *Nicolai Myrepsi Alexandrini Medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo.*

Ulcera humida in capite ova cyclamino admixta, Plinio¹³⁶⁰ teste, tollunt. Ornithologus¹³⁶¹ pulverem e testis ovorum ustis ad ulcus antiquum in crure siccandum componebat, qui talis est: Cortices ovorum, et soleas calceamentorum veterum ure, quibus addes fimum bubulum de Maio mense arefactum, et tritum. De his mixtis pulverem insperge ulceri, et lanuginem typhae superinsperge. Oleum ovorum Arnoldus adversus fistulas, et ulcera melanc<h>olica plurimum commendat. Medici, inquit Plinius¹³⁶², liquida resina raro utuntur, et in ovo fere e larice, propter tussim, ulceraque viscerum. Eadem ratione sunt, qui etiam catapotia ex ovo sorbili deglutiant, quod ita facile, commodeque devorentur. Sed hic ovum nihil aliud confert: ad tussim vero ulceraque viscerum ipsum quoque per se nonnihil iuvat. Avicenna ova laudat ad apostemata circa anum, et pectinem, supponit autem cum licinio infuso in eis, et in oleo rosarum: Et alias emplastris apostemata prohibentibus ova miscet: item clysteribus propter ulcera, et apostemata, et erysipelata eisdem utiliter illinuntur cum oleo. Cur vero ova eiusmodi remediis permisceantur docet Petrus Aponensis¹³⁶³ dum ait: Ova confracta contusa super tumores apostematum, prohibent ea augeri, et oleum rosarum cum eis mixtum. Rasis vero stercus Galli citrinum cataplasmatibus instar impositum cum ovi vitello, et exiguo croco quemvis abscessum purulentum author est aperire. In libro quodam manuscripto Ornithologus¹³⁶⁴ reperisse sese memorat pelliculam e ventriculo Capi tritam fistulis prius mortificatis utiliter inspergi.

Albuminis ovi in vulneribus glutinandis usum esse cum nemo non nesciat, itaque nec ego hic repetere velim, illud tantummodo obiter addens, albumen ad purganda vulnera, et constringenda quae laxa sunt prodesse¹³⁶⁵. In omnibus¹³⁶⁶

As Pliny reports, eggs mixed with cyclamen* remove humid ulcers appearing on head. The Ornithologist made a powder from burned eggshells for drying up a long-lasting ulcer on a leg, gotten in this way. Burn eggshells and soles of old shoes, to which you will add cow's dung collected in the month of May, dried and crushed. Sprinkle upon the ulcer the powder gotten from these things mixed together and sprinkle on top some down of broadleaf cattail*. Arnaldo from Villanova highly recommends egg's oil against fistulae and ulcers caused by black bile*. Pliny says that physicians seldom use liquid resin, and usually that of larch put in the egg, for cough and ulcers of inner organs. Those who also swallow pills with a sucking egg are agreeing with this, since in this way they are easily assumed and without difficulty. But so far the egg is of no other use: for even by itself it fairly helps in case of cough and ulcers of inner organs. Avicenna* extols eggs against around anus and pubic abscesses, for he applies them with a bandage soaked in them and in rose oil: and on the other hand he mixes eggs with poultices which make the abscesses to regress: similarly with clysters against ulcerations and abscesses, and erysipelas* are successfully smeared using them with oil. But Pietro d'Abano* is teaching why eggs are mixed with such remedies when he says: Eggs broken and beaten, also mixing rose oil, when applied on swellings of abscesses prevent them from increasing. But Razi* reports that yellowish rooster's dung applied as cataplasm jointly with egg yolk and a small quantity of saffron* breaks open any purulent abscess. The Ornithologist remembers that he found in a manuscript book that the crushed membrane* of a capon's* gizzard is successfully applied on fistulae previously subdued.

Since everybody knows that egg white is used to heal wounds, therefore neither I would like to repeat this here, except to add in passing that egg white is useful for cleaning wounds and reducing the breadth of too much open ones. According to Pliny, also in any

¹³⁶⁰ *Naturalis historia* XXIX,47: Tota ova adiuvant partum cum ruta et anetho et cumino pota e vino. Scabiam corporum ac prurimum oleo et cedria admixtis tollunt, ulcera quoque umida in capite cyclamino admixta.

¹³⁶¹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 449*.

¹³⁶² *Naturalis historia* XXIV,33: Medici liquida raro utuntur et in ovo fere, e larice propter tussim ulceraque viscerum — nec pinea magnopere in usu —, ceteris non nisi coctis. Et coquendi genera satis demonstravimus.

¹³⁶³ *In proble. Arist.* (Aldrovandi)

¹³⁶⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*.

¹³⁶⁵ La fonte è Platina*. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 445*: Albore ovi utimur in purgandis vulneribus, et in constringendis quae laxa sunt, Platina.

¹³⁶⁶ *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. - Aldrovandi largheggia un po' troppo in fatto di indicazione terapeutica. Infatti Plinio non suggerisce questo rimedio per ogni tipo di emorragia. La traduzione di Umberto Capitani edita da Einaudi (1986) si limita addirittura alle piccole emorragie, citando però anche le instillazioni di polvere di guscio d'uovo nelle epistassi, come consigliato da Pseudo

quoque sanguinis eruptionibus cinis putaminis ovi in vino potus, tradente Plinio, confert. Cicatrices foedas a vulneribus relictas, aliarumque noxarum cutis vestigia emendat frequenti illitu liquor chymicis instrumentis ab albumine [288] ovorum destillatus. In eodem fere casu ovorum oleum commendatur quibusdam.

haemorrhage the ash of eggshell is useful drunk with wine. The liquid gotten from distillation of egg albumen by chemistry tools when frequently applied is bettering ugly scars left by wounds and the relics of other skin diseases. By some people the oil of eggs is recommended in more or less identical cases.

Page 288

Si lendes caput infestent, tum ovo Gallinaceo caput illinito, postea aqua, vel succo herbae cyclamini{s} lavato: hoc pacto lendes necati ultra non renascentur. Plinius¹³⁶⁷ fimum Gallinarum recens illitum alopecias celeriter curare scribit. Marcellus¹³⁶⁸ id cum utroque oleo (non explicat quibusnam) ob eandem causam permiscet. Kiranides, et {Rases} <Rasis> cum aceto imponunt: hic vero locus prius fricari vult cum panno, et caepe, donec rubeat. Capillos regnere oleum ex ovis experientia plurima comprobatum est.

If the eggs of lice* are infesting the head, then smear a hen's egg on head, then wash with water or juice of the green part of cyclamens*: the nits - the lice's eggs - having been killed in this way, won't revive. Pliny* writes that smeared hens' fresh dung quickly cures alopecias*. Marcellus Empiricus* for the same illness mixes it with both oils (he doesn't point out with what kind). Kiranides* and Razi* apply it with vinegar: the latter in truth prescribes that the area first has to be rubbed with a piece of cloth and with onion* up to become red. That the oil obtained from eggs regenerates hair is proven by manifold experience.

Ex felle Gallinaceo optimum fit collyrium contra oculorum debilitatem. Acuit enim visum, et valet ad maculas eorundem. Valentius id praestabit, si cum succo chelidoniae herbae, et melle oculis illinatur. Ad dolores oculorum, et vigilias, quibus febricitantes frequenter torquentur, Galenus¹³⁶⁹ mulsam instillat, et ovum praemaceratum (nimirum in mulsa) ac putamine mundatum, in duas portiones secat, et super oculum deligat, aegrumque somno fruiturum pollicetur. Et Sextus notissimum esse ait, Gallinarum ova ad dolorem oculorum vim habere, album infusum in oculum punctiones sedare, omnesque fervores et pruriginis, ut addit Constantinus. Archigenes apud Galenum¹³⁷⁰ agglutinatorium ad fluxionem

From gallinaceous bile a good eyewash is gotten against sight weakness. For it makes the sight sharp and is useful against scotomas - holes in visual field. It will do this more efficaciously if smeared on eyes jointly with juice of celandine* herb and honey. Against eyes' pains and sleepless nights by which fever patients are often tormented, Galen* instills mead and divides in half an egg previously steeped (obviously in mead) and cleaned out from shell and does a bandaging with it on eyes, and he assures that the patient will enjoy his sleep. And Sextus Placitus Papyriensis* says that it is very well known that hen's eggs are endowed with power against eyes' pains, that albumen instilled in eye relieves sharp pains and every kind of burning and itch, as Constantinus Africanus*

Prisciano (*Additamenta*, 276,14). Gessner rimane fuori dalla mischia e si limita invece a riferire pari pari il testo di Plinio, lasciando a ciascuno la libertà di scelta terapeutica. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 449*: Ovi putaminis cinis in vino potus, sanguinis eruptionibus medetur, Plinius.

¹³⁶⁷ *Naturalis historia* XXIX,109: Pellium viperinarum cinis alopecias celerrime explet, item gallinarum fimum recens inlitum.

¹³⁶⁸ *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber*.

¹³⁶⁹ *Euporiston* 3.18. (Aldrovandi) - Gessner - per la stessa ricetta ricavata da *Euporista* III,18 - a pagina 441 non riferisce che i dolori oculari sono presenti in coloro che hanno la febbre: Ad oculorum dolores et vigilias: Mulsam instillato, et ovum praemaceratum (nimirum in mulsa) ac putamine mundatum, in duas portiones secato, et super oculum deligato, et somno occupabitur, Idem *Euporiston* 3. 18. - Per dirimere dove sta il vero, con tempo e voglia si può controllare il testo di *Euporista*.

¹³⁷⁰ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi) § L'omissione di *a tempore* - da una tempia - è indubbiamente di origine gessneriana, come si può evincere da Conrad Gessner *Historia animalium* III (1555) pag. 446*: Aut cochleam cum testa sua et ovi candido ad strigmentitiam formam redactam in splenio <a tempore> altero ad alterum extendendo imposito, sua sponte decidit ubi restiterit fluxus, Archigenes apud Galenum de compos. sec. locos. § Questa ommissione di Gessner tramandataci da Aldrovandi ha costretto giustamente Lind a interpolare un inesistente occhio per poter applicare il cataplasma: in a plaster extending from one eye to the other (Lind, *Aldrovandi on Chickens* 1963). § Difficile arguire perché Gessner abbia omissso *a tempore* che traduce il greco ἄπὸ κροτάφου di Galeno. Una della fonti che dal punto di vista cronologico è compatibile con la pubblicazione dell'opera di Gessner

oculorum praescribens ovi tenuis vitellum cum thure fronti imponi iubet, aut cochleam cum testa sua, et ovi candido ad strigmentitiam formam redactam in splenio <a tempore> altero ad alterum extendendo imponi, ita sua sponte decidere, ubi restiterit fluxus.

Sed idem fere remedium Dioscorides¹³⁷¹ habet, dum ait; *Candidum ovi fronti impositum cum thure fluxiones arceat, avertitque*. Pro cuius verbis Graecis Ἀνακόλλημά ἐστι ρευματιζομένων σὺν λιβανωτῶ κατὰ τοῦ μετώπου ἐπιτιθέμενον Barbari translationem cum thuris polline, frontibus perunctis, rheumatismos reclinat, Marcellus {Virgilius} <Virgilius> reprehendit. Ex Plinio¹³⁷² enim, inquit, accepto reclinandi verbo voluisse videtur eadem Plinio, non Dioscoridi hoc loco docere: et de reclinandis palpebrarum pilis in hoc scriptore praecipere, cum non de palpebris reclinandis, compescendis, firmandisve Dioscorides hic praecipiat, nisi nos fallimur: sed de compescenda omni a superiori parte in oculos destillatione, seu rheumatismo: quam ob causam iubet fronti imponi. Verbum quidem anacollemma¹³⁷³ manifeste indicat vim remedii lentore suo glutinantis, aut naturae suae vi fluentia firmantis, ac retinentis. Verum non eam ob causam, ut videtur, ex ovorum candido fieri anacollemma Dioscorides ait: sed quoniam glutinoso lentore fronti adhaereat. Haec ille. Et ipsius translationem hoc in loco nos etiam

adds. Archigenes* in Galen when prescribing a poultice against lacrimation advises to place on forehead the yolk of a small egg along with incense*, or to put a snail with its shell and white of egg in the form of poultice contained in a cataplasm extending from a temple to the other, it spontaneously falls when the flow will stop.

But Dioscorides* has almost the same remedy, when he says: *The egg white applied on forehead with incense stops humors' flows and makes them to regress*. Marcellus Virgilius* - alias Marcello Adriani - blames the translation of his Greek words *Anakóllēma estī rheumatizoménon sūn libanotō, katà toū metōpou epitiθēmenon* done by Ermolao Barbaro* *with powder of incense, after foreheads have been smeared, makes the catarrhs to regress*. For he says that, after he gathered from Pliny the verb *reclinandi* - to turn back, it seems that he wanted to express in this passage the same things according to Pliny and not according to Dioscorides: and that in the text of this author he prescribes to straighten eyelids hair, while Dioscorides in this passage is not prescribing to turn back eyelids, to hold them still or stuck, unless I am wrong: on the contrary to halt whatever kind of dripping or catarrh into eyes coming from the upper region: for this reason he says to apply it on forehead. Really the word *anacollemma* clearly points out the power of the remedy of conglutinating thanks to its gluey quality, or of halting flowing liquids with the strength of its nature, and to end them. In truth, as it seems, Dioscorides says to make a poultice from egg white not for this reason:

(1555) è rappresentata dalla traduzione di Janus Cornarius*. che risale al 1549: *De compositione pharmacorum localium libri decem Iano Cornario interprete* (Lugduni apud Gulielmum Rouillium 1549). In questa pubblicazione troviamo *a tempore altero ad alterum*. Lo stesso dicasi per altre edizioni che contengono, magari revisionata, la traduzione di Cornarius e pubblicate dopo il 1555. Il famigerato *a tempore* lo troviamo anche in altre traduzioni, come quella di Iunius Cornelius del 1562 e di Carolus Gottlob Kühn del 1826. La mania delle abbreviazioni inutili ha pervaso i tipografi che sprecavano spazio in titoli dai caratteri enormi e lo risparmiavano con le abbreviazioni. Così in *Galenī librorum quinta classis* (Venetiis apud Iuntas 1565) troviamo la traduzione di Janus Cornarius e il nostro *a tempore* viene stringato in *à tpe* con la gamba della p attraversata da una sbarretta, ovviamente da leggere come se fosse scritto *a tempore*. Ma Gessner non ebbe a disposizione questa edizione, per cui possiamo essere certi che non gli sfuggì questo *à tpe* vista la brevità, ma che gli sfuggì *a tempore* di Janus Cornarius o di qualche altro traduttore. E Aldrovandi si è adeguato, come al solito, in quanto aveva ben altro da fare che mettersi a controllare il suo esimio Ornitologo. § Ecco il testo greco di Galeno tratto da Kühn cui fa seguito la mia traduzione. *De compositione medicamentorum secundum locos* liber IV cap. 8 - REMEDIA AD AFFECTOS OCULOS, AB ARCHIGENE IN PRIMO PHARMACORUM SECUNDUM GENUS CONSCRIPTA - AGGLUTINATORIUM AD FLUXIONEM. - ἡ κοχλίαν σὺν τῶ ὀστράκῳ, μετὰ ὠοῦ τοῦ λευκοῦ γλοιῶδες ποιήσας ἐν σπληνίῳ ἀπὸ κροτάφου, ἐπὶ κρόταφον ἐπιτίθει, αὐτόματον πίπτει ὅταν ρεῦμα στῆ, [...] - Oppure metti una chiocciola con il guscio insieme al bianco d'uovo dopo aver fatto una poltiglia contenuta in una benda - un cataplasma - che parte da una tempia fino all'altra tempia, essa - la benda - cade da sola quando il flusso si sarà arrestato [...]. (Elio Corti, sabato 23 agosto 2008) § Per cataplasma - in greco *katáplasma* derivato dal verbo *katáplassein* = spalmare - oggi si intende una forma farmaceutica per uso esterno composta da una pasta molle contenuta in una benda - *splēnion* in greco - fatta per esempio con della garza.

¹³⁷¹ Il testo di Dioscoride qui riferito corrisponde alla traduzione di Jean Ruel* ed è riportato, per esempio, da Pierandrea Mattioli* in *Commentarii in libros sex Pedacii Dioscoridis Anazarbei De Materia Medica*, 1554*, pag. 187.

¹³⁷² *Naturalia historia* XXIX,40: Candido ovorum in oculis et pilis reclinantur Hammoniaco trito admixtoque et vari in facie cum pineis nucleis ac melle modico.

¹³⁷³ Il sostantivo greco neutro *anakóllēma* significa cosmetico, cataplasma, empiastro.

potius, quam Hermolai probamus¹³⁷⁴.

Sed reclinandi verbum cum de palpebris sermo est, compescere, aut firmare, ut ipse interpretatur, non significat. Neque enim veteres Graeci medici ἀνακολλᾶσθαι dicunt palpebras (nam de his quoque hoc verbo utuntur aequae, quam de fluxione retinenda) quae effluant, sed quae retortae in oculum pungendo molestae sunt, cum ad situm, et rigorem naturalem illitis quibusdam (glutinantibus, et rigorem, cum aruerint praestantibus) reducuntur: quos pilos aliqui forcipae evellunt.

Haec quod ad propriam vocum significationem: quod vero ad rem ipsam, ipsaque remedia, pleraque quae pilos reclinare possunt glutinoso humore suo, eadem, si fronti illinantur, catharrum etiam ad oculos sistere posse videtur. Porro ad oculorum fluxiones Plinius¹³⁷⁵ lac muliebrem commendat mixto ovorum candido liquore, madidaque lana fronti impositum. Marcellus vero ad oculorum epiphoras limaces complures in mortario novo vel nitido teri vult, ovumque Gallinaceum crudum adijci, et cum lana succida fronti imponi. Idem quoque apud Plinium¹³⁷⁶ legas, qui ita habet: *Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti impositae contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu radícula esse curatas, nec aliud quam candidum ex ovo infundi, ac pollinem thuris.* Et rursus: *Ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent, urentesque refrigerant. Quidam cum croco praeferunt, et pro aqua miscent collyriis.* Eodem pariter modo inflammationes oculorum ovi candidum infusum curat, Dioscoride teste¹³⁷⁷.

but since with its gluey stickiness it clings to forehead. These are the words of Marcellus Virgilius. And I also approve his translation of this passage rather than that of Ermolao.

But when the speech is concerning eyelids, the verb *reclinandi* doesn't mean, as he interprets, to keep them still or to hold up them. In fact nor ancient Greek physicians say that watering eyelids are to be glued - *anakollásthai* - (in fact also for to glue eyelids they use this verb as well as to express a lacrimation checking), but those eyelids which being folded eye-wards become bothersome because they are prickling, so they are reduced to their original place and natural stiffness when smeared with some substance (conglutinating, which when dried up also produces rigidity): some pull out those eyelashes with tweezers.

All this as far as an appropriate meaning of the words is concerning: but regarding the matter itself and the remedies themselves, many of which are able to turn back eyelashes by their gluey consistence, still the same remedies, if smeared on forehead, seem to be able also to stop the catarrh going down to eyes. On the other hand Pliny for eyes' secretions recommends milk of woman mixed with egg albumen and applied on forehead with a soaked piece of wool. But Marcellus Empiricus against persisting lacrimation prescribes to crush in a new or clean mortar a lot of snails and to add a raw hen egg and to apply on forehead with a soaked piece of wool. You could read the same thing also in Pliny who is expressing himself as follows: *The wools go into partnership also with eggs when placed together on forehead against discharges from eyes. For this use they don't need to be treated with soapwort* nor that anything is placed above but egg albumen and dust of incense.* And afterward: *The eggs alone stop discharges from eyes placing albumen on eyes, and cool them when burning. Some prefer them with saffron* and mix them with eyewashes instead of water.* In the same identical way, according to

¹³⁷⁴ Gessner doveva essere per Aldrovandi un maestro così autorevole da condizionarlo non solo nei giudizi ma anche nella scelta delle parole, spesso identiche. Solo che Aldrovandi si dimentica frequentemente di citarlo, come accade anche in questo caso. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 446*: Haec ille. Et ipsius translationem hoc in loco nos etiam potius quam Hermolai probamus. sed reclinandi verbum cum de palpebris sermo est, compescere aut firmare, ut ipse interpretatur, non significat. neque enim veteres Graeci medici ἀνακολλᾶσθαι dicunt palpebras (nam de his quoque hoc verbo utuntur aequae, quam de fluxione retinenda) quae effluant, sed quae retortae in oculum pungendo molestae sunt, cum ad situm et rigorem naturalem illitis quibusdam (glutinantibus et rigorem cum aruerint praestantibus) reducuntur. quos pilos aliqui forcipae evellunt. Haec quod ad propriam vocum significationem, quod vero ad rem ipsam, ipsaque remedia, pleraque quae pilos reclinare possunt glutinoso humore suo, eadem si fronti illinantur, catarrhum etiam ad oculos sistere posse videntur.

¹³⁷⁵ *Naturalia historia* XXVIII,73: Mixto praeterea ovorum candido liquore madidaque lana frontibus inpositum fluxiones oculorum suspendit.

¹³⁷⁶ *Naturalis historia* XXIX,39: Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti inpositae contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu radícula esse curatas neque aliud quam candidum ex ovo infundi ac pollinem thuris. Ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent urentesque refrigerant — quidam cum croco praeferunt — et pro aqua miscentur collyriis; infantibus vero contra lippitudines, ut vix aliud, remedio sunt butyro admixto recenti.

¹³⁷⁷ Inflammationes oculorum infusum lenit. Jean Ruel* *De materia medica* (1549) II,55 CANDIDUM OVI.

Galenus ad inflammationes circa palpebras, aures, et mamillas, quae ex ictu istarum partium, vel aliter oboriuntur, toto ovo crudo utitur: item circa corpora nervosa, ut cubitum, tendines digitorum, vel articulos in manibus, pedibusque. Alibi¹³⁷⁸ vero privatim contra oculorum phlegmonas lac cum ovo, et rosaceo approbat. Verum oculos in primis refrigerat, et confortat liquor ex ovorum albumine chymicis instrumentis destillatus, et utiliter miscetur collyriis aliisque oculorum remediis. Galenus ad lippitudines etiam candido ovi utitur, et ante ipsum Plinius¹³⁷⁹: *Contra lippitudines, inquit, vix aliud remedium est infantibus, candido scilicet per se infuso oculis, butyro admixto recenti.*

Suffusionibus oculorum fel Gallinaceum mederi cum antiqui tum recentiores affirmant: at alii id cum melle, et succo {foeniculi} <faeniculi> commendant: alii loco {foeniculi} <faeniculi> succo rutae, vel {eufragiae} <euphrasiae>, vel chelidonii, vel verbenae utuntur: et Galenus¹³⁸⁰ medicamento cuidam liquido ad oculos suffusos, alios Galli fel, alios aliud adiecisse scribit.

Et alibi¹³⁸¹ ad suffusionem hoc admirabile esse ait, et [289] illico visum restituere. Muris sanguinem, et Galli fel, et muliebre lac aequis ponderibus misce, et bene subactis utere. Probatum est enim et magnifice profuit. Lusciosis, Plinio¹³⁸² teste, fimum quoque Gallinaceorum rubrum duntaxat illinendum monstrant. Alii stercus albi Galli cum melle, et aceto oculis iniectum eorum lac{h}rimas sistere volunt. Archigenes, referente Galeno¹³⁸³, ad cruentos, et sugillatos oculos candidum ovi instillatum prodesse asserit, atque amplius pura lana exceptum et superne impositum. Et rursus¹³⁸⁴, eodem teste, sugillata in oculis ovi vitellus impositus discutit. Sunt qui mel misceant. Et rursus: ad haemalopes, et hyposphagmata, id est, cruentos, et sugilatos

Dioscorides, the egg white instilled cures ocular inflammations.

Galen, against inflammations of eyelids, ears and breasts taking origin from a trauma of these areas or from something else, uses the whole raw egg: likewise for sensitive areas, as elbow, tendons of fingers or small joints of hands and feet. But elsewhere against eyes' inflammations he specifically praises milk with egg and rose oil. In truth the liquid gotten from distillation of egg albumen by chemistry tools first of all cools and strengthens the eyes and is suitably mixed with eyewashes and other remedies for eyes. Galen is using egg albumen also against rheumy eyes, and before him Pliny said: *Against rheumy eyes it is difficult to find another remedy for infants, that is, only egg albumen instilled in the eyes after it has been mixed with fresh butter.*

Both ancient and more recent authors affirm that chicken's bile cures cataracts: but some recommends it with honey and fennel juice*: others instead of fennel use juice of rue*, or eyebright*, or celandine, or verbena*: and Galen writes that some added rooster's bile to a liquid remedy for cataracts, others something else.

Page 289

And Galen* in another passage says that the following remedy is marvelous against cataract and restores the sight in a flash. Mix the same weight of mouse blood, rooster bile and woman milk and use after you mixed them properly. For it has been proven and has been of extreme benefit. As Pliny* testifies, to those people suffering of nyctalopia* - or night blindness - they advise to smear also chicken's dung but the red one. Others think that the dung of a white rooster applied to eyes with honey and vinegar is able to stop their tears. As Galen reports, Archigenes* affirms that egg white instilled is useful for eyes bearing hemorrhages and bruises, and mostly if taken with pure wool and placed on. And again, always according to him, egg yolk applied on eyes drives away the bruises. Some are mixing honey with it. And again: for *haemalopes* and *hyposphagmata*, that is, for eyes with hemorrhages and

¹³⁷⁸ *De compositione medicamentorum secundum locos* liber 10. (Aldrovandi)

¹³⁷⁹ *Naturalis historia* XXIX,39: Ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent urentesque refrigerant — quidam cum croco praeferunt — et pro aqua miscentur collyriis; infantibus vero contra lippitudines, ut vix aliud, remedio sunt butyro admixto recenti.

¹³⁸⁰ *De compositione medicamentorum secundum locos* liber 4. (Aldrovandi)

¹³⁸¹ *Euporiston* 3.16. (Aldrovandi)

¹³⁸² *Naturalis historia* XXIX,123: Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant.

¹³⁸³ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

¹³⁸⁴ *De compositione medicamentorum secundum locos* liber 5, cap. 1. (Aldrovandi)

oculos, statim a principio tum ad inflammationem, tum ad dolorem compescendum prodest ovi assi luteum cum vino impositum.

Marcellus¹³⁸⁵ fellis Gallinacei, vel Vulturini, quod longe magis prodesse putat, scrupulum¹³⁸⁶, et mellis optimi unciam bene trita coniungi iubet, atque in pyxide cuprea haberi, et opportune ad inungendum uti: hoc nihil potentius caliginem relevare. Serenus¹³⁸⁷ vero in simplici lymphamacerat: ait enim:

*Fel quoque de Gallo mollitum simplice¹³⁸⁸ lymphamacerat: ait enim:
Exacuit puros dempta caligine visus.*

In eodem felle, si Plinio¹³⁸⁹ fidem adhibemus, alligato¹³⁹⁰ vis est ad argema, et ad albugines ex aqua diluto: item ad suffusiones oculorum, maxime candidi Gallinacei: item alibi fimo similem fere vim ascribit, dum ait¹³⁹¹: *Fimum Gallinaceum dumtaxat candidum oleo in vetere, corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines.* Sanguinis Galli praeterea ad oculorum vitia usus est, quando, teste Constantino, eorum leucomata, et cicatrices cum aqua inunctus sanat. Sed Marcellus ad leucomata, et {hypophyses} <hypochyses>¹³⁹² Galli Gallinacei fel maxime albi ex aqua dilutum, et in unctione adhibitum laudat, et aciem oculorum confirmare testatur. Et alibi fimum Gallinaceum cum oleo veteri tenuissime tritum, et adpositum leucomata, et {hypophyses} <hypochyses> curare. Et

bruises, immediately at their beginning is useful the roasted egg yolk applied with wine to restrain both inflammation and pain.

Marcellus Empiricus* prescribes to join a scruple [1.13 g] of chicken's or vulturine bile*, the latter he thinks by far more efficacious, to one ounce [27.28 g] of excellent honey, well melted, and that they must be held in a copper jar and to use at proper time to do applications: nothing is more powerful than this preparation in lessening the dimming of sight. But Serenus Sammonicus* soaks it in pure and simple water: in fact he says:

*Also rooster's bile softened with pure and simple water
Sharpens the sight of cleared eyes after their dimming has been removed.*

If we believe Pliny, in the bile itself diluted in water and applied with a bandaging there is an effectiveness against the white spots of the cornea and the leucomas*: likewise against cataracts, above all from a white rooster: similarly in another point he ascribes an almost similar effectiveness to the dung, when he says: *The dung of chickens, and only the white one, they preserve it in old oil and in horny jars against pupillary leucomas.* Moreover as Constantinus Africanus* affirms the rooster's blood is used against ocular affections since if applied with water it cures leucomas and their cicatrices. But Marcellus Empiricus against leucomas and cataracts praises the bile of a rooster, above all if white, diluted in water and used as eyewash, and he testifies that it strengthens sight's sharpness. And in another point he affirms that crushed chicken's dung with old oil and locally applied cures leucomas and

¹³⁸⁵ *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber.*

¹³⁸⁶ Vedi Pesì e misure*.

¹³⁸⁷ *Liber medicinalis.*

¹³⁸⁸ Anche nel web e in Conrad Gessner si riscontra *simplice*, per cui non si procede a emendare con *simplici*. - *Liber medicinalis* - OCULORUM DOLORI MITIGANDO - Fel quoque de gallo mollitum simplice lymphamacerat: ait enim: Exacuit puros dempta caligine visus.

¹³⁸⁹ *Naturalis historia* XXIX,123: Eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant.

¹³⁹⁰ Da chi provenga *alligato* è difficile saperlo - potrebbe trattarsi di una fonte pliniana inusuale - e andrebbe tradotto con *applicato con un bendaggio*. Sta di fatto che sarebbe meglio *illito*, come afferma Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Gallinaceo felli vis alligato (malim, illito: vel, ad caligationes, ut et aquilino sicut proxime dixerat) ad argema, et ad albugines ex aqua diluto, (aut supra forsitan recte, hic vero pro diluto legendum aut saltem subintelligendum illito.) item ad suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei, Plinius. § Probabilmente la tortuosa disquisizione di Gessner - scatenata da un *alligato* non presente in Plinio, bensì in altre citazioni - è del tutto corretta, ma tradurla altrettanto correttamente e senza tortuosità richiederebbe una lunghissima meditazione, che oltretutto ci ripagherebbe assai poco dal punto di vista terapeutico. Già, è facile dirlo! Perché oggi - nel XXI secolo - abbiamo i trapianti di cornea, e la cataratta viene operata con esiti più che soddisfacenti!

¹³⁹¹ *Naturalis historia* XXIX,124: Laudant et gallinae fel et praecipue adipem contra pusulas in pupillis, nec scilicet eius rei gratia saginant. Adiuvat mirifice et ruptas oculorum tuniculas admixtis schisto et haematite lapidibus. Fimum quoque earum, dumtaxat candidum, in oleo vetere corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines. Qua in mentione significandum est pavones fimum suum resorbere tradi invidentes hominum utilitatibus.

¹³⁹² Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Galli gallinacei, maxime albi, fel ex aqua dilutum, et inunctione adhibitum, leucomata oculorum et hypochyses sanat, et aciem luminum confirmat, Marcellus.

Galenus¹³⁹³ oculorum ulcera, et albugines felle Galli inungi iubet.

Sanguinem tamen contra oculorum vitia insigni vi pollere docemur Valerii Apri exemplo, cui sanguinis Gallinacei beneficio visus quondam restitutus dicitur: uti prae caeteris ex tabella marmorea¹³⁹⁴ Romae in Aesculapii templo in insula Tiberina inventa, et usque ad hanc diem referente Hieronymo Mercuriali¹³⁹⁵ medicorum nostri aevi celeberrimo, apud Maphaeos conservata intelligere licet, in qua inter alia Graece leguntur, quae latina facta sic sonant: Valerio Apro¹³⁹⁶, militi caeco oraculum reddidit Deus, veniret, et acciperet sanguinem ex Gallo albo admiscens mel et collyrium conficeret, et tribus diebus uteretur {sopra} <supra> oculos: et vidit, et venit, et gratias egit publice Deo. Plinius cum fimum russum Gallinaceum lusciosis illini dixisset¹³⁹⁷, mox etiam subdit¹³⁹⁸. *Laudant et Gallinae fel, sed praecipue adipem contra pustulas in pupillis.*

Verum haud minorem nobis hae alites in aurium affectibus utilitatem praestant idque adipe suo potissimum, si, teste Galeno¹³⁹⁹, ex aqua recipiatur in usum. Quin im<m>o Marcellus liquefactum, et tepide instillatum quodlibet aurium vitium sanare testatur. Alibi etiam Galenus adipem Gallinaceum item et Anserinum plurimum prodesse ait, si aqua auditorium meatum intraverit, mediocriter calidum infusum. Si purulentae fuerint aures Plinius¹⁴⁰⁰ Gallinae adipem calidum infundi utiliter existimat. Sunt qui eundem adipem instillatum tepidum adversus difficultatem auditus laudant. Apollonius apud Galenum¹⁴⁰¹ (uti etiam Rasis) dolentibus auribus

cataracts. Also Galen prescribes that ocular ulcerations and leucomas are to be locally treated with rooster's bile.

We are nevertheless informed by the example of Valerius Aper that the blood is endowed with a great effectiveness against ocular affections, and it is said that one day the sight was restored to him by the beneficial effect of rooster's blood: as it is possible to infer above all from a votive marble tablet found in the temple of Aesculapius* in Rome on the Tiber island, and since up today Girolamo Mercuriale* one of the most famous physicians of our time makes mention of it, preserved at the Maffei*, in which among other things written in Greek are read those sounding as follows after a Latin translation: The god gave as response to Valerius Aper, a blind soldier, to present himself and to take blood from a white rooster mixing it with honey and to make an eyewash from it, and to use it for three days placing on eyes: and he regained the sight, and came to the temple, and publicly offered thanks to the god. Pliny, after he said to apply reddish chicken's dung to those suffering of nyctalopia, straight afterwards also adds: *They also praise hen's bile, but above all the fat against pupillary vesicles.*

In truth these birds offer to us a no less utility in ears affections and above all they do this thanks to their fat, if, as Galen testifies, it is used with water. But in fact Marcellus assures that melted and instilled when warmed up it cures whatever affection of ears. In another point Galen also says that chicken's fat as well as that of goose is very helpful when poured lukewarm if water entered the auditory duct. Pliny thinks that lukewarm hen's fat is profitably poured if ears show pus. Some are praising this same lukewarm fat instilled against hearing difficulties. Apollonius Herophileus* in Galen (as also Razi*) prescribes that it is instilled melted in earaches. In this passage Galen says: *The fat of chicken and goose, even if they are finding the*

¹³⁹³ *Euporiston* 2.49. (Aldrovandi)

¹³⁹⁴ *Inscriptiones Graecae*, 14.96. (dal web)

¹³⁹⁵ *Artis gymnasticae libri sex*. Aldrovandi dà come riferimento liber I, come è in effetti: LIBER PRIMUS DE PRINCIPIIS MEDICINAE CAP. I.

¹³⁹⁶ In latino *aper*, genitivo *apri*, significa cinghiale.

¹³⁹⁷ *Naturalis historia* XXIX,123: Eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant.

¹³⁹⁸ *Naturalis historia* XXIX,124: Laudant et gallinae fel et praecipue adipem contra pusulas in pupillis, nec scilicet eius rei gratia saginant.

¹³⁹⁹ *Euporiston* 1.6. (Aldrovandi)

¹⁴⁰⁰ *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps.

¹⁴⁰¹ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

instillari liquefactum iubet. Quo loco Galenus: *Gallinaceus, inquit, et Anserinus adeps, siquidem evacuatum corpus invenerint et humorem qui inflammata afflictionem excitat non amplius influentem, duabus rationibus tum mitigandi, tum curandi profuerint. Si vero influente adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, leniunt tamen doloris accessionem sine symptoma*<te> *quemadmodum etiam, si ob humorum acredinem mordacitas contingat.* Kiranides adipem Galli liquefactum cum nardo ad dolores aurium etiam commendat, et contra nervorum passiones.

Sed ut obiter aliquid de huius adipis qualitate dicamus: scire licet medium esse inter Anserinum, et suillum, ut scriptum reliquit Galenus¹⁴⁰²: ait autem Anserinum ex his valentior esse, sed substitui aliquando Gallinaceum, Anserinum, suillum, caprinum adipem, quemvis in alterius absentis vicem: Gallinaceum tamen calidiorem, et sicciorem, quam suum, et teneriorem, et minimum terrestrem, idque magis etiam si e Gallinis {syvestribus} <silvestribus> fuerit, et tenuitatis ratione profundius penetrare. Eiusmodi adipem quomodo debeant curari, et reponi, docetur in vulgatis Nicolai Praepositi codicibus, his fere verbis: Animalium recens mactatorum adipem diligenter purga a pelliculis, et ollae novae figulinae impone, quae non supra dimidium impleatur: hanc opertam in aliud vas {calididimum} <calidissimum> (vel aqua fervida plenum, secundum alios) impone, et subinde quod liquatum fuerit, in aliud vas infunde, donec nihil amplius liquetur, et colatum in loco frigido repone. Sunt qui reposituri modicum salis adijciant.

Praeter vero adipem, Gallinaceus alia quoque subministrat, quibus auribus medeatis. Nam Avicenna apostema in aure calidum ovi vitellum curare refert: sin abscessus dolorem vehementem efficiant, [290] oleum ovorum statim sedabit, eorumque concoctionem promovebit, eosque aperiet.

Atque Galenus¹⁴⁰³ aurium dolores ovi candido leniri asserit: et rursus: ad dolorem auris ex inflammatione obortum, misceri ait opium muliebri lacti, et ovi candido, quae ipsa etiam per se aurium inflammationibus profuisse testatur.

area emptied and that the liquid stimulating the inflammation is not coming out any longer, they will be helpful for two reasons, both mitigating and recovering. For if they are used because of still flowing fluid, they don't help the illness at all, nevertheless they dampen the pain to grow worse without giving trouble, as well as if because of irritating effect of fluids it happens to feel a sharp pain. Also Kiranides* recommends liquefied rooster's fat with matgrass* against earaches and against neuralgias.

But to say incidentally something about the features of this fat: we must to know that it is betwixt and between that of goose and pig, as Galen left written: for he says that fat of goose is the best among them, but that sometimes the fat of chicken, goose, pig and goat indifferently replace each other when one of them is not available: nevertheless that of chicken is warmer and drier than that of pig, and it is softer and very little earthen, and all the more if it comes from wild hens, and because of its scarce density penetrates more in depth. How we must take care and preserve these fats is explained in the codices of Nicolaus Praepositus* roughly by these words: Carefully clean off from rinds the fat parts of recently slaughtered animals and put them in a new earthenware pot that must not be filled more than half: cover and put it in another very hot vessel (or full of boiling water according to others), and what has melted put subsequently in another jar so that doesn't melt still further and after you strained it put in a cool place. Some when are about to lay it aside add a little salt.

But besides the fat a chicken supplies also other things with which you can treat the ears. For Avicenna* reports that the yolk of warm egg cures an ear abscess: but if the abscesses cause a heavy pain, oil obtained from eggs will soothe it immediately and will stimulate their maturation, and will open them.

Page 290

And Galen* affirms that earaches are reduced by egg white: and again: against earache risen from inflammation he says to mix opium with milk of woman and egg white, things that he testifies to have been already useful for ear inflammations by

¹⁴⁰² *De simplicibus* 11 - *De compositione medicamentorum secundum locos* - *Methodus medendi* 14. (Aldrovandi)

¹⁴⁰³ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

Et rursus: *Ad aurium nocumenta ex aqua*, inquit, *ovi aquato, modo eodem, quo in oculorum inflammationibus uti ipso consuevimus, praeparato utitor*. Item *pellis interior e ventriculo Galli Gallinacei arefacta, tritaque ex vino, adiecto paululo opii, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem earum expurgat, et sanat*¹⁴⁰⁴. Idem Plinius¹⁴⁰⁵ attestatur, inquit: *Ventris Gallinaceorum membrana, quae abijci solet, inveterata, et in vino trita, auribus purulentis calida infunditur<, gallinarum adeps>*.

Si lingua asperior reddita fuerit, adipe Gallinae inungere poteris, nam is asperitatibus egregie medetur. Dentium dolores mitigat oleum ex ovis illitum cum pinguedine Anseris. Galenus¹⁴⁰⁶ vero ad eundem dolorem ovorum putamina, sepiam, et oleum iubet misceri, et coqui, donec tertia pars reliquatur, et tepidum ore contineri. Mirum quod tradit Plinius¹⁴⁰⁷ de sedando dentium dolore: *Ossiculis*, inquit, *Gallarum in pariete servatis, fistula salva, {adacto} <tacto> dente, vel gingiva scarificata, proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt*. Alibi¹⁴⁰⁸ etiam ubi cinerem putaminis in vino potum sanguinis eruptionibus mederi dixisset, mox addit sic fieri et dentifricium: *Dentifricium*, inquit, *praestat cinis ex ovis sed non sine vino*. Atqui Plinius in verbis iam recitatis scribens, *sic fit et dentifricium*, intelligere videtur¹⁴⁰⁹, non quasi id quoque cum vino fiat, ut

themselves. And he says again: *Against ears' injuries from water, we have to use a watery egg's solution prepared alike that we have taken the habit to use in ocular inflammations*. Similarly is as very useful remedy for ears the inner membrane* of rooster gizzard dried, minced and put in wine with addition of a little opium, and infused after has been warmed it cleans out and cures their suppuration. Pliny* testifies this when saying: The membrane of chicken's gizzard usually thrown away, aged and minced with wine is infused warm in purulent ears, as well as hen's fat.

If the tongue has grown rather rough, you can grease it with hen's fat, for it heals roughness in excellent fashion. Eggs' oil applied with fat of goose mitigates toothaches. But Galen for the same pain prescribes to mix eggshells, ink of cuttlefish and oil, and boil until it is reduced to one third, and to hold it lukewarm in mouth. It is marvelous what Pliny reports about toothache's sedation. He says: *They say that pain disappears immediately if the tooth is touched or if the gum is incised with small hens' bones kept in a wall with the hollow channel of the marrow left intact, and the small bone is thrown away*. In another point after he said that eggshell's ash drunk with wine recovers from bleedings, immediately adds that also a toothpaste can be made in this way in saying: *The ash of the eggs supplies also a toothpaste, but not without wine*. But Pliny when writing in this way a toothpaste can also be made in the just quoted phrase, it almost seems that he want to say not that it

¹⁴⁰⁴ La citazione proviene da Marcello Empirico*, come puntualizza Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 397*: Galli gallinacei ex ventriculo interiore membrana, quae projici solet, arefacta tritaque ex vino, adiecto paulo opii, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem eius (earum) expurgat et sanat, Marcellus. § Da notare che Aldrovandi ha modificato il testo di Gessner: da *ex ventriculo interiore membrana* si passa a *pellis interior e ventriculo*. Il significato è identico, ma Marcello voleva dire che non è la membrana del gozzo, che è esterno all'addome, bensì quella dello stomaco, che sta dentro alla pancia.

¹⁴⁰⁵ Il riferimento di Aldrovandi corrisponde al seguente brano di Plinio, ma ne omette il finale: *gallarum adeps. Naturalis historia* XXIX,139: *Ventris gallinaceorum membrana, quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps*. § Aldrovandi non ha controllato direttamente il testo di Plinio e ha scopiazzato Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 397*: *Ventris gallinaceorum membrana quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, Plin.* § Il *gallarum adeps*, messo da Plinio quasi come postilla esplicativa di cosa sia la membrana che abitualmente si getta via, è invece un ulteriore rimedio contro l'otite purulenta, e viene citata da Gessner - avulsa dalla *membrana quae abijci solet* - alla pagina precedente, cioè a pagina 396*: *Gallarum adeps auribus purulentis calida infunditur, Plin.* § Certo è che i testi di Plinio potrebbero essere abbondantemente utilizzati per confezionare i rebus della Settimana Enigmistica! - Siccome Aldrovandi, a differenza di Gessner, non citerà l'impiego anche del *gallarum adeps* per le oti purulente, si emenda il testo in accordo con quello di Plinio.

¹⁴⁰⁶ *Euporiston* 3.187. (Aldrovandi)

¹⁴⁰⁷ *Naturalis historia* XXX,26: *Ossiculi gallinarum in pariete servati fistula salva tacto dente vel gingiva scariphata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, [...]*. § L'errore *adacto* invece di *tacto* è dedotto, ovviamente, da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 396*: *Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva, adacto dente, vel gingiva scarificata, proiectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt, Plinius*.

¹⁴⁰⁸ *Naturalis historia* XXIX,46: *Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet. Sic fit et dentifricium*.

¹⁴⁰⁹ Queste considerazioni che Aldrovandi ci propina come sue, non lo sono affatto. Non si capisce se sono tutte quante derivate da Sereno Sammonico* oppure se appartengono in parte a Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 450*: *Dentifricium praestat cinis ex ovis, sed non sine vino, Serenus. atqui Plinius in verbis iam recitatis scribens, Sic fit et dentifricium, intelligere*

medicamentum proxime ab eo memoratum in vino bibendum contra sanguinis eruptiones, sed usto similiter putamine, et absque membrana, ut de proximo remedio dixerat. Si dentientium puerorum gingivae doleant, Aegineta¹⁴¹⁰ adipe Gallinaceorum molliendas consulit. Kiranides cerebro Gallinarum puerorum gingivas perfricari vult, ut dentes eorum absque dolore nascantur. Labiorum rimas, si Marcello, et Plinio¹⁴¹¹ credimus, adeps Gallinaceus vel Anserinus impositus egregie curat. Alias¹⁴¹² vero uterque membranam putaminis detractam ovo sive crudo, sive decocto ad eadem mala praedicant. Et Nicolaus Myrepsus¹⁴¹³ mirabilem inde curam promittit.

Tumorem mammillae repelles agitato ovo cum vino quinquies copiosiore, eo liquore madefactum linteum imponens: Ornithologus¹⁴¹⁴ ex libro Germanico manuscripto. Ad tonsillarum inflammationes, et anginas Galenus¹⁴¹⁵ iusculo Gallinae hoedive utitur. Et rursus alibi¹⁴¹⁶ ex Archigene describens fomentum, cuius vapor intra os recipiendus est, ad gurguliones inflammatos, et tonsillas: *Origanum*, inquit, *et*¹⁴¹⁷ *hyssopum*, cum sufficienti aceto diligenter in olla fervefacito obturata: operculum autem circa medium habeat foramen. Deinde arundinem ad foramen operculi, ac os aegri adaptato, ac fomentum admittito. Si vero os a fervore arundinis comburatur, ovum vacuum utrinque perforatum aegri in ore contineant, et per ipsum arundo inseratur. Kiranides ovum crudum ad ani rupturas adhibet ad inflammationes eiusdem commendat, sed Dioscorides¹⁴¹⁸, et Plinius, etsi diversimode, ovorum luteis utuntur. Ille enim ad

can also be done with wine as the remedy he just mentioned to be drunk with wine against bleedings, but after having reduced alike to ashes the eggshell, and without shell membrane*, as he had said about the just previous remedy. If gums of teething children give pain, Paul of Egina* advises to soften them with chicken's fat. Kiranides* prescribes to rub children gums with brain of hen so that their teeth may grow without giving pain. If we believe Marcellus Empiricus* and Pliny, the application of chicken's or goose's fat cures excellently the chaps of the lips. On the other hand both are praising against the same illnesses the shell membranes removed from either raw or cooked egg. Also Nicolaus Myrepsus* assures an amazing healing through their use.

After having beaten an egg with a five times greater quantity of wine you can decrease a swelling of the breast placing on it a napkin soaked with this fluid: the Ornithologist is saying this, who took it from a German manuscript book. Galen uses a broth of hen or kid against tonsils' and throat's inflammations. And again, in another treatise, describing a fomentation - a warm humid remedy - drawn from Archigenes*, whose vapor is to be introduced in mouth, against inflamed throats and tonsils, he says: *Heat carefully oregano* and hyssop* with enough quantity of vinegar in a pot with the cover: however the cover has to own a hole in the center. Then fit a reed to the hole of the cover and to the mouth of the sick person, and let the fomentation to enter. But if the mouth is scalded by the heat of the reed, the patients have to hold in mouth an empty egg with a hole at both sides, and the reed must be inserted through the egg itself.* Kiranides uses raw egg against the lacerations of the anus and recommends it for its inflammations, but Dioscorides* and Pliny,

videtur, non quasi id quoque cum vino fiat, ut medicamentum proxime ab eo memoratum in vino bibendum contra sanguinis eruptiones: sed usto similiter putamine, et absque membrana ut de proximo remedio dixerat.

¹⁴¹⁰ *Epitomês iatrikês biblia eptâ - Totius rei medicae libri VII* per Janum Cornarium* ... latina lingua conscripti, J. Hervagius, Basel 1556.

¹⁴¹¹ *Naturalis historia* XXX,27: Linguae ulcera et labrorum hirundines in mulso decoctae sanant, adeps anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus parvae texuntur.

¹⁴¹² *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus.

¹⁴¹³ *Nicolai Myrepsi Alexandrini Medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo.*

¹⁴¹⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 441*.

For they are of easy digestion, and very large. Alexander of Afrodisia* makes mention of this. The French reckon the uropygial gland of roosters, hens and capons as military food. For they call veteran soldiers as eaters of uropygial gland: really it is certain that that one from fattened and very fat subjects is most pleasing to glutton: and anywhere it is usually shown as joke to lustful persons. Likewise hens' blood is not inferior to pigs' blood, but it is very worse than that of a hare. In Galen's time there were some who ate it. When our contemporaries kill hens they suspend them by feet so that the blood after coagulated near the wound assumes a spherical shape, and then becomes food.

Bartolomeo Sacchi called Platina* describes the following pie* made from heads and giblets of capons and hens. You will wash properly the small livers, lungs, legs, heads and necks of hens and birds. When washed and boiled you will transfer them without broth to a dish. You will add dill*, mint*, parsley and sprinkle pepper or cinnamon*, and at once you will serve them to dinner guests. Finally broths of these birds are not unpleasing.

Or better still, we read that among Egyptian women the broth of plump black hens deliberately made fatty is in very common use in public baths, to fatten themselves. And really each woman drinks the entire broth made from a single hen, and when bathing she devours the whole hen. Or else they take a very fat and fleshy black hen and stuff in her belly three drachms each [around 10 g] of crushed hazelnuts, sweet almonds, pistachios*, pine nuts and peas: after prepared her in this fashion they properly boil her in water, and a single woman while in the bath within only one day eats all of her overcooked, and she drinks her broth, in which they also boil sarcocolla*, and the woman who has to fatten continues to do this for several days.

In almost the same way they eat another well cooked hen and drink its broth: but first they give it to eat a pound [327.45 g] of clean wheat overcooked in water: when the hen has eaten it she cuts off the head of the

¹⁵⁰⁸ 2 *Prob.* 7. (Aldrovandi) § Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 392*: Cur gallinaceorum testes, quos lacte saginant, amplissimi et concoctu faciles fiant, causam adfert Alexander Aphrodisiensis in *Problematis* 2. 73. interprete Gaza.

¹⁵⁰⁹ Vista la considerazione particolare in cui *erano* tenuti i Ministri di Dio, all'uropygio venne attribuito il nome di *Boccone del Prete*. A mio avviso suona invece un po' irriverente il termine inglese riservato all'uropygio: *Parson's nose*, cioè naso del Parroco.

¹⁵¹⁰ Lib. 3 *de Aliment.* (Aldrovandi)

¹⁵¹¹ *De honesta voluptate.*

comederit, Gallinam decapitat¹⁵¹², coquit, totamque in balneo comedit, et totum insuper ius ebibit. Idem quoque facit aliae, sed alio modo Gallinam coquendam praeparant. Nam pisa, et triticum ad libram semis in aqua decoctum Gallinae comedendum exhibent, quod ubi totum comederit, decapitatam decoquunt, solamque comedunt, eiusque ius potant illa die, quinquesque hoc illae facitare solent. Author horum omnium est Prosper Alpinus¹⁵¹³.

Insuper Antagoras poeta tanti Gallinaceum ius fecit, ut Athenaeus scribat¹⁵¹⁴, ire noluisse in balneum cum aliquando Gallinam elixaret, ne pueri, absente eo, absorberent iusculum.

Ut modo de apparatu harum avium cum aliis rebus aliquid dicamus {.<,> Apicium in primis, et Platinam sequi placuit. Sunt certe apparatus varii. Apicius¹⁵¹⁵ cum conchiclas quasdam (sic dicta edulia a faba conch{id}e, ut puto¹⁵¹⁶) cum faba, et cum pisa descripsisset: aliter, inquit, conchiclam sic facies: *Pullum {levas} <lavas>, exossas, concidis minutatim cepam, coriandrum, cerebella enervata, mittis in eundem pullum, liquamine, oleo, et vino ferveat: cum coctus fuerit, concidis minutatim cepam, et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam, accipies conchiclam pro modo, componis varie: deinde teres piper, cuminum: suffundis ius de suo sibi. Item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies, et inferes.*

hen, cooks the hen, and eats all the hen while is in the bath, and in addition drinks all the broth. Also other women usually do the same thing but they prepare the hen to be cooked in another way. For they give the hen around half a pound of peas and wheat to be eaten and after she ate the whole they cook her after cut off her head and they eat her alone, and drink her broth on that day, and they are accustomed to do this five times. Author of all these things is Prospero Alpino*.

Furthermore the poet Antagoras of Rhodes* has extolled the chicken's broth to such an extent that Athenaeus* is writing that he didn't want to go into the bath when sometimes he was cooking a hen, lest the young slaves should drink the broth in his absence.

Now, in order to say something along with other data about the preparation of these birds, I thought proper to follow first of all Apicius and Platina. Certainly there are different ways for preparing them. Apicius described certain little fava beans - or soups from fava beans* with peelings - (they are foods so called from fava bean with its peel, as I think) done with fava bean and pea, and he says: *You will make a little fava beans soup in another manner as follows: Wash a chicken, bone it, cut into little pieces onion*, coriander*, brains without nerves, put them in the chicken itself, it has to boil with sauce of fish, oil and wine: when it will be cooked chop up onion and coriander, strain over this cooked unseasoned pea, you will take little fava beans soup in proportion, arrange in different ways: then you will crush pepper, cumin*: you pour on them its broth. You also break two eggs in a mortar, beat them, scatter their juice on entire boiled peas, or you will garnish with nut's kernels, and cook on a slow heat, and you will dish.*

¹⁵¹² È veramente esilarante, intrigante nonché stressante questo continuo passaggio del verbo dal singolare al plurale, che equivale al passaggio da una sola donna - la divoratrice di tutta la gallina - a più donne, tutte quante preparatrici della gozzoviglia egiziana con un'identica ricetta!

¹⁵¹³ *De Medicina Aegyptiorum libri quatuor*, Liber 3, cap. 16. (Aldrovandi)

¹⁵¹⁴ *Deipnosophistai* VIII,25,340f. § Nella traduzione inglese del 1854 a cura di C. D. Yonge l'equivalente del latino *pueri* - οἱ παῖδες - viene tradotto con *slaves*, cioè schiavi, e siccome il latino *pueri* tanto come il greco οἱ παῖδες significa anche giovani schiavi, allora ci adeguiamo a Yonge. Insomma, è come quando un nostro giovane inserviente lo chiamiamo ragazzo.

¹⁵¹⁵ L. 5 *artis coquin.* (Aldrovandi) § Apicio *De re coquinaria* V,4,5: Aliter conchiclam sic facies: concidis pullum minutatim, liquamine, oleo et vino ferveat. Concides minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam. Accipies conchiclam, pro modo componis varie. Deinde teres piper, cuminum, suffundis ius de suo sibi. Item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies et inferes. (www.fh-augsburg.de) - [...] Accipies conchiclam, pro modo componis varie. [...] (www.thelatinlibrary.com)

¹⁵¹⁶ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 387*: Apparatus varii. Apicius lib. 5. Artis coquinariae, cum Conchiclas quasdam (sic dicta edulia a faba conchide [conche], ut puto) cum faba et cum pisa descripsisset: Aliter (inquit) conchiclam sic facies: Pullum lavas, exossas, concidis minutatim cepam, coriandrum, cerebella enervata: mittis in eundem pullum: liquamine, oleo et vino ferveat, cum coctus fuerit, concidis minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam, accipies conchiclam pro modo, componis varie: deinde teres piper, cuminum: suffundis ius de suo sibi. item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies, et inferes.

Aliter¹⁵¹⁷ conchicla farsilis, sive conchiclatus pullus, vel porcellus: *Exossas* [296] *pullum a pectore, femora eius {iungis} <iungis> in porrectum, surculo alligas et impensam paras, et facies alternis pisam lotam, cerebella, lucanicas, et caetera: teres piper, ligusticum, origanum, et Zinziber. Liguamen suffundis, passo{,} et vino temperabis. Facies ut ferueat, et cum ferbuerit, mittis modice, et {pisam} <impensam> cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis, et in operculo deponis, et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes.*

Apud eundem item alibi¹⁵¹⁸ istos leges apparatus. *In pullo elixo ius crudum. Adiciis in mortarium anethi semen, mentham siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adiciis caryotam: refundis liquamen, sinapis modicum, et oleum: defruto temperas, et sic mittis {in pullum anethatum. Aliter pullus}. <Pullum anethatum:> Mellis modice liquamine temperabis. {Lavas} <Levas> pullum coctum, et sabano mundo siccas, charaxas, <et ius scissuris infundis, ut combibat: et cum combiberit, assabis, et suo sibi iure pinnis tangis>, piper asperges, et inferes.*

Pullus Parthicus¹⁵¹⁹. *Pullum aperies a navi (de hac parte alibi¹⁵²⁰ nostram aperuimus sententiam) et in quadrato ornas: teres piper, ligusticum, carei modicum, suffundis liquamen, vino temperas, componis in cumana pullum, et condituram super pullum facies: laser, et vinum {inter illas} <in tepida>¹⁵²¹ dissolvis, et in pullum mittis simul, et coques, piper asperges, et inferes.*

Apicius* - In another manner, a stuffed little fava beans soup, that is chicken or piggy cooked with fava beans*: *You bone the chicken from the breast, join its straightened legs, fix with a skewer and prepare the ingredients, and you will arrange alternatively washed peas, brains, Lucanian sausages* and so on: you will mince pepper, lovage*, oregano* and ginger*. Sprinkle sauce of fish and blend raisin wine. Bring to the boil and when it is boiling you cook on a slow heat, and when you will have seasoned the ingredients, arrange them alternatively in the chicken, cover with the omentum and place in a cover and put in oven so that they cook slowly, and dish.*

Still in his treatise in another chapter you can read the following recipes. RAW BROTH IN BOILED CHICKEN. *You will put in a mortar dill seed*, dried mint*, root of silphium*, sprinkle vinegar, add date: pour sauce of fish, a little mustard* and oil: season with cooked wine and so dish. CHICKEN WITH DILL: you will season with a little honey and sauce of fish. Take a cooked chicken and dry it with a clean linen, make incisions, and put broth in the cuts so that it becomes soaked and when it became impregnated you will roast it and with feathers brush it with its juice, sprinkle pepper and dish.*

PARTHIAN* CHICKEN. *You will open the chicken starting from belly (about this part I explained my point of view elsewhere) and arrange it in a square shape: you will mince pepper, lovage, a little caraway seeds*, sprinkle sauce of fish, add wine, arrange the chicken in an earthenware of Cuma* and pour the seasoning over the chicken: dissolve silphium and wine warming up them and put them together in the chicken, and let cook, sprinkle with pepper and dish.*

¹⁵¹⁷ Apicio *De re coquinaria* V,4,6: Aliter conchicla: conchiclatus pullus vel porcellus: exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam [conchicla farsilis] paras. et facies alternis pisam lotam, cerebella, lucanicas et cetera. teres {piper,} ligusticum, origanum et zingiber, liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferueat, et, cum ferbuerit, mittis modice. et impensam cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis et in operculo deponis et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes. (www.fh-augsburg.de) § Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 387-388*: Aliter conchicla farsilis, sive conchiclatus pullus vel porcellus: Exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam paras, et facies alternis pisam lotam, [388] cerebella, lucanicas, et caetera, teres piper, ligusticum, origanum et zingiber. liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferueat. et cum ferbuerit, mittis modice et pisam cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis, et in operculo deponis, et in furnum mittis ut coquantur paulatim, et inferes.

¹⁵¹⁸ *De re coquinaria* VI,9,1.a.-1.b.: 1.a. In pullo elixo ius crudum: adiciis in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adiciis caryotam, refundis liquamen, sinapis modicum et oleum, defrito temperas et sic mittis. - 1.b. Pullum anethatum: mellis modice, liquamine temperabis. levas pullum coctum et sabano mundo siccas, charaxas et ius scissuris infundis, ut combibat, et cum combiberit, assabis et suo sibi iure pinnis tangis. piper aspersum inferes. (www.fh-augsburg.de) § Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 388*: In pullo elixo ius crudum. Adiciis in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem: suffundis acetum: adiciis caryotam: refundis liquamen, sinapis modicum et oleum: defruto temperas, et sic mittis in pullum, anethatum. Aliter pullus. Mellis modice, liquamine temperabis. {Lavas} <Levas> pullum coctum, et sabano mundo siccas, charaxas, et ius scissuris infundis, ut combibat: et cum combiberit, assabis, et suo sibi iure {pertangis} <pinnis tangis>, piper asperges et inferes.

¹⁵¹⁹ VI,9,2.

¹⁵²⁰ A pagina 196*.

¹⁵²¹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 388*: laser et vinum inter illas dissolvis,[...] - www.fh-augsburg.de: laser [et] vivum in tepida dissolvis,[...].

Pullus oxyzomus¹⁵²²: *Olei acetabulum maiorem satis modice, liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum perquam minorem, piperis scrupulos sex<,> petroselinum, porri fasciculum.*

Pullus laseratus¹⁵²³. *Aperies a navi, lavabis, ornabis, et in cumana ponis: teres piper, ligusticum, {laser, vinum} <laser vivum>¹⁵²⁴, suffundis liquamen: vino, et liquamine temperabis, et mittis pullum: coctus si fuerit piperem aspersum inferes.*

Pullus elixus cum cucurbitis elixis¹⁵²⁵. *Iure suprascripto addito sinapi perfundis, et inferes.*

Pullus elixus cum colocasiis elixis¹⁵²⁶: *Suprascripto iure perfundis, et inferes.*

{Facit} <Facis>¹⁵²⁷ et in elixum cum olivis colymbadibus non valde (impletum) ita ut laxamentum habeat, nec dissiliat dum coquitur in olla: submissum in sportellam cum bullierit, frequenter lavas, et ponis, ne dissiliat.

Pullus Varianus¹⁵²⁸ (a Vario¹⁵²⁹ Heliogabalo fortassis, alias Vardanus) *Pullum coque iure hoc: liquamine, oleo, vino, fasciculum porri, coriandri, satureiae, cum {con}coctus¹⁵³⁰ fuerit, teres piper, nucleos cyathi {i}os duos, et ius de suo sibi suffundis, et fasciculos proijcies, lacte temperas, et reexinanes in mortarium supra pullum, ut ferveat: obligas cum albamentis ovorum tritis, ponis in lance, et iure supradicto perfundis. Hoc ius candidum appellatur.*

Pullus Frontonianus¹⁵³¹. *Pullum praedura<,> condies liquamine oleo mixto, cui mittis fasciculum anethi, porri, satureiae, et coriandri viridis, et coques, ubi coctus fuerit, levabis< >eum<,> in lance{,} {de fruto} <defruto> perfundes, piper asperges, et inferes.*

Pullus tractogalatus¹⁵³² (a {tracte} <tracta>¹⁵³³, et lacte quibus condiebatur, ut Humelbergius

CHICKEN IN HOT SAUCE: *A rather large acetabulum - goblet for vinegar - of oil in restrained quantity, a smaller acetabulum of fish sauce, a further smaller acetabulum of vinegar, six scruples [around 7 g] of pepper, parsley, a posy of leek*.*

CHICKEN WITH SILPHIUM: *You will open it starting from belly, then wash it, garnish and put it in an earthenware of Cuma: mince pepper, lovage, fresh silphium, sprinkle sauce of fish: you will season it with wine and fish sauce, and cook the chicken: when cooked, after a sprinkling of pepper dish it.*

BOILED CHICKEN WITH BOILED PUMPKINS. *After aforesaid broth has been added, pour on mustard and dish.*

BOILED CHICKEN WITH BOILED TAROS*: *Pour the aforesaid broth on it and dish.*

You can also boil it, not too much (stuffed) with marinated olives so that there is some empty room and it doesn't break while cooking in pot: placed in a small basket after had boiled, you wash it several times and put it back so that it doesn't break.

CHICKEN À LA VARIUS (perhaps from Varius Heliogabalus*, otherwise called à la Vardane*): *Boil the chicken in this broth: sauce of fish, oil, wine, a posy of leek, coriander*, savory*, when cooked you will mince pepper, two cyathi [100 ml] of nut's kernels, and sprinkle it with its broth and you will throw away the posies, sweeten with milk, and you will drain it again in a mortar as well as the chicken so that it gets boiling: blend with beaten egg white, place in a tray and sprinkle with the aforesaid broth. This broth is said candid.*

CHICKEN À LA FRONTO [Marcus Cornelius Fronto?]*: *Let a chicken grow hard, you will season it with fish sauce mixed with oil adding a posy of dill, leek, savory and green coriander, and cook, when cooked take it out, in a tray sprinkle it with cooked wine, scatter pepper and dish.*

CHICKEN WITH MILK (*tractogalatus* from *tracta*, puff pastry, and *lac*, milk, by which it was seasoned, as

¹⁵²² VI,9,3.

¹⁵²³ VI,9,5.

¹⁵²⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 388*: ligusticum, laser, vinum:[...] - www.fh-augsburg.de: laser vivum, [...].

¹⁵²⁵ VI,9,9.

¹⁵²⁶ VI,9,10.

¹⁵²⁷ VI,9,11. - www.fh-augsburg.de: Facis et in elixa[...]. - Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 388*: {Facit} <Facis> et in elixum cum olivis colymbadibus non valde (impletum,) ita ut laxamentum habeat, ne dissiliat dum coquitur in olla: submissum in sportellam cum bullierit, frequenter lavas et ponis ne dissiliat.

¹⁵²⁸ VI,9,12.

¹⁵²⁹ Lampridio* *Elagabalus* o *Heliogabalus* (Marcus Aurelius Antoninus) I.1: Vitam Heliogabali Antonini, qui Varius etiam dictus est,[...]

¹⁵³⁰ www.fh-augsburg.de & Conrad Gessner: ... cum coctus fuerit...

¹⁵³¹ VI,9,13. - www.fh-augsburg.de: ubi coctus fuerit, levabis eum, in lance defruto...

¹⁵³² VI,9,14.

¹⁵³³ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 388*: Pullus tractogalatus, (a tracta et lacte quibus condiebatur, Humelbergius.)

exponit). *Pullum coques liquamine, oleo, vino cui mittis fasciculum coriandri, caepam: deinde cum coctus fuerit, levabis eum de iure suo, et mittis in cacabum novum lac, et salem modicum: mel, et aquae minimum, id est tertiam partem, ponis ad ignem lentum, ut tepescat: tractum confringis, et mittis paulatim, assidue agitas, ne uratur, pullum illic mittis integrum, vel carptum, versabis in lance, quem perfundes iure tali: piper, ligusticum, origanum: suffundis mel, et defrutum modicum, et ius de suo sibi temperas in cacabulo: facies, ut bulliat: cum bullierit, amylo obligas, et inferes.*

Pullus farsilis¹⁵³⁴. *Pullum sic, ne aliquid in eo remaneat, a cervice expedis, teres piper, ligusticum, Zinziber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebellum ex iure coctum: ova confringis, et commisces, ut unum corpus efficias, liquamine temperas, et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundantes, fac impensam, ac imple pullum, vel procellum ita ut laxamentum habeat. Similiter et in capo facies. Accipies pullum, et ornas, ut supra: aperis illum a pectore, et omnibus eiectis coques.*

Pullus {L}<l>eucozomus¹⁵³⁵. *Accipias aquam, et oleum Hispanum abundans, agitur, ut ex se ambulet, et humorem consumat; postea cum coctus fuerit, quodcunque olei remanserit, inde levas, piper asperges, et inferes.*

Haec omnia Apicius, qui etiam quod omiseram, primum haec scripserat. *In Isicia de pullo¹⁵³⁶: Olei floris libra una, liquaminis quartarium, piperis semuncia. Aliter de pullo¹⁵³⁷. Piperis grana triginta, et unum conteres, mittis liquaminis optimi calicem, {caraeni} <caroeni> tantundem, aquae XI. mittes, et ad vaporem ignis pones{:}<.>*

Isicia¹⁵³⁸ de Pavo primum locum habent, ita si fricta fuerint, ut callum vincant: secundum Isicia de Phasianis, tertium de cuniculis, quartum de pullis.

Aliter¹⁵³⁹ (Isicium amylatum). *Ossicula de pullis expromas, deinde mittis in cacabum porros, anethum, salem, cum cocta fuerint, addes piper, apii semen, deinde orindam (forte oryzam cuius, et paulo ante meminerat in simili Isicio amy lato. Sed Humelbergius ex Hesychio orindam*

Gabriel Hummelberg* explains): *Let cook a chicken in fish sauce, oil, wine, to which you add a posy of coriander, some onion*: then when cooked you will remove it from its broth and place milk in a new pot and a little bit of salt: simmer honey and a very little bit of water, that is the third part, so that it tepesies: crumble puff pastry and add it bit by bit, stir frequently so that it doesn't burn, place the chicken whole or asunder, transfer it in a tray and sprinkle it with the following sauce: pepper, lovage, oregano: pour honey and a little bit of cooked wine, and sweeten its broth in a pot: bring it to the boil: when boiling blend with starch* and dish.*

STUFFED CHICKEN: *You will prepare the chicken starting from the neck so that nothing remains in it, mince pepper, lovage, ginger, chopped meat, boiled emmer*, mince the brain cooked in broth: break some eggs and mix them until an unique mass is done, season them with fish sauce and put a little bit of oil, entire pepper, abundant nut's kernels, prepare a stuffing and fill the chicken or the piggy so that it has an empty room. Likewise you will do also in the capon. You will take the chicken and garnish it as said before: you will open it starting from breast and will cook it after what is inside has been removed.*

CHICKEN IN WHITE SAUCE: *You have to take water and plenty of Spanish oil, it is shaken so that it flows alone and hides the water; then, when cooked, whatever quantity of oil will be there, you remove it from there, sprinkle it with pepper and dish.*

Apicius provides all these recipes, who in first place also wrote what follows and which I omitted. SAUSAGES OF CHICKEN: *A pound [327.45 g] of best oil, a fourth of sextarius [125 ml] of fish sauce, one-half ounce [13.64 g] of pepper. ANOTHER KIND OF SAUSAGES OF CHICKEN: You will mince thirty-one grains of pepper, add a goblet of best fish sauce and the same of cooked wine, you will pour eleven goblets of water and will place on the smoke of a fire.*

The sausages of peacock have the top position if fried so as to lose hardness: the second place belongs to pheasant sausages, the third to those of rabbit, the fourth to those of chicken.*

Another recipe (SAUSAGE WITH STARCH): *You have to remove the little bones from chickens, then put in a pot leeks, dill, salt, when cooked you will add pepper, fennel seed*, then mince brewed orinda (perhaps oryza - rice - which he had also mentioned shortly before in a quite similar sausage with starch. But Gabriel Hummelberg,*

¹⁵³⁴ VI,9,15.

¹⁵³⁵ VI,9,16.

¹⁵³⁶ II,2,3.

¹⁵³⁷ II,2,4.

¹⁵³⁸ II,2,6.

¹⁵³⁹ II,2,9.

interpretatur semen simile sesamae, etc.) *infusam teres: addes liquamen, et passum, vel defrutum, omnia misces, et cum isiciis inferes.*

Dipnosophistis apud Athenaeum¹⁵⁴⁰ Gallus cum oxyliparo apponitur. Γαλεούς και βατίδας ὅσα τε τῶν γενῶν ἐν ὀξύλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται, inquit ibi Timocles comicus {>} <.> Est autem forte oxyliparum trimma¹⁵⁴¹ seu condimentum idem, aut simile quale supra in pullo {oryzomo} <oxyzomo> Apicius descripsit, quod conficitur aceto, liquamine, et oleo, quae lipara, id est pinguis sunt. Sed Hermolaus, sese invenisse, ait, oxyliparon genus esse iuris, in quo raiae, et caeteri eius naturae pisces mandi soleant.

Egregia quaedam condimenta pro pullis coctis describit Antonius Guainerius¹⁵⁴² <in> capite de restaurando appetitu.

Pullus in agresta. Pullum cum salita carne decoquito: ubi semicoctus fuerit grana uvae, sublatis e medio vinaceis, in cacabum ferventem indito: [297] petroselinum, et mentham minutatim concidito, piper, et crocum in pulverem conterito. Haec omnia in cacabum, ubi pullastra cocta fuerit, coniiicito, et patinam statim facito. Hoc obsonio nihil salubrius. Admodum {>} enim alit<,> facile concoquitur, stomacho, cordi, hepatis, renibus convenit, ac bilem reprimat, ex Platina¹⁵⁴³.

Et mox¹⁵⁴⁴: Pullus assus: Pullum bene depilatum, exinanitum, et lotum assabis. Asso, atque in

inferring from Hesychius of Alexandria*, translates with *orinda* a seed similar to sesame, etc.): *you will add fish sauce and raisin or boiled wine, mix all this and dish with sausages.*

In Athenaeus* a rooster with vinegar and oil is served to Dipnosophists. Here Timocles* the comic poet says: *Galeoús kai batídas hōsa te tōn genōn en oxylipáro, trimmati skeuázetai.* - *Sharks and rays and quite a lot of subjects of this kind are prepared in a sauce piquant and fat.* For perhaps the *oxyliparum* is the *trimma* or seasoning, alike or similar to that Apicius described before in chicken with piquant sauce, which is made with vinegar, fish sauce and oil, which are *lipara*, that is fat. But Ermolao Barbaro* says he found that *oxyliparon* is a kind of juice in which usually rays and other fishes of this kind are eaten.

Antonio Guainerio* describes certain excellent condiments for boiled chickens under the chapter of restoring the appetite.

Page 297

CHICKEN IN VERJUICE*. Cook the chicken with salty flesh for a long time: when it is half cooked, put in the hot pot some grape-seeds taken from the center of marcs: chop up properly parsley and mint, grind pepper and saffron*. Throw all these ingredients in the pot where meanwhile the pullet has cooked, and immediately prepare a course. Nothing is more healthful than this food. For it is extremely nourishing, is easily digested, is good for stomach, heart, liver, kidneys, and suppresses anger. Drawn from Platina*.

And soon after: ROAST CHICKEN: You will roast a well plucked, emptied and washed chicken. When

¹⁵⁴⁰ Liber 8. (Aldrovandi) - Si tratta in realtà del libro IX,34,385a. § Giustamente Lind (1963) dà questa referenza - 9.385 - e sottolinea che *gallus* è un qui pro quo: il testo greco dice *Galeoús*, che è l'accusativo plurale di *galeós*, il pescecane. § L'errore della citazione proviene, come è ovvio, da Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 388*: Gallus cum oxyliparo apponitur Dipnosophistis apud Athenaeum lib. 8. [...] idem aut simile quale supra in pullo oxyzomo Apicius descripsit,[...].

¹⁵⁴¹ Il sostantivo greco neutro *trimma* - da *tribo*, trebbiare, tritare - è una cosa logorata, una raschiatura, una salsa, frammenti di qualcosa.

¹⁵⁴² L'errore della citazione proviene, come è ovvio, da Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 389*: Egregia quaedam condimenta pro pullis coctis describit Ant. Gainerius in capite de restaurando appetitu.

¹⁵⁴³ *De honesta voluptate* liber 6 cap. 16. (Aldrovandi). Il riferimento è tratto da Conrad Gessner. - In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 15.

¹⁵⁴⁴ *De honesta voluptate* liber 6 cap. 17. (Aldrovandi). Il riferimento è tratto da Conrad Gessner. - In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 16. § Aldrovandi manco l'ha visto il testo di Platina. Ha visto solo quello di Conrad Gessner, che invece del platiniano *refrigerat* ha l'inesistente *refrigeat*. *Historia animalium III* (1555) pag. 389*: Et mox cap. 17. Pullus assus. Pullum bene depilatum, exinanitum et lotum assabis. asso, atque in patinam imposito, antequam refrige<r>at, aut succum mali medici, aut agrestam cum aqua rosacea, saccaro ac cinnamo bene trito infundes, convivisque appones. Hoc Bucino non displicet, qui acria (acida) simul ac dulcia appetit, ut bilem reprimat et corpus obeset. § Conviene aggiungere che Aldrovandi manco deve aver fatto ricerche di cucina. Cita tutto quello che cita Gessner e basta, citando perciò - e ricitando - il tedesco Baltasar Staindl*, tralasciando invece insigni italiani. Manco gli è passato per l'anticamera del cervello di riportare qualche ricetta di Bartolomeo Scappi*, presunto Bolognese, conosciuto all'estero e non solo in Italia. Questo suggerimento mi è stato fornito da una persona competente, Marie Josèphe Moncorgé, in una e-mail del 16 settembre 2005: Le

patinam imposito, antequam refrige<r>at, aut succum mali medici¹⁵⁴⁵, aut agrestam cum aqua rosacea, saccaro, ac cinnamomo bene trito infundes convivisque appones. Hoc Bucino¹⁵⁴⁶ non displicet, qui acria (acida) simul ac dulcia appetit, ut bilem reprimat, et corpus obeset. Idem alibi¹⁵⁴⁷ praescribit quomodo paretur pastillus ex quavis carne animantis cicuris, ut vituli, Capi, Gallinae, et similia.

E pullastris pastilli ex libro Germanico Baltasaris Stendelii, ut citat Ornithologus: Pastillo confecto pullastras rite paratas membris confractis impone: et pro magnitudine pastilli tria, aut quatuor ova, addito salem, et Zinziber satis abunde. Per aestatem convenit etiam uvas passas corinthiacas addi, ut Caponibus quoque, et aliquid butyri recentis. Operculum etiam facies quale pro pastillo e Capo praescribitur, et ovis illines: horis duabus coques. Quod si frigidum habere malis, ius per foramen superius effundes, et pingui separato flatu, idem rursus affundito. Cum pulli in olla {operti} <operta>¹⁵⁴⁸ coquantur, vel assantur potius in butyro, affuso etiam vino modico cum semiassi sunt, nostri hoc genus cocturae stoffare vocant, Germani verdempffen¹⁵⁴⁹, latine forsitan suffocare dixeris, quemadmodum ova pnicata¹⁵⁵⁰, id est, suffocata Graeci efferunt.

roasted and placed in a course dish, before it cools you will pour on it either juice of an apple from Media* - of orange*, or better, of citron* -, or verjuice with rose water, syrup of cane sugar and cinnamon* well minced, and you will serve to guests. This recipe is not displeasing to Bucinus who is greedy for things which are at the same time pungent (sour) and sweet, to repress anger and fatten up the body. Still Platina elsewhere gives instructions about how to prepare a pie* based on any kind of meat from domestic animal, as calf, capon, hen and similar.

PIES OF PULLETS drawn from the book in German of Balthasar Staindl*, as the Ornithologist is quoting: After you prepared the wrap of pastry, put on it the pullets prepared as usual with disjointed limbs: and three or four eggs according to the size of pastry wrap, add salt and a fair bit of ginger*. In summer it is worthwhile to add also raisins of Corinth, as to capons too, and some fresh butter. You will also prepare a covering, as prescribed for capon pie, and sprinkle it with eggs: let cook for two hours. But if you prefer it cold, pour out the broth through the upper hole and after the fat has been separated with a blow, pour it on again. When chickens are cooked in closed pot, or when are roasted preferably in butter with also a sprinkling of a little wine when half roasted, our people call this kind of cooking *stufare* - to stew, the Germans *verdempffen*, in Latin perhaps you could say *suffocare* - to smother, as the Greeks call *pnictà* - cooked in a well closed pot - the eggs, that is, smothered.

texte d'Aldrovandi, que vous m'avez envoyé, est très intéressant, car il donne une idée des auteurs qui sont considérés comme une référence à l'époque. Je suis donc très étonnée de voir qu'Aldrovandi, après avoir fait référence à Apicius pour l'époque antique, se contente de citer Platine et Staindl pour la période médiévale/Renaissance. A-t-il seulement copié le suisse Gessner? Dans ce cas, je comprend qu'Aldrovandi cite des auteurs allemands et des mots de vocabulaire culinaire allemand. Mais s'il a fait un travail personnel, comment expliquer que le savant qui a beaucoup vécu à Bologne ne cite pas les recettes du grand cuisinier du pape et originaire de Bologne: Bartolomeo Scappi (*Opera*, 1570)? Platine fait-il plus sérieux? C'est effectivement un intellectuel et non pas un cuisinier, bien que ses recettes sont celles du cuisinier Maestro Martino, ce qu'il reconnaît d'ailleurs. Encore merci pour ce texte, très intéressant.

¹⁵⁴⁵ II,5 - DE COCTONEIS - Coctonea dici cum de malis loquimur: et non coctona. Varronis ac Plinii auctoritate manifestum est: qui coctona inter ficus commemorant. [...] mala medica: quae vulgo narantia vocamus [...]. (*Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) § Probabilmente si tratta di un *qui pro quo* di Platina. La *narantia* dovrebbe etimologicamente corrispondere all'arancia*, mentre il *malum medicum* fin dai tempi dei Romani corrispondeva al cedro*. Siccome per Platina il *malum medicum* è l'arancia e prescrive una spremuta di *mali medici*, è giocoforza tradurlo con arancia, anche se un antico Romano avrebbe inteso una spremuta di cedro.

¹⁵⁴⁶ La notizia è derivata da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 389*, che a sua volta la deduce dal Platina: Hoc Bucino non displicet, qui acria (acida) simul ac dulcia appetit, ut bilem reprimat et corpus obeset. - It is difficult to determine whether this name is a mistake by Aldrovandi [by Platina!!!] for Dominicus Bucius, who wrote *Quaesita III Medicinalia, juxta Hippocratis, et Galeni mentem examinata* (ed. by A. Bucci, Venice, 1551; another ed., Leyden, 1577). A certain Bucinense (Niccolò degli Angeli) edited the *Scriptores Rei Rusticae* (Florence, 1515, 1521), but he is probably not referred to here. (Lind, 1963) § Niccolò Angeli, detto Angelo Buccinese, insigne latinista del XVI secolo, di Bùcine in provincia di Arezzo, nel Valdarno di Sopra.

¹⁵⁴⁷ *De honesta voluptate* liber 6 cap. 9. (Aldrovandi). - In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 10.

¹⁵⁴⁸ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 389*: Cum pulli in olla operta coquantur, vel assantur potius in butyro, [...].

¹⁵⁴⁹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 389*.

¹⁵⁵⁰ L'aggettivo greco *pniktós* significa soffocato, strangolato, cotto in vaso ben chiuso, stufato.

Sunt qui uvarum acinos cum pullo in olla operta coquant: deinde conterunt<,> exprimunt, et rursus ad pullum affundunt cum butyro{:}<.> Et rursus: Pullos rite paratos in ollam inde: vinum, et ius carniū affunde, cum modico {sale} <salis¹⁵⁵¹>, et aromatici pollinis crocei: quod si iusculum crassius desideras, segmenta duo panis albi tosta bullienti iuri iniicito, cum ferbuerint, extractis una cum iecore tritis exprimito succum colando per aromaticum pollinem, et rursus affundito, et perfecte coqui sinito. Sunt qui limonum segmenta cum pullis elixant, quae deinde iis, cum inferuntur, imponunt.

Cibarium contusum: Gallinam, vel Caponem percoquito, donec carnes bene mollescant, et in pila pulpam una cum ossibus contunde: quod si parum carnis fuerit, licebit etiam segmenta albissimi panis simul contere. Tum una cum iure omnia per aeneum vas colatorium exprimes, modicum generosi vini, et croci, aromatumque quantum satis videbitur, adiciēs, et coques aliquandiu, cum inferre volueris panem tostum subiicies, interdum ova extra testam in aqua cocta impones. Reliquias etiam Gallinarum, et Caponum a mensa, carnes scilicet cum ossibus aliqui contundunt, et ferculum parant: cui nonnulli elixum hepar agninum contusum adiciunt. Hic cibus puerperis, et iis qui venam secuerint, convenit, ex ante dicto Stendelio.

In pastillum Gallinaceum ex Platina¹⁵⁵²: Cristas pullorum trifariam, iecuscula quadrifariam dividito: testiculos integros relinquito, laridum tessellatim concidito, nec tundito: duas aut tres uncias vitulini adipis <minutatim concidito>, <aut loco adipis>¹⁵⁵³ medullam bubulam, aut vitulinam addito. Zinziberis, cinnami, sacchari, quantum satis erit sumito. Haecque omnia cum cerasis acribus (acidis) ac siccis ad quadraginta misceto, inditoque in pastillum ad id apte ex farina subacta factum. In furno, aut <sub textu>¹⁵⁵⁴ in foco decoqui potest. Semicoctum ubi fuerit, duo vitellos ovorum disfractos, modicum croci, et agrestae superinfundes.

Ius Gallinaceum cum amygdalis: Cape tibi

There are some people cooking grapes along with the chicken in a pot closed with cover: then they crush, squeeze and pour them again on the chicken with butter. And another recipe of Balthasar Staindl: Put inside a pot the chickens prepared as usual: add wine and meats' broth with some salt and aromatic flour of saffron: but if you desire a more fat little broth put in the broth when boiling two toasted slices of white bread, when they come to the boil, after they have been taken out and minced with the liver, squeeze the juice and strain it through the aromatic flour, and put it back in the pot, and let it cook properly. There are some people cooking slices of lemon with chickens and then put slices on them when are served.

CRUSHED DISH: Cook a hen or a capon for a long time until the meats are quite soft and crush the pulp with the bones in a mortar: but if there is little meat it is possible to crush together some chunks of very white bread. Then strain the whole along with the broth through a bronze sieve, you will add some good wine, and a quantity of saffron and spices you think enough, and you will cook for some time, and when you will serve, place beneath toasted bread, sometimes you will place over shelled eggs cooked in water. Some also crush leftovers of hens and capons, that is, bones with meat, and prepare a course: to which some add lamb's liver boiled and crushed. This food is suitable for those who have just born a child and for those who have been bled. From aforesaid Balthasar Staindl.

FOR A CHICKEN'S PIE drawn from Platina: Divide in three parts the combs of the chickens and their livers in four parts: keep the testicles entire, cut up the lard into small squares and do not pound it: cut up into small morsels two or three ounces [around 50-75 g] of calf fat, or in place of fat add marrow of ox or calf. Take as much as enough of ginger, cinnamon and sugar. And mix all these things with about forty sour (acid) and dry cherries, and put them in a suitable wrap of pastry made with kneaded flour. This can be cooked in oven or on fire under a dish towel. When it is half cooked pour on two beaten egg yolks, some saffron and verjuice.

BROTH OF CHICKEN WITH ALMONDS: Take half a

¹⁵⁵¹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 389*: Et rursus ad idem, Pullos rite paratos in ollam inde, vinum et ius carniū affunde, cum modico salis et aromatici pollinis crocei.

¹⁵⁵² *De honesta voluptate* liber 6 cap. 38. (Aldrovandi). Il riferimento è tratto da Conrad Gessner. - In *Libellus platine de honesta voluptate ac valiitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 37.

¹⁵⁵³ Il testo emendato è presente sia in Gessner che in Platina.

¹⁵⁵⁴ Il testo emendato è presente sia in Gessner che in Platina.

selibram amygdalarum, tres ovorum vitellos exiguos, iecuscula Gallinarum, panis e simila ad modum duorum ovorum, cremae lactis, quantum semiobolo emitur, ius Gallinae veteris perfecte coctum. Tum amygdalas contusas cum iure percolando exprime, et da. Vel pone prius in iure sic parato pullum prius coctum, et modice simul effervere sinito, ut densiusculum fiat, et modicum cinnamomi<,> {cariophyllorum} <caryophyllorum>¹⁵⁵⁵, salisque addito. Balthasar Stendelius.

Ex eodem ius viride pro Gallina, aut Pullo. Pyret<h>ro, samsucho, petroselino minutatim dissectis vinum affunde, simul agita, {saccarum} <saccaron>, et aromatis aliquid adde, et affunde iuri, in quo Gallina cocta est, nec amplius coquito, ne color viridis evanescat. Conditura pro Gallinis elixis: Gallinam elixam integram, vel in partes divisam, bene purgatam in ollam inde, permodicum aquae affunde cum paucis vino dulci, et butyri modicum adde, et pollinis aromaticis nonnihil de macere¹⁵⁵⁶, cinnamomo, {cariophyllis} <caryophyllis>. Cura diligenter <ne>¹⁵⁵⁷ diutius ad ignem maneat hoc ferculum, fit enim prorsus inutile. Tolles cum ad russum colorem Gallina vergit, et ius mediocre habet. Si dulce placuerit, {saccarum} <saccaron> per se, vel cum aromatibus adiciis.

Aliud edulium de pullis vel Capis cum pane tosto etc. ex eodem. Ipse Germanice vocat Plutzte hu<e>ner. Pullos, aut Capos assos frustatim dissectos saccharo cum aromatibus condies, ac vino dulci perfundes, imponesque segmentis e pane albo tostis eodem vino dulci madentibus: frigidum impones.

Condimentum, quo Gallina, vel pullus farcitur. Iecur, et ventriculum e Gallina manu diligenter eximes, ita ne quid frangas. Haec minutatim concisa cum ovo permisce, et croceum [298] colorem adde, si placet: addes et olus viride

pound [around 160 g] of almonds, three small egg's yolks, hen's livers, extra fine bread corresponding to two eggs, as much as milk cream can be brought with half an obol*, broth of old hen properly boiled. Then squeeze the almonds minced with the broth filtering them through a strainer, and serve. Or firstly place in the broth thus prepared a previously boiled chicken, and let them boil together a little bit so that it becomes a bit more concentrated and add a little cinnamon, clove* and salt. Balthasar Staindl.

A GREEN BROTH FOR A HEN OR A YOUNG CHICKEN, drawn from Balthasar Staindl. After Roman pellitory* - or Mount Atlas daisy, marjoram* and parsley have been finely grinded, pour wine over them, shake them jointly, add sugar and some spice, and pour in the broth in which the hen has cooked, and don't cook her any further lest the green color disappears. SEASONING FOR BOILED HENS: Place in a pot an entire boiled hen or divided asunder and well polished up, pour very little water with little sweet wine and add some butter and a little bit of aromatic powder gotten from nutmeg* or mace, cinnamon and cloves. Avoid carefully that this course remains too much time on fire, for it becomes quite unusable. You will remove it from fire when the hen is verging on red and has little broth. If you like it sweet, add sugar alone or with spices.

Again from Balthasar Staindl ANOTHER FOOD MADE WITH CHICKENS OR CAPONS WITH TOASTED BREAD ETC. He in German calls it *plutzte huener*. Season roasted and cut asunder chickens or capons with sugar along with spices and sprinkle them with sweet wine and place them on toasted slices of white bread soaked in the same sweet wine: you will serve cold.

Page 298

SEASONING BY WHICH A HEN OR A CHICKEN ARE STUFFED. With the hand you will carefully remove from the hen the liver and the gizzard so that nothing is broken. When finely cut up, mix them with an egg, and, if you wish, add a saffron* coloring: you will add

¹⁵⁵⁵ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 390*: [...] et modicum cinnamomi, caryophyllorum salisque addito, Balthasar Stendelius.

¹⁵⁵⁶ Il sostantivo greco neutro indeclinabile *máker* oppure *mákeir* indica in Dioscoride* l'arillo profumato della noce moscata* (Lorenzo Rocci). Arillo è l'involucro che si sviluppa attorno all'ovulo dei vegetali a partire dal funicolo, di aspetto generalmente carnoso e che permane ad avvolgere il seme, in parte o completamente, come per esempio quello rosso, ricco di sostanze zuccherine del tasso* o albero della morte, *Taxus baccata*. § In latino il vocabolo greco suona *macir* in Plinio *Naturalis historia* XII,32: Et *macir* ex India advehitur, cortex rubens radice magnae, nomine arboris suae. § Pierandrea Mattioli* fa una lunga disquisizione a proposito dell'identificazione sia del *máker* di Dioscoride che dell'equivalente *macir* di Plinio, ma per brevità accettiamo quanto riferito da Lorenzo Rocci, e accettiamo *macere* invece di *macir*, in quanto *macer* viene declinato da Mattioli come sostantivo latino maschile. § In italiano *macir* si è trasformato in *macis*, che è il nome commerciale dell'involucro carnoso - dell'arillo - che avvolge il seme della noce moscata: da fresco ha colore rosso vivo e diventa giallo rossastro quand'è essiccato.

¹⁵⁵⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 390*: Cura diligenter ne diutius ad ignem maneat hoc ferculum.

contusum, vel uvas passas minores, his immissis pollinem aromaticum affundes, et ventre<m>¹⁵⁵⁸ Gallinae religabis, eamque in olla coques eo genere, quod suffucationem vocant. Caeterum pro Gallina assanda, condimentum hoc in patella mixtum cum ovo subiges, et in ventrem immittes. Idem.

Aliqui Gallinam pullam in optimo vino albo {descoquant} <discoquant¹⁵⁵⁹>, et dissolutam coctione diutina exprimunt, colantque ius, et cum ovi vitello ad ignem miscent. Hac sorbitione prostratas aegrorum vires mirifice restaurari aiunt. Athenaeus¹⁵⁶⁰ meminit porcelli dimidia parte assi, et dimidia elixi, fartique Turdis, ac ventriculis Gallinaceis. Prandia apud Gallos elixas Gallinas accipiunt, {coenae} <caenae> assatas. Proceres ganeae brumalibus diebus edendas iubent. Vulgus a mense Februario appellat Februarinas, quibus nullam aliam escam anteponit. Alii toto anno in cibatu eas apponunt. Verum et in his, ut in caeteris animantibus ratio temporis est habenda. Franciscus Alvarez¹⁵⁶¹ a {Praesbitero} <Presbytero> Iano narrat appositas Gallinas, quarum caro simul cum ossibus pelle exuta erat, et variis delicatis aromatibus impleta, et tanto artificio iterum concinnatas, ut nullibi rupturae locus, aut vestigium appareret.

Admonet Nicolaus Massa, ut in omnibus Gallinarum apparatus modicum quid salis adhibeatur, quoniam ita sapidiores sint, et citius in ventriculum descendant. Illud etiam obiter admonitum velim nucem pullo inclusam illum longe celerius coqui facere, ut Corn. Agrippa memoriae prodidit: quod si verum est, (possit autem quispiam absque noxa ulla experiri) egregiam saepe in inopinato amicorum adventu utilitatem praestaret. Si vis, ut pullus saltet in

as well crushed kale, or small raisin; after these ingredients have been placed you will scatter spice dust and stitch up the belly of the hen and cook her in a pot in the fashion they call stewed, i.e. smothered. Moreover, to make a roast hen, mix in a frying pan this seasoning blended with an egg and you will put it in the belly. Still Balthasar Staindl*.

Some people cook properly a young hen in excellent white wine, and squeeze her when crumbled with a long cooking, and strain the broth and mix it on fire with an egg yolk. They say that by this drink are marvelously restored the prostrate energies of sick people. Athenaeus* quotes the piglet half roast, half boiled and stuffed with thrushes* and chicken's gizzards. Among French people at lunches they accept boiled hens, at suppers the roast ones. Tavern's managers require that they are eaten in winter days. The common people call them *Februarins* from February month, and they don't put any other food before these hens. Others put them in the menu during the whole year. In truth also for these as well as for other animals the season must be taken into account. Francisco Álvares* relates in *Verdadeira informação do Preste João das Índias* that hens put in table, whose meat had been stripped of skin along with bones and then filled of various delicate spices, had been then arranged with such great skill that nowhere was visible an area or a trace of tearing.

Nicola Massa* advises that little salt is used in all preparations of hens, since thus they are tastier and descend more quickly along the digestive tract. In the meantime I would also give that suggestion according to which a walnut inserted in the chicken lets it cook very more quickly, as Heinrich Cornelius Agrippa von Nettesheim* handed down: if this is true (really whoever could test this without any damage) often it would be extremely useful in the case of unexpected arrival of friends. Albertus Magnus* says: If you want

¹⁵⁵⁸ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 390*: [...] his immissis pollinem aromaticum affundes et ventrem gallinae religabis, [...].

¹⁵⁵⁹ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 390*: Aliqui gallinam pullam in optimo vino albo discoquant, [...].

¹⁵⁶⁰ Liber 9. (Aldrovandi) § *Deipnosophistai* IX 19,376c-d.

¹⁶⁶⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 404*: In excelsarum turrium apicibus gallinacei icon ex orichalco conflata, et inaurata plerunque, imponi solet, lamina ad ventum versatili. Vide Emblema Alciati quod in fine historia galli recitabitur.

¹⁶⁶⁸ Lib. 1 c. 8 hist. Medio. (Aldrovandi) - *Historia dell'antichità di Milano*, Venezia 1592.

Gallinam cum duodecim [septem¹⁶⁶⁹] pullis pariter aureis Theogillae¹⁶⁷⁰ reginae Christianarum rerum studiosissimae iussu confectam testatur¹⁶⁷¹, eamque ab illa in templo, quod Monzae D. Io. Baptistae voverat, inter alia regia dona memoriae consecrasse. Mirum, quod scribit Georgius Agricola, lapidem Eislebanum aliquando Galli effigiem referre.

Quod modo ad numismata attinet, in quibus imago Galli Gallinacei conspicitur, statuendum est ea vel in Galli, vel in Deorum, quibus consecratus erat, honorem, {cusa} <fusa> fuisse. In Mamertinorum in primis numismatibus Gallus figura erecta, ita ut velut cucurrere velle videatur, apparet cum astro prope eius collum: inscriptio est talis. {MAMEPTINΩA} <MAMEPTINΩN>¹⁶⁷² BPETTION. In altera nummi parte est figura erecta, pectus, ventremque duntaxat velata, dextra baculum cum flagello, sinistra hastam tenens: humi prope eam a dextra thorax, a sinistra parma iacet. Asis (regio puto sic dicta. Nam et Ovidius¹⁶⁷³, teste Abrahamo Ortelio, ita Asiam vocat) puerum delphino insidentem numis {insculpebant} <insculpebat>¹⁶⁷⁴:

hen with seven equally golden chicks* was made at behest of Queen Theodolinda*, keen student of Christian things, and that she consecrated her to memory along with other royal gifts in the church she devoted in Monza to Saint John the Baptist. It is outstanding what Georg Bauer* writes, that sometimes the stone of Eisleben* shows the image of a rooster.

Now, as far as coins is concerned on which the image of a rooster can be seen, it must be established whether they were minted in honor of the rooster or of the gods to whom it was sacred. First of all in the coins of Mamertines* a rooster is visible in upright stance as if seemingly about to crow, with a star near its neck: the inscription is the following: MAMERTINON BRETTION - of Bruttii*. On the other side of the coin there is an erect figure, with a veil only at breast's and abdomen's level, holding with right hand a stick endowed with scourge, a lance with left hand: on the ground nearby this figure at the right side a cuirass is lying, at the left a small and round shield. The Asians (I think that *Asis* is the so called Asiatic region. For also Ovid*, as Abraham Oertel* testifies, thus calls Asia) impressed on coins a boy setting on a dolphin: the Dardanians* - the Trojans* -

¹⁶⁶⁹ Impossibile risalire alla fonte degli erronei 12 pulcini, anziché 7 come attesta il manufatto che ancor oggi possediamo. § Ecco cosa troviamo in *Historia dell'antichità di Milano* (1592) I,8 quando Morigia sta elencando ciò che *Teodolina* donò alla Chiesa di San Giovanni Battista di Monza: [...] e vi lasciò ancora un tesoro, e una Pitta con docici (sic!) Pulcini d'oro masiccio (sic!) [...]. § È assai verosimile che 12 anziché 7 sia un madornale errore di Paolo Morigia. Scrisse di lui Girolamo Tiraboschi (gesuita, storico della letteratura ed erudito italiano, 1731-1794): le sue opere sono assolutamente mancanti di spirito critico. Questo ce lo riferisce www.provincia.va.it. Se non bastasse, l'*Enciclopedia Biografica Universale Treccani* (2007) aggiunge: scrisse moltissimo, accompagnando a un'estrema credulità la cura di raccogliere il maggior numero possibile di notizie e fatti. § Chi troppo vuole nulla stringe!

¹⁶⁷⁰ Introvabili nel web *Theogilla* nonché *Theogilia*. Raro *Teodolinda*. In inglese suona sia come *Theodelinda* che come *Theodolinda*. Paolo Morigia usò *Teodolina*. § Si potrebbe ipotizzare che Aldrovandi ribattezzò Teodolinda con Theogilla, ma l'illazione di cui si parla nella nota seguente fa sorgere il sospetto che Aldrovandi abbia tratto Theogilla da un'altra fonte di cui non dà referenza. § Lind (1963) ha tradotto con Theogilla.

¹⁶⁷¹ Si tratta di un'illazione di Aldrovandi, in quanto Paolo Morigia né in I,8 di *Historia dell'antichità di Milano* (1592) cui sta facendo riferimento Aldrovandi, né in altri punti di quest'opera, si sogna di affermare che la chioccia coi 7 pulcini - 12 per Morigia - venne realizzata per ordine di Teodolinda. Ecco le parole di Morigia che sta elencando ciò che la regina donò alla Chiesa di San Giovanni Battista di Monza da lei fatta edificare come *oraculum* nel 595: [...] e vi lasciò ancora un tesoro, e una Pitta con docici (sic!) Pulcini d'oro masiccio (sic!) [...]. § Il *Dizionario della lingua italiana* di Niccolò Tommaseo e Bernardo Bellini (1865-1879) riferisce che pitta equivale a gallina: PITTA s. f. per *Gallina* è voce fanciullesca, ma su per la Montagna pistojese lo dicono anche gli adulti. § In dialetto valenzano (Valenza - AL) e nelle aree circostanti si usa pita con una sola t per indicare la chioccia. Potrebbe trattarsi di un vocabolo di origine onomatopeica che rispecchia il continuo petulante richiamo emesso della chioccia ai suoi pulcini. Che pita indichi petulanza lo conferma ciò che si dice a una persona noiosa: Fa nijnta la pita - Non fare la chioccia ~ A t'è nuus acmè na pita - Sei noioso come una chioccia. § Grazie a Fernando Civardi* veniamo a sapere che anche a Milano la chioccia è detta pita, mentre a Motta Visconti (MI) è detta pitt. § Da non confondere la pitta di Morigia con pitta (voce di origine telugu, lingua dravidica parlata nell'India centro-orientale) che identifica un genere di uccelli passeriformi con una ventina di specie diffuse in Africa, Asia e Australia, come per esempio la Pitta del Bengala, *Pitta brachyura*.

¹⁶⁷² Ulteriore dimostrazione degli errori contenuti nel greco che ci ammannisce Aldrovandi. È possibile contraddire Ulisse anche se non disponiamo del testo di Hubert Goltz dal quale ha desunto le notizie numismatiche. Le numerose monete dei Bruzzi reperibili nel web portano come leggenda MAMERTINON e non MAMERTINOA. Si veda il lessico alla voce Mamertini*.

¹⁶⁷³ *Metam.* (Aldrovandi) - *Metamorphoses* V,648-649: Iam super Europen sublimis et Asida terram | vectus erat iuvenis: Scythicas advertitur oras. - IX,447- 449: Sponte fugis, Milete, tua, celerique carina | Aegaeas metiris aquas, et in Aside terra | moenia constituis positoris habentia nomen.

¹⁶⁷⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 404*: Asis (regio puto sic dicta) puerum delphino insidentem numis insculpebat, Dardanis gallorum pugnam, Pollux lib. 9. et Caelius.

Dardani<s> Gallorum pugnam: author est Pollux¹⁶⁷⁵, quod ideo fecisse eos Pierius Valerianus recte existimat, quoniam magnum pugnacitatis decus sibi antiquitus usurparent. Hinc honoratum semper apud Maronem Dardaniae nomen, cum secus Phryges fere semper ceu imbelles notentur.

Hubertus {Goltius} <Goltzius> {Selenontinorum} <Selinuntiorum> numismata, in quibus icon Galli conspicitur, depicta exhibit: in quorum primo viri nudi in adversa parte imago est, pateram dextra, sinistra lauri, vel olivae ramum tenentis: a dextra eius ara est, supra quam ignis, et ante eam Gallus tanquam festinanter currens, a sinistra cippus, cui insidit taurus, seu bos caput declinans, et cornibus suis incursum minitans: supra tauri tergus folium selini¹⁶⁷⁶ herbae (quam Latini apium nuncupant) a qua {Selinontis} <Selinuntis> urbs nomen obtinuit, item Selinus fluvius, qui haud procul ab eius urbis moenibus praeterlabebatur. Inscriptio numi est {ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ} <ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ>¹⁶⁷⁷. Ab altera numi parte biga est, cui duo insistent viri nudi, quorum alter qui est a dextra, lora equorum sinistra tenet, dextra sagittam tensi arcus: qui vero a sinistra stat arcum iam dictum dextra retinet, sinistra baculum, quo equos regat, et in hac parte nulla erat inscriptio, contra ac in altero eorundem {Selenontinorum} <Selinuntiorum> numo, in quo praedicta inscriptio est in parte bigae, in adversa vero istaec ΣΑΨΥΗ¹⁶⁷⁸, caetera eodem fere se habebant modo, nisi quod hic in ara focus non adsit, et taurus in cippo elaborato consistat. Tertium a primo differebat, quod ab utraque parte numi eadem inscriptio est {ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ} <ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ>, item in eo quod ab utraque cippi parte lauri ramus dependet.

portrayed a fight of roosters: Julius Pollux* writes this, and Giovan Pietro Bolzani* - alias Pierius Valerianus - thinks that they did this by right since in ancient times they were ascribing to themselves a great reputation of aggressiveness. Hence in Publius Vergilius Maro* the name of Dardania - Troy - is always esteemed, while on the contrary the Phrygians* are almost always branded as cowards.

Hubert Goltz* supplies reproductions of coins of Selinus* inhabitants on which the image of a rooster is seen: on the recto of the first coin there is the figure of a naked man holding a cup with the right hand, with the left a branch of laurel* or of olive: at his right side there is an altar with fire on it, and in front of the altar a rooster running almost at breakneck speed, at his left side there is a cippus on which a bull or an ox is sitting, with the head bent down, and threatening an attack with its horns: above the back of the bull there is a leaf of celery (called apium* by Latins) from which the city received the name of Selinus, as well as the river Selinus which flowed not far from the walls of that city. The inscription of the coin is SELINONTION. On the verso of the coin there is a two-horse chariot on which are two naked men, and that at the right is holding the reins of the horses with left hand, with the right the arrow of a drawn bow: the man at the left is grasping the aforesaid bow with right hand, with the left a stick by which to be able to rule the horses, and on this side there was no inscription, and on the contrary on another coin of the same Selinus inhabitants, on which there is the above-mentioned inscription, on the side where the two-horse chariot is present, on the obverse the inscription is this, SAPSYH, the other things were arranged almost in the same manner, except that in this coin on the altar there is no fire and the bull is on an elaborate cippus. The third coin differed from the first because on both sides of the coin there is the same inscription SELINONTION, and likewise because at both sides of the cippus a branch of laurel is hanging down.

¹⁶⁷⁵ *Onomastikón* lib. 9. (Aldrovandi)

¹⁶⁷⁶ Il sostantivo greco neutro *sélinon* viene tradotto con apio*, sedano, prezzemolo. Il nome scientifico del prezzemolo è *Petroselinum hortense*, dal greco *petrosélinon*, sedano che nasce tra le pietre, da *pétra*, pietra+*sélinon*, sedano.

¹⁶⁷⁷ Ennesima dimostrazione degli errori di cui straripa il greco propinatoci da Aldrovandi. È possibile contraddire Ulisse anche se non disponiamo del testo di Hubert Goltz dal quale ha desunto le notizie numismatiche. Le numerose monete di Selinunte reperibili nel web, e non solo nel web, portano come leggenda SELINONTION e non SELINONTION. § Inoltre è assai verosimile che si tratti di tetradracme e la tetradracma in greco suona *tetrádrachmon* che è di genere neutro, cui si adatta perfettamente l'aggettivo SELINONTION = di Selinunte = tetradracma di Selinunte. § A essere precisi SELINONTION andrebbe scritto SELINOYNTION, ma non ci è più possibile redarguire gli abitanti di Selinunte.

¹⁶⁷⁸ Si tratta della scrittura speculare di HYPASAS. § Nella leggenda della moneta la lettera H indica l'aspirazione, sostituita poi dallo spirito aspro che oggi si rappresenta così: ´. Infatti la traslitterazione dal greco del fiume Ipsas, oggi Belice, corrisponde a Hypsàs che è di genere maschile e dove la y è accompagnata dallo spirito aspro che nel nostro alfabeto viene espresso con H oppure h a seconda se il vocabolo inizia con la maiuscola o con la minuscola. § Per il fiume Belice si veda il lessico alla voce Selinunte*.

Quartum numisma ab omnibus diversum est. Hic enim nuda illa imago, quam Herculis esse remur, dextra pateram, ut in superioribus, sed sinistra clavam gestat aculeis armatam, et a parte dextra altare quidem astat, sed sine foco, ac magis quam in illis elaboratum, praeterea ante id serpens est capite erecto: a sinistra parte Gallus, atque demum supra eam Selini folium cum inscriptione ut in secundo, sed transpositis literis, nempe hoc modo ΗΥΨΑΣ. In aversa numi parte eadem imago taurum cornu prehensum retinens, sinistra erecta clava minitans: fuerit autem haud dubio taurus Eric<h>t<h>onius, quem Hercules [306] superasse dicitur: inscriptio {ΣΕΛΙΝΩΝΤΙΩΝ} <ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΟΝ>.

The fourth coin is different from all others. For here that naked figure we think to be of Hercules*, with right hand carries a cup, as in previous coins, but with left carries a cudgel endowed with stings, and this figure is standing at the right side of the altar, but without fire, which is more elaborate than in the others, moreover in front of the altar there is a snake with its head high: at left side of the altar there is a rooster and finally, on above, a leaf of celery with an inscription like in the second coin, but with transposed letters, and, that is, in this way, HYPAS. On the recto of the coin there is the same figure holding a bull seized by a horn, and with left hand threatening by holding the cudgel aloft: without doubt it would have been the bull Erichthonius - the furious bull raging in Crete island* - which is said to have been defeated by Hercules: the inscription is SILINONTION.

Page 306

In prioribus tribus Ursinus¹⁶⁷⁹ Herculem Aesculapio ad aram sacrificare putat, dum dextra pateram libatoriam exhibeat: sed forte eiusmodi iudicium ex quarto numo desumit, in quo, ut diximus, apertissima Herculis imago est, cum tauro dimicantis. Nam ubi ex professo de populorum istorum colonia, et rebus gestis scribit, secus sentire videtur, dum ab altera numismatum parte in bigis Apollini sagittario Galeoten filium, aut Empedoclem, aut Herculem latus existimat claudere. Scribit autem in haec verba: Urbi stagnum, sive aestuarium imminabat, quod aestate quum pestilentem ob Solis ardorem, aerem exalaret, civitati {pernitiosissimum} <pernitiosissimum> erat, cumque pestilias¹⁶⁸⁰ ob eam causam crassando evulgaretur, Empedocles Agrigentinus sapientia clarus, ut {Selinontinis} <Selinusiis/Selinuntii> remedium afferret, derivata ex {Selinonte} <Selinunte>, et Hypsa fluminibus, fossa, et unico alveo, ac maximo impetu utriusque fluvii aquis in stagnum irrumpentibus quum pigras prius, limo torpescentes, salsas stagni aquas motu copiaque dulcium aquarum diluisset, civitatem suo ingenio, et sumptibus ab ea lue liberavit; quo beneficio meritis est, ut {Selinontini} <Selinusiis/Selinuntii> tanquam civium liberatori, alterique velut Aesculapio

Fulvio Orsini* thinks that on the first three coins he is Hercules* who at the altar is sacrificing to Aesculapius* while with right hand shows the libation cup: but perhaps he infers such a supposition from the fourth coin on which, as we said, there is a more than evident portrait of Hercules fighting with the bull. For when he writes clearly about the colony and the deeds of these populations, he seems to think otherwise, when according to the other side of the coins he reckons that on two-horse chariots beside Apollo* bowman there are his son Galeotes*, or Empedocles*, or Hercules. For he writes by using these words: Nearby the city there was a pond or a lagoon, which in summer, when it was stinking out the air because of the heat of the sun, was extremely deadly for the population, and since for such a reason the pestilence - the malaria - was spreading by growing always heavier, Empedocles of Agrigentum, renowned for his intelligence, in order to help the inhabitants of Selinus*, after he dug a ditch starting from the rivers Selinus and Hypsas - today Belice, and after by only a river-bed and the very impetuous waters of both rivers storming into the pond he diluted the salty waters formerly lazy and stagnant in the mud through the use of the movement and the abundance of the sweet waters, he rescued the population from that scourge by his ingeniousness and at his own expense, and because of this help he

¹⁶⁷⁹ Aldrovandi non fornisce alcuna referenza su dove Fulvio Orsini parla di queste monete. Le uniche due opere potrebbero essere - ma non lo sono - *Imagines et elogium virorum illustrium et eruditorum ex antiquis lapidibus et nomismatibus expressa cum annotationibus* oppure *Familiae romanae in antiquis numismatibus*.

¹⁶⁸⁰ Undoubtedly malaria. (Gerald Hart, *Descriptions of blood and blood disorders before the advent of laboratory studies*, British Journal of Haematology, 2001, 115, 719-728)

divinos honores tribuerent. Hinc forsitan in {Selinontinorum} <Selinuntiorum> numismatibus sacra faciente aut Empedocle, aut Hercule Alexicaco Gallus, et Parias serpens ad aras Aesculapii adsculpitur: ad haec num in altera numismatum parte in curribus Apollini Sagittario, Galeotes filius, aut Empedocles, an denique Hercules latus claudat, liberam cuique coniecturam, et opinionem relinquo. Haec itaque Ursinus opinionis suae, ut vides, incertus. Quod si mihi meum interponere liceat iudicium, putarim Empedoclis imaginem esse, et Aesculapii vice cultum illum fuisse ob allatam causam.

In {Tianensium} <Tyranorum> quodam numo etiam Gallus conspicitur erectae figurae ceu cucu<r>ritum edens, cui supra cristam granum tritici, et a tergo astrum: ante talis inscriptio: {TIANO} <TYANΩN>. Ab altera parte Martis caput galeratum. Credendum ergo Gallum in tali numo expressisse, quoniam Martis ales est, et granum tritici fertilitatis ex agricultura symbolum esse. Quod ad stellam attinet, quae pariter in aliquot aliis vicinorum populorum numis conspicitur, nonnulli eo referendum putant, quod magna Graecia prius Hesperia dicta sit: Hesperum itaque sive vesperuginem (quam Venerem non sine ratione quidam opinati sunt) his nummis exprimi.

Calenorum item duo visuntur numismata Galli imaginem ferentia, quorum primum, quod aereum est, ab uno latere sex pilas habet sine inscriptione, ab altero Gallum erectum cum inscriptione KAAENΩ. Alterum pariter aereum ab una caput galeratae Minervae, ab altera Gallum cum astro a tergo, et inscriptione ante pectus CAENΩ. Reperitur quoddam Antonini {pii} <Pii> Augusti numisma, in quo tribus Gallis totidem simulacra velut abblandiri videntur, quod ad mansuetissimum Antonini ingenium spectare crediderim, ut qui pugnacitatem committigare procuraret, omnemque belli ferociam, quanto posset studio emolliret, utpote qui mallet vivum civem servare, quam mille hostes interficere solusque omnium principum sine civili sanguine, et hostili etiam, quantum ad se pertineret, viveret. Denique Suessanorum numo, ut inscriptio indicat, Gallus est erectae staturae cum Phosphoro a tergo stella addita.

earned that Selinus' inhabitants gave him divine honors as though he were the liberator of the citizens and a second Aesculapius. Hence perhaps in the coins of Selinus inhabitants nearby the altars of Aesculapius is represented the rooster and the snake parias* - the Coluber of Aesculapius* - while Empedocles or Hercules Evils-driver-out are making sacred rites: on this subject I leave to anyone the freedom of hypothesis and opinion whether on the other side of the coins on chariots beside Apollo bowman there is his son Galeotes or Empedocles, or lastly Hercules. These are therefore the words of Fulvio Orsini who, as you can see, is uncertain about his own opinion. If I am allowed to interpolate my point of view, I would think that the figure is that of Empedocles, and that this has been a cult instead of that for Aesculapius because of the produced reasons.

In a coin of the inhabitants of Tyana* there is a standing straight rooster as crowing, on whose comb there is a grain of wheat and at its back a star: on the recto there is this inscription: TYANΩN. On the verso there is the helmeted head of Mars*. Therefore we have to think that they represented the rooster in this coin since it is the bird of Mars, and according to the agriculture the grain of wheat is a symbol of fertility. As far as the star is concerned, which likewise can be observed on some other coins of neighboring peoples, some think it must be referred to the fact that earlier Magna Graecia has been called Hesperia*: therefore on these coins is represented Hesperus* or Evening Star (which some not without reason has thought to be Venus*).

Likewise two coins of Cales'* inhabitants can be seen carrying the figure of a rooster, the first coin, made of bronze, on one side without any inscription has six pillars, on the other side a standing straight rooster with the inscription KALENΩ. The other coin, also of bronze, on one side carries the helmeted head of Minerva*, on the other side a rooster with a star behind him and the inscription CALENΩ in front of his breast. A coin of the emperor Antoninus Pius* can be found, on which it seems that three roosters are such as caressed by as many figures, a thing which I would be inclined to believe as referred to the very meek character of Antoninus, being a person who tried to lessen the aggressiveness and with the greatest care as possible he tried to soothe every kind of fierceness during a war, since he was a person who preferred to keep alive a citizen rather than to kill a thousand enemies, and as far as he was concerned he was the only one among all the sovereigns trying to live without any shedding of citizens blood, also of enemies. Finally on a coin of Suessa Aurunca* inhabitants, as the inscription is pointing out, there is a rooster standing straight with the addition behind

Sed quispiam fortassis brevitatis studiosus orationem nostram nimis crevisse accuset, ac nonnulla superflue a nobis allata historiae amplificandae gratia effudisse dicat: cui equidem responsum velim, nihil, quod scimus hic allatum esse, quod terminos nostros egrediatur, hoc est, quod vel ad Galli, vel Gallinae historiam non pertineat. Etsi enim nonnulla de ovis dicantur, quae quispiam nimium superstitiosus, aut ardelio non in Gallinae tantum, sed in aliarum etiam avium ovis locum habere obijciat, is scito Gallinae ova in omnibus orbis partibus ut principem locum obtinentia, quotidie in manibus omnium versari, et in usum cedere, non item ita alia. Cum itaque ab ovis plurimi, ac diversi cum ad esum, tum ad medicinam usus percipiuntur, cur non hic potius, quam alibi nobis erat dicendum?

Ne tamen posthac legentium benevolentia, atque humanitate abutamur, itaque hic nunc vela contrahimus, et ad describendas Gallorum Gallinarumve diversas aliquot species nos accingimus. Cum vero multae volucres eaeque exoticae Gallinaceo generi non annumerentur duntaxat, sed eodem etiam nomine fruuntur, adiecto solummodo distinctionis gratia patriae cognomine, itaque in descriptione earum ordinem hunc nobis servare placuit, ut de eis, quae cum vulgaribus nostris villaticis maiorem gerunt similitudinem exordiremur, post vero subnecteremus eas, quae magis ab illis discrepant, ne quid intactum a nobis relinquatur. Maiorem autem similitudinem cum nostratibus habent, quae calcaribus armantur, quibus exoticarum maior pars caret. Quapropter Turcicas vix in peregrinis habeo. Etenim parum a nostris differunt. Persicae quoque calcaria habent, sed cauda carent.


him of the star Lucifer*.

But perhaps someone, supporter of brevity, could level the accusation that our discourse increased too much, and he could say that some things we reported as an extra in order to widen the search have swollen: in truth I would like to reply to him that, as far as I know, nothing reported here goes out of our boundaries, that is, since it would not be pertaining to the search about rooster or hen. For although some things regarding eggs are said, things which someone too much haughty or meddling could object as fitting not only hen eggs, but also those of other birds, this fellow has to know that hen's eggs everywhere in the world have the first place, that daily are in the hands of everybody and that are used, and that the other ones don't behave likewise. Then since from the eggs many and various uses are drawn both from a feeding and a therapeutic point of view, why should I not speak of them here rather than elsewhere?

Nevertheless I don't have to take advantage hereafter of readers kindness and mercifulness, and therefore now I furl the sails and I get ready to describe some different varieties of roosters and hens. But since quite a lot of birds and furthermore exotic are not only numbered among gallinaceous genus, but also enjoy the same name, with the addition of only the name of the origin's place used for the sake of making a distinction, therefore I thought it proper to keep in their description the following order, that is, I would like to begin with those having a greater similarity to our common country subjects, then I would like to follow them with the most different ones, so that on my behalf nothing is remaining unexamined. They have a greater resemblance to our subjects those armed with spurs, in which is lacking the greater number of exotic subjects. Therefore I hardly put the Turks among the exotic ones. For they little differ from our chickens. Also Persian chickens have spurs, but they lack tail.

DIVERSARUM GALLINARUM
 & Gallorum descriptiones,
 & primo de alba
 cristata & alia ferme in lapidem conversa.
 Cap. II.

[307] Villaticarum nostrarum Gallinarum, utpote nulli non cognitarum duas tantum icones damus, quarum una tota candida est, et instar *Alaudae cristatae*, altera intra duos parietes reperta fame extincta, atque eo modo, quo vides,




in lapideam ferme substantiam conversa, cauliculis suis absque pennis histicis instar horrida, intra arcis vetustissimae parietes reperta. Eam illustrissimus comes, ac senator nostrae urbis amplissimus D. Io. Pepulus olim mihi tanquam rem miram donavit. Huius iconem sequens pagina dabit. Gallinae cristatae appictum est Lolium.

CHAPTER II
DESCRIPTIONS OF DIFFERENT HENS
AND ROOSTERS,
 and first a white crested hen
 and another hen almost turned into stone.

I give only two pictures of our courtyard hens very well known to everybody, one of them is completely white and crested like a lark* - *Alauda arvensis*, the other was found between two walls, dead of hunger, and so, as you can see,

almost petrified, with a wiry look as that of a porcupine* because of the rachides of the feathers devoid of barbs, found between the walls of an ancient shelter. The illustrious count and very noble senator of our city Giovanni Pepolo one day gave it to me as present, as if it were an extraordinary thing. The following page will give the picture of this hen. Besides the crested hen is pictured the darnel* - *Lolium temulentum*.

[308] Gallina fere petrificata.
The almost petrified hen



DE PUMILIONE
Cap. III.

[309] Quamvis communium Gallinarum aliam nos iconem exhibituros negaverimus, Pumilionis tamen, sive nanae, quam perperam multos pro Hadrianis habere diximus¹⁶⁸¹, etsi ex earum genere, exhibere placuit, quod minus frequentes sint. Erat autem haec

CHAPTER III
THE DWARF HEN

Although I said I would not show another picture of common hens, nevertheless I thought it proper to show that of a dwarf, that is, a bantam hen because less frequent, which I said many people wrongly think as belonging to *Hadriana* hens, even if belonging to their variety. So, this hen



Gallina tota nigra praeter alarum maiores pennas, quae in extremitatibus candicabant. {Hebebat} <Habebat> pariter maculas in collo circumcirca candidas mediam lunam aemulantes, atque oculos denique macula sublutescentis coloris rotunda ambiebat. Caput erat cirratum. Paleae, et crista quae admodum erat exigua, {intesius} <intensius> rubebant: pedes flavescebant: ungues parvi, coloris impense candidi. Sed quid describere exactius prodest, si plerunque im<m>o fere semper color in his, ut aliis variet?

was entirely black except for the main wing feathers which were white at their tips. Likewise she was showing white spots echoing a crescent all around the neck, and finally a round patch of yellowish color surrounded the eyes. The head was crested. The wattles and the comb, which was quite small, were a rather deep red: the legs were yellow: the nails were small of a very white color. But what's the use of describing with more precision if afterward usually almost always in these as in other hens the color varies?


¹⁶⁸¹ A pagina 190*. La lunga trattazione delle galline *Hadrianae* si trova a pagina 191 e 192.

DE GALLINIS
Patavinis. Cap. IV.

[310] Nostratibus Gallinaceis plerunque maiores existunt, quos vulgus Patavinos appellat, quemadmodum etiam tales Gallinae nostratibus Gallinis. Maris faeminaeque iconem exhibemus. Mas erat aspectu pulcherrimus, quinque tamen


CHAPTER IV
PADUAN HENS

There are subjects often larger than our local cocks that people call Paduans, as are the hens in comparison with our local hens. Let us observe the picture of male and female. The male was of very good-looking,



[311] coloribus tantummodo {exornatos} <exornatus>, nigro scilicet, albo, viridi, rubro, et luteo. Totum enim corpus erat atrum. Cervix candidissimis pennis erat coperta. Alae vero, atque dorsum, partim quoque nigro, partim viridi constabant. Cauda pariter eiusdem erat coloris, sed pennarum radices albicabant. Albae erant insuper quaedam ex remigibus. Caput habebat pulcherrimo cirro exornatum: cirri autem radices erant albae. Oculos macula ambiabat rubra. Crista erat exigua, rostrum, et pedes lutei. In tota vero Gallina praeter albam illam pelliculam, quam prope aurium foramina obtinent, nihil prorsus erat albi, sed tota ex nigro virescebat. Pedes erant subflavi; crista admodum exigua, coloris etiam vix rubri. Gallo appicta est avena nuda, Gallinae Phalaris.

but adorned by only five colors, that is, black, white, green, red, and golden yellow. In all cases the entire body was black. The neck was covered with brilliant snow-white feathers. The wings and the back were also partly black, partly green. The tail was likewise of the same color, but the roots of the feathers were whitening. Moreover some remiges were white. He had a head adorned by a very beautiful crest: also the roots of the crest were white. A red patch surrounded the eyes. The comb was small, the beak and the legs yellow. In the whole hen absolutely there was no white except for that white pellicle - ear fold - they have near the ear openings, on the contrary she was completely greenish black. The legs were yellowish, the comb very small and only just red in color. Beside the cock is pictured the oats*, *Avena sativa*, beside the hen the canary grass*, *Phalaris canariensis*.




[312] DE GALLO, ET GALLINA PEDIBUS PENNATIS.
Cap. V.

CHAPTER V
ROOSTER AND HEN WITH FEATHERED LEGS



[313] Sunt quoque in hoc avium genere pedibus quandoque hirsutis, quales sunt, quos nunc damus, Gallus, et Gallina, Gallus collo, et dorso erat castanei coloris. Alae primum nigrae albicantibus maculis decoratae, dein nigrae erant, remigae candidae extra, intus nigrae. Mentum, pectus, venter coxae, tibiae nigra, albicantibus

Also in this genus of birds there are subjects which sometimes have bristly legs, such as those I am showing now, a rooster and a hen; the rooster had the neck and the back of chestnut color. The wings in the forefront were black adorned by whitish spots, then were black, the remiges were white outside, black inside. The throat, breast, belly, thighs and legs were black, decorated with whitish spots.




maculis insignita. Pedes lutei, crista duplex non admodum magna rostrum luteum: paleae magnae; cauda partim albis, partim nigris pennis constabat. Gallina tota flavescebat, {feri} <fere> atris ubique, si solum collum demas, maculis, modo parvis, modo magnis, at ubique oblongis conspersa; cristam habebat omnium minimam et paleas admodum breves, rostrum, et pedes luteos.¹⁶⁸²

The feet were yellow - and five toed, the comb was double not too much big, the beak was yellow: the wattles were large, the tail was made up by partly white and partly black feathers. The hen was entirely buff, sprinkled everywhere, except only the neck, by almost black spots, now small, now large, but anywhere they were appearing oblong, she had the smallest of combs and very short wattles, the beak and feet yellow - five toed.

¹⁶⁸² Aldrovandi scotomizza l'evidente pentadattilia.

[314] DE GALLO, ET DUABUS
Gallinis Turcicis. Cap. VI.

CHAPTER VI
THE ROOSTER AND TWO TURKISH HENS




Gallus Turcicus cum {Aegylope} <Aegilope> bromoide. Belgarum.
The Turkish rooster with aegilops* similar to oats* of Belgians.

[315] Cuius modo damus iconem, Gallum Turcicum dicunt. Totum corpus quodammodo candicabat. Alarum tamen pennae partim erant nigrae, et nigra quoque alvus: cauda partim viridibus, partim nigris, necnon pennis semiviridibus, et seminigris constabat, toto corpore modo argenteis, modo aureis lineis erat perornatus, quae res mirum, quantum in eo pulchritudinis conciliabat. Tibiae, et pedes erant subcaerulei. Gallina haec, quam pariter Turcicam vocant, tota erat alba, maculis ubique conspersa nigris,

That whose picture I give now they call him Turkish rooster: the whole body was someway verging on white. However the feathers of the wings were partly black, and also the belly was black: the tail was made up by feathers partly green, partly black, as well as by feathers partly green and black, in the whole body he was adorned with now silver now gold strips, a thing that made stupendous what in him there was of beautiful. The legs and feet were bluish. This hen, which likely they call Turkish, was all white, sprinkled anywhere of black spots,

Gallina Turcica pedibus subcaeruleis cum pseudo melanthio.
Bluish legged Turkish hen with fields' fennelflower* - *Nigella arvensis*.




[316] pedibus subcaeruleis: paleis, si maris paleis compares, longe minoribus, eadem istaec videretur, nisi cervix lutesceret, et apicem in vertice gereret, et pedes omnino haberet caeruleos, et caudam immaculatam.

Aliam in hoc genere observavi, cui pedes prorsus erant caerulei, eodem modo, ut praedicta, ex albo et nigro maculata, sed post carneam cristam, aliam habet ex pennis albis instar Alaudae, et cervicem ex cinereo lutescentem quae in praecedenti nigra est. Iconem {sequenti pagina dabimus} <hac pagina damus>.

with bluish legs: the wattles, if compared to the wattles of the male, are by far smaller, and her look would be identical to that of the hen represented here below but for the yellowish neck, for having on the head a pointed formation and for quite blue legs, and a tail without stains.


Among this breed I observed another hen that had quite blue legs, as the previous mottled of white and black, but at the back the comb she has another crest made up by white feathers shaped like the crest of a lark* - *Alauda arvensis*, and a yellow grayish nape which in the previous hen was black. I give its picture in this page.

Gallina Turcica pedibus caeruleis cum ustilagine avenae.
Blue legged Turkish hen with black blight* of oats*.



[317] DE GALLO, ET GALLINA
ex Persia. Cap. VII

CHAPTER VII
PERSIAN ROOSTER AND HEN



[318] Quem vero Persicum Gallum appellant, et quem hic depinximus, a nostratibus in eo potissimum differt, quod cauda careat, caetera simillimus existit. Crista<m> tamen veluti caudam obtinet. Erat autem totus niger lineis luteis conspersus: Alarum remiges principio albae erant, caetera atrae: pedes cinerei: Gallina quoad formam habitumve nostratibus erat similis: colore a mare diversissimo, unde tam in his, quam in illis coloris diversitatem vilipendendam arbitror. Erat autem tota coloris ferruginei, tribus pennis remigum exceptis, quae nigrae erant. Crista, si cristae maris compares longe erat quam in illo minor. Gallo appinximus phalaridem, Gallinae {calamagrostim} <calamagrostim>.

In truth that which they call Persian rooster, and I represented here, differs from our roosters above all in lacking tail, otherwise he is quite matching. However he has a comb like a tail. He was entirely black sprinkled of yellow strips. The remiges of the wings were white at their tips, otherwise black: the legs were ash colored: the hen, as far as her shape and look is concerned, was similar to our hens: the color was quite different from that of the male, therefore I think that both in Persian and in our hens the difference of the coloration has to be scarcely regarded. She was entirely rust brown with exception of three remiges which were black. The comb, if compared to that of the male, was by far smaller than in him. Besides the rooster I pictured the canary grass*, *Phalaris canariensis*, besides the hen the *Calamagrostis epigeios**.



DE MONSTRIS
Cap. VIII.

[319] Cum in hac Gallinacea familia, si in ullo alio animalium genere, monstra generentur, itaque aliquot etiam monstrorum icones, quorum pleraque ipsimet observavimus, hoc loco, ne quid in hac avium historia deesse videantur, naturae miracula admirantibus lectoribus visum est exhibere.

Prior itaque hic Gallus tripes cum multis aliis pullis in Brut<t>iis olim natus dicitur, anno nempe mundi 3767. Ante vero natum Christum 196.¹⁶⁸³

CHAPTER VIII
THE MONSTERS

Since in this gallinaceous family monsters are generated, as in any other genus of animals, I thought it proper to show at this point to the amazed readers as prodigies of nature also some pictures of monstrosities most of which I observed myself, so that it doesn't seem that something is lacking in this search on birds.

So, they say that this first rooster with three legs was born while ago in the country of Bruttii* along with many other chicks, and precisely in the year 3767 from the creation of the world*, that is, in 196 before the birth of Christ.



Subsequentem Gallum, qui pariter tribus instructus est pedibus, vulgo Gallo Grottesco dicunt. Erat autem a collo ad anum usque coloris aterrimi, sed maculis candidissimis conspersus, toto vero dorso ad uropygium usque ferruginei. Alarum maxima pars item ferruginea. Sui tamen principio, et qua ventrem spectant, subfusi, sed albicantibus maculis conspersi oblongis. Remiges pennae omnes albae. Cauda semiviridis, ac semiatra. Oculos macula rubra ambiebat. Icon sequenti pagina exprimetur.

The following rooster, who likewise is endowed with three legs, in common language they call him grotesque rooster, *gallo grottesco*. Now, he was very dark in color from neck up to anus, but he was sprinkled with very white spots, however on the whole back until uropygial gland he was rusty. Also the greatest part of the wings was rusty. At their beginning and where they face the belly they were rather dark but scattered with oblong whitish spots. All the remiges were white. The tail was a little bit green and a little bit black. A red spot surrounded the eyes. The picture will be reproduced at next page.

¹⁶⁸³ Le date e l'immagine sono tratte da *Prodigiorum ac ostentorum chronicon* (1557) di Licostene*. Nel *Monstrorum historia* (1642) Aldrovandi riporta due date diverse da queste e che non esistono in Licostene: 3768 e 194. Questo errore di Aldrovandi ci ha permesso di risalire alla fonte della strana datazione, cioè a Licostene.

[320] Gallus tripes alius, Grotesco vulgo, cum gramine
alopecuroide minore.

The second three-legged rooster commonly called grotesque
with the graminaceous *Alopecurus agrestis** or golden foxtail grass.




[321] Tres quoque pedes; sed tertium prope anum enascentem habebat haec Gallina toto fere corpore flava. Alae eius, et dorsum fuscis ubique maculis conspergebantur. Fuscae etiam a collo quaedam pennae dependebant super alarum principia. Cauda denique tota fusca. Caetera lutea.

This hen who was buff in almost the whole body was likewise three-clawed, but the third claw was growing out near the anus. Her wings and back were everywhere sprinkled with dark spots. Also from her neck some dark feathers were hanging down above the junction of the wings. Finally the tail was entirely dark. The remaining parts were yellow.

Gallina tripes cum hordeo.
Three-clawed hen with barley*.



[322] Pullus iste tribus pedibus natus tertium habebat, velut ex uropygio enatum.
This chick born with three legs had the third one as growing out from uropygial gland.



Skeleton hoc pulli monstrifici est, et superiori pullo fere similis, nisi quod pes e podice natus {quinque} <sex> digitis sit instructus.


This skeleton is of a monstrous chick almost similar to the previous one except that the foot which grows out from the rump has six toes.



[323] Gallus hic quadrupes prone erat ad ventrem usque castanei coloris, supine ad uropygium usque lutei intercurrentibus pennis castaneis. Alae albae, remigibus viridibus, a tergo prope caudam pennae dependebant longae admodum, castaneae; cauda viridis et nigra, crista duplex, minime crenata: pedes quatuor, quorum anteriores perfecti erant et lutei, {anteriores} <posteriores> imperfecti et pallidi.

This four-footed rooster with his face downwards was chestnut colored down to the belly, with his face upwards was yellow with interposed chestnut feathers. The wings were white with the remiges green, very long chestnut feathers were hanging down from the back near the tail; the tail was green and black, the comb was double only just serrated: the feet were four, those on the front were perfect and yellow, those behind imperfect and pale.

Gallus monstrificus quadrupes cum {Aegylope} <Aegilope>.
Four-clawed monstrous rooster with aegilops*.



[324] Quatuor quoque pedibus erat nata haec Gallina unicolor, toto nempe corpore colore quodammodo {ferruginei} <ferrugineo>. Pedes autem habebat luteos.

This single-colored hen was born with four legs too, and precisely she was in some way rusty throughout the whole body. But she had yellow legs.


Gallina quadrupes cum Siligine spica mutica.
Four-legged hen with ear un-bearded wheat*.



[325] Anno insuper 1551. in Gallia duplices ex Gallina pulli inventi sunt, quatuor videlicet alis, ut icon ostendit, totidemque pedibus, sed unico duntaxat capite.


Furthermore in 1551, in France, twin chicks have been found born from a hen, and precisely with four wings, as the picture is showing, and the same number of legs but with only one head.

Pulli gemini unico capite.
Twin chicks with one head.




[326] Hic vero Gallus quinquepedes anno mundi 3838. Ante nativitatem Christi 125. {Cerae} <Caere> natus memoratur.¹⁶⁸⁴

In truth this five-footed rooster, of the year of the world* 3828, 125 BC, is recorded as born at Cerveteri*.



{Pullis} <Pullus> capite gemino cum Lolio rubro.
Chick with twin heads and red lolium*.



Pullus iste capite gemino, alis, pedibusque bini duntaxat, dorso erat coloris fuscii, temporibus, et collo lutescentibus, pectore, et ventre albis, pedibus, et tibiis castaneis.

This chick with twin heads, with only two wings and feet, was dark on the back; yellowish at temples and neck, white on breast and belly, chestnut on feet and legs.

¹⁶⁸⁴ Le date e l'immagine sono tratte da *Prodigiorum ac ostentorum chronicon* (1557) di Licostene*.

[327] Unicum item caput hi pulli pariter gemini, et parum a superioribus differentes habebant, sed corpora magis quam in illis coniungebantur.


Likewise also these twin chicks had only one head and barely differed from the previous ones, but their bodies were more joined in comparison with them.



Si vero avis ulla monstrifica appellanda est, ea erit Gallus iste, quem vivum ante aliquot annos in aula Serenissimi Magni Hetruriae Ducis Francisci Medicei observavi: viris etiam magnanimis aspectu suo terrifico pavorem incutiebat. Caput non crista carnea, ut in vulgaribus Gallis ornabatur, nec paleae quoque erant carnae, sed uti aequae ex plumis constabant militum conos, quibus galeas exornant, aemulantibus. Habebat in fronte duas pennas, seu potius pennarum calamos (erant enim nudae) surrectos, ceu duo cornua; item binos alios ab utraque rostri prope nares parte, sed qui in extremitate plumas tenuissimas ad instar setarum {a}ederent, necnon et alium in cervice, qui a principio fere eiusmodi setis erat exornatus. Color totius corporis fere subfuscus, sed radices pennarum erant albae, pennae varo ita erant constitutae, ut veluti squamas toto corpore aemularentur. Prope uropygium, qua cauda exit, tuberculum habebat rotundum, subalbidum. Cauda non avium more ex plumis, sed carnosa ad instar quadruped*um*, pilis nuda, sed in extremitate tamen floccum, qualis in illis conspici solet, obtinebat. Flocci color erat candicans. Cauda subcaerulea. Tibiae velut ocreis indutae erant. Iconem proxima pagina dabit.


But if some bird should be called as monstrous, it must be this rooster, which I observed some years ago alive in the palace of the most serene Grand Duke of Tuscany Francesco I de' Medici*: it struck fear also into brave men with its terrifying aspect. Its head was not adorned with a fleshy comb as in ordinary roosters, and nor were its wattles fleshy, but they were made just as by feathers almost similar to the crests of the soldiers with which they decorate helmets. On the front it had two feathers, or rather two erect quills of feathers (for they were naked), as if they were two horns; likewise it had other two quills at both sides of the beak near the nostrils but showing some very thin feathers as if they were bristles, and another quill at the neck, adorned at the top by bristles with almost the same characteristics. The color of the whole body was just about blackish, but the roots of the feathers were white, however the feathers had such a structure that they resembled scales on the entire body. Near the rump, where the tail grows forth, it had a small round and whitish tubercle. The tail was not made of feathers as in birds, but it was fleshy as that of quadrupeds, devoid of hair, but at its top it had nevertheless a flock as usually can be observed in them. The color of the flock was verging to white. The tail was pale blue. The legs were covered as by leggings. The following page will give its picture.

[328] *Gallus cauda quadrupedis cum crista Gallinacea.*
Rooster with a tail of a quadruped and a gallinaceous tuft.



[329] De hoc Gallo ad me scripsit Pompilius Tagliaferro Parmensis inter praeclaros medicos haud infimus his verbis: Ad te mitto Galli monstrosi effigiem, etsi tamen in illo delineando pictor haud mihi satisfecerit. Sed scias velim, duo potissimum in hoc Gallo reperiri admiratione digna, quae in Gallinaceis, et Gallinis nostris visuntur minime. Primum, et praecipuum est, quod alarum pennae contrario, quam in aliis modo situantur, nam pars illarum prona, quae ex naturae praescripto in aliis interius vergit, in hoc exterior conspicitur, ita ut tota ala, penitus inversa videatur. Alterum notatu dignum existimo, quod cervicis plumulae caput versus cirri instar eriguntur; quorsum etiam tota cauda attolli conspicitur. Haec ille. Quae tamen de hoc Gallo commemorat, nec eius imago ad me missa, nec nostra icon satis expriment: quod pictoris imperitia factum fuisse eius verba ostendunt.

Pompilio Tagliaferro of Parma, not at all the lowest among illustrious physicians, wrote me about this rooster with the following words. I send you the picture of a monstrous rooster, although the painter has not at all satisfied me in portraying it. But I would like you to know that in this rooster there are two things particularly worthy of admiration and which in our roosters and hens are not met at all. The first thing, and the most important, is the fact that the feathers of the wings are arranged contrarily than in other chickens: for their bowl-shaped side, which as prescribed by nature in the other chickens is facing inwards, in this rooster is showing itself facing outwards, so that the whole wing appears quite inverted. I think noteworthy another thing: the small feathers of the neck are erect like ringlets towards the head, in whose direction also the whole tail seems to move. Thus far Tagliaferro. However neither the representation of this rooster which has been sent me, nor my reproduction are satisfactory expressing the things he is quoting about this rooster: his words show that this happened because of the unskilfulness of the painter.



[330] DE PEREGRINIS QUIBUSDAM

Gallinaceis dictis, et primo de Gallo
Indico aurito {tridactilo} <tridactylo>.
Cap. IX.

Quae modo subsequuntur, aves sunt peregrinae, et Gallinaceo nomine gaudent. Cuius primo loco iconem damus Caesar Facchinettus¹⁶⁸⁵ Marchio et Senator olim Bononiensis, mihi copiam fecit, eum Gallum ego ita descripsi. Etsi aures in Gallo fictitias quispiam iudicet easque solis quibusdam nocturnis volucris attribuendas, is in Ardeae cuiusdam genere, quod quandoque in Flandria apparet mira specie, de quo nos aliquando Deo dante suo loco agemus, easdem contemplatus minime monstrosas, nedum dicam fictitias in pulcherrimo istoc Gallo iudicaturus est. Mira quidem huius Galli species est, et nulli volucrum generi pulchritudine inferior, ut nunc ex tradenda descriptione cuius patebit.

Rostrum reliquorum Gallorum dissimillimum, sed Psittacorum omnino respondens. Est etenim aduncum in superiori parte, totum vero rubrum, Caput totum pectus et venter integer colore roseo diluto, qui in pectore maculis subroseis dilutionibus exiguis, in ventre longe maioribus; quas alba linea transcurrit, insignitur. Cristis insignitur duabus, primum carnea more nostrorum, quae prope rostrum est, inter quam et rostrum superius macula oblonga caerulea est. Crista vero alia pennis constat luteis prope primam cristam parvis mox longe maioribus sursum primum ascendentibus, mox deorsum per collum descendentibus. Oculorum capacitatis forma diversa admodum non tantum a nostratibus Gallis, verum etiam a reliquo volucrum genere: prae se fert enim eundem fere situm, qualis in homine est, oblongum scilicet, in cuius medio oculi siti sunt, quorum pupilla nigra est, iris lutea, cilia nigra. Aures magnae, et erectae asininis non absimiles: sub mento pennae quaedam dependent virides in marginibus nigrae, veluti barbae figuram prae se ferentes, quas palarum quae in Gallo nostro dependent, vicem obtinere arbitror. Collo superiori et uropygio quae viridia sunt, pennae caeruleae, albis calamis ornatae {deorsim} <deorsum> dependent.

CHAPTER IX

ABOUT SOME EXOTIC SUBJECTS CALLED
COCKS, AND FIRST THE THREE-TOED
AND EARED INDIAN ROOSTER

The now following birds are exotic and enjoy the name of cock. A copy of that of which I first give the image was done by the Marquis Cesare Facchinetti who aforesaid was also Senator in Bologna, and I described such a rooster as follows. Although someone thinks that in the rooster the ears are non-existent and are to be attributed only to certain nocturnal birds, he after saw them in a certain kind of heron which sometimes endowed with a wonderful look appears in Flanders*, and God willing sooner or later I shall deal with it in an apposite chapter, he will want to judge them in this beautiful rooster as not monstrous at all, even less fictitious so to speak. Really the appearance of this rooster is wonderful and it is not inferior in beauty to any species of birds, and now it will come across to whoever from the following description.

The beak is quite different from that of other roosters, but it is throughout resounding that of parrots. For on the upper part it is hooked, and is entirely red, the whole head, the breast and the whole abdomen are of diluted pink color, which on the breast is spangled by more diluted and small pale pink spots, more larger on the abdomen, and through them a white line is passing. This bird is adorned with two combs, first by a fleshy comb as our roosters and which is lying near the beak, and between this one and the upper beak there is an oblong and blue spot. But the other crest is made of yellow feathers which are small near the first comb and then more larger, firstly going upwards and then going down along the neck. The shape of eye sockets is very different not only from that of our roosters but also from the other species of birds: for it shows almost the same location as in man, it is oval of course and the eyeballs are placed in its center, and their pupil is black, the iris yellow, the eyelashes black. The ears are great and erect and are not dissimilar from those of donkeys: under to the chin some green feathers are hanging down which are black on the edges, showing the features like of a beard and which I think are taking place of the wattles which in our rooster are dangling. From the upper part of the neck and from the rump, which are green, blue feathers adorned with white quills are hanging down.

¹⁶⁸⁵ L'unico Facchinetti contemporaneo di Aldrovandi del quale ho trovato notizie è Giovanni Antonio (Bologna 1519 - Roma 1591), che fu Papa col nome di Innocenzo IX dall'ottobre al dicembre del 1591. Le origini della famiglia Facchinetti erano veronesi.

Alae admodum diversi coloris sunt. Primae enim earum pennae obscurae virent, sed ita dispositae sunt, ut veluti squamulas efficere videantur, harum medium linea alba percurrit. Quae sequuntur intense admodum virent, sed in extremitate albae sunt; harum tamen tres inferiores caeruleae sunt circumcirca tamen etiam subvirides{;}<.> Hunc ordinem pulcherrimus alius excipit caeruleus, nempe cuius pennae in fine insigniter admodum rubent. Extremae denique remiges luteae sunt, omnium costae albae. Inferior vero alarum pars colore est subcaeruleo ad viridem tendens; superior vero roseo, et costae omnes itidem albae.

Cauda duplex, prior exigua, et quinque tantum pennis constans, iisque ruberrimis, et admodum brevibus, si secundae caudae comparentur. Secunda cauda {novem} <sex>¹⁶⁸⁶ longissimis pennis constat, quarum aliae aliis longiores sunt, et diversum colorem obtinent. Maiores ferrugineae sunt, pennulis tenuissimis oblongis fuscis, hinc inde dependentibus constantes{;}<.> In extremitate ceu oculos ovaes rubicundos et circumcirca caeruleos obtinent. Virides vero eiusdem coloris pennulis constant, et in fine oculos albos circumcirca caeruleos obtinent; caeruleae quae sequuntur eodem modo sese habent. Pedes rubei maculis subfuscis distincti. Digni terni. Ungues et calcaneus albi. Dorsum vero totum subrubrum maculis nigris semilunaribus distinctum, quae in medio linea alba insignantur.

The wings show a very variegated coloring. For their fore-feathers, which are dark, have a green color, but so arranged that they seem to form small scales, and a white line runs through their center. The following ones are of very intense green, but white at the tip; however the three lower ones are blue but all around are also greenish. Another very beautiful kind of blue follows this disposition, and precisely the feathers of this color are amazingly very red at their tip. Finally the last remiges are yellow, and all their quills are white. But the lower side of the wings is light blue verging on green; but the upper side is rosy and likewise all the quills are white.

The tail is double, the first one is small and composed by only five feathers which are very red and very short if compared with those of the second tail. The second tail is made of six very long feathers, some of which are longer than the others and have a different color. The greater ones are rusty, made of oblong very thin and dark barbs hanging down across. On their extremity they have something like ruddy oval eyes which are blue all around. The green feathers are made of barbs of the same color and on their tip they have white eyes surrounded by blue, the blue feathers which come next look alike. The reddish legs are marked with rather dark little spots. The toes are three. The claws and the heel are white. The back is all reddish marked with black half-moon spots adorned in the center with a white line.

¹⁶⁸⁶ La scoperta di questo palese errore di Aldrovandi, che va a tenere debita compagnia alla miriade d'inesattezze che continua a elargirci, non è mia, bensì di Fernando Civardi*. Fernando non si accorse di questo errore quando nel 1996 trascrisse il testo latino, bensì quando nel marzo 2008 fu da me incaricato di mettere a dura prova le sue doti di *peintre électronique* nel colorare in base al testo quest'uccello che è fantastico al 99,99%, non essendo stato in grado di identificarlo neppure il Dr Giovanni Boano, Direttore del Museo Civico di Storia Naturale di Carmagnola (TO). Confesso che nemmeno durante la traduzione mi accorsi delle false 9 penne, per cui il merito della scoperta è tutto di Fernando. Come suggeritomi dal collega Dr Leslye Haslam, esiste una possibilità per salvare Aldrovandi: affermare cioè che le 3 penne fantasma sono nascoste dietro alle altre 6. A suo giudizio quest'affermazione salvifica potrebbe uscire ex abrupto dalla candida bocca - ma non dal sublime cervello - di sua moglie Livia Marchioni qualora ne venisse messa al corrente, essendo Livia una bolognese DOC, bolognese di nascita e di stirpe, che purtroppo continuo a tartassare quando incappo in un imperdonabile errore del suo illustre concittadino. Ma Ulisse ricevette un disegno, non un uccello mummificato da affidare poi ai suoi acquarellisti e incisori*, che erano quasi più precisi degli odierni fotografi e che egli snobbò a più non posso mistificandone i capolavori attraverso le sue insulse descrizioni. Anche in questo caso i suoi disegnatori sono salvi, e per l'ennesima volta!

[331] Gallus Indicus cum panico caeruleo Indico.
Indian rooster with blue Indian foxtail millet*.



[332] DE GALLO

Alio Indico.

Cap. X.


Quem modo depingimus, simpliciter Gallum Indicum dicunt. Eum magno Hetruriae Duci Ferdinando acceptum refero, qui prae eximia sua liberalitate, ut est virorum doctorum studiosissimus, depictum mihi aliquando dono transmisit. Avis toto corpore coloris erat aterrimi, calcaribus, et cauda carebat, uti etiam crista, cuius loco cirros gerebat. Rostrum erat bicolor, partim enim luteum, nempe caput versus, caetera atrum. Superius rostrum aduncum. Quo loco in aliis Gallis narium foramina sunt, ibi haec avis rotundum quid magnitudine cerasi luteum habebat. Tibiae, pedesque tabellis albicantibus praediti. Pennae etiam quaedam prope anum exiguae albescebant.

CHAPTER X
THE SECOND INDIAN ROOSTER

That I am now representing they simply call it Indian rooster. I report it as due to the Grand Duke of Tuscany Ferdinando I*, who because of his exceptional generosity, as typical of a big promoter of scientists, one day sent it me reproduced as gift. The bird was very black in the whole body, was lacking spurs and tail, as well as comb, in place of which had curls. The beak was of two colors, for it was partly yellow, and precisely the part toward the head, for the rest it was deep black. The upper beak was hooked. Where in the other roosters there are the openings of nostrils, here this bird showed something round and yellow of the size of a cherry. The legs and the feet were furnished with whitish bits. Also some small perianal feathers were whitish.

Gallus Indicus alius cum frumento Turcico.

The second Indian rooster with maize.



Male of Mexican Curassow - *Crax rubra**

[333] **DE GALLINA INDICA**
Cap. XI.

Gallinam hanc quoque Indicam appellant; colore tamen, et corporis habitu a superiori Gallo dissimilem, similem vero in eo, quod capite etiam est cirrato. Color totius fere corporis subfuscus. Rostrum, quam in iam dicto Gallo crassius, in medio tuberosum, albicans, nigris maculis insignitum. Oculi nigri, iris crocea. Coxae ex ferrugineo lutescunt. Tibiae, et pedes lutei. Cauda caret, et uropygium, quod in Gallo superiori plumis operitur, nudum plane simiae instar obtinet. Apparet autem esse eiusdem cum Gallo illo generis.

CHAPTER XI
THE INDIAN HEN

They call Indian also this hen; however in color and body look she is different from the previous rooster, but is similar to him since she also has a curly head. The color of almost the entire body is basically dark. The beak is stronger than in the aforesaid rooster, it shows on the center a protuberance, is whitish mottled of black. The eyes are black, the iris is saffron-colored. The thighs are rusty yellow. Legs and feet are yellow. She is lacking in tail, and shows the uropygial gland, which is covered by feathers in the previous rooster, and which is quite naked like that of a monkey. But it seems that she is belonging to the same species of that rooster.

Gallina Indica cum frumento saracenicis.
 Indian hen with buckwheat*.




Female of Mexican Curassow - *Crax rubra**

[334] **DE ALIIS DUABUS**
Gallinis Indicis.
Cap. XII.

Indicas Gallinas alii, alii Numidicas dicunt etiam has, quas modo damus depictas. Num vero caudata, quam priori loco exhibemus, an vero quae subsequitur, cauda carens mas sit, sive Gallinaceus, plane ignoro. Putaverim tamen caudatum marem esse, faeminam alteram. Sit quomodocunque utraque sub Gallinae nomine mihi communicata est, prior a serenissimo magno Hetruriae Duce, cum titulo Gallinae Indicae, altera pro Gallina Numidica. Prior a rostro ad caudae extremitatem usque (quae candida est, sed nigris lineis conspersa,) nigra: quae tamen nigredo ubique ferme ad subcaeruleum vergebat. Podex, et caudae principium subtus candicabant. Rostrum robustum, recurvum, rubicundum. Tibiae eiusdem fere coloris, sed pallidioris multo, et in postica parte ad [335] caeruleum vergebant.

CHAPTER XII
TWO OTHER INDIAN HENS


Some call Indian hens, others call Numidian* hens those whose picture I am now providing. I don't know at all whether it is the male, that is, the rooster, that one with tail I am firstly showing, or that coming after and which is tailless. However I would think that that with the tail is the male and the other one is the female. Be that as it may, both have been supplied me with the name of hen, the first one by the most serene Grand Duke of Tuscany Ferdinando I* with the name of Indian hen, the other as Numidian hen. The first one is black from the beak to the end of the tail (this end is candid, but sprinkled with black lines): nevertheless almost everywhere this black was verging to bluish. The breech and the beginning part of the tail underneath were white. The beak was strong, hooked, red. The legs were almost of the same color, but much paler, and behind were verging to blue.



Male of Helmeted curassow - *Pauxi pauxi* or *Crax pauxi pauxi**

Ungues erant atrii. Tuberculum in fronte gerebat magnum, figura ficus, coloris fere caerulei. Cauda longa, minime ut in nostratibus Gallis surrecta, sed ut in Pica extensa. Altera non ita erat atra, sed coloris fusci tantummodo, quique in collo, et alis ad cinereum vergeret. Tuberculum in fronte alterius iam dictae simillimum. Rostrum eiusdem coloris, sed minime aduncum. Caetera etiam similia, sed cauda carebat. Planta adiecta est hordeum distichon.

Toenails were black. In front it carried a large tubercle with the appearance of a fig* and almost blue in color. The tail was long, not at all erect as in our roosters, but stretched out as in magpie. The other hen was not so black, but only dark in color verging to ash gray on neck and wings. The tubercle on the front was very similar to that of the other above-mentioned hen. The beak was of the same color but not less hooked. Also the other parts were similar, but it lacked a tail. The attached plant is distichous barley*.



Female of Helmeted curassow - *Pauxi pauxi* or *Crax pauxi pauxi**

[336] DE GALLINIS GUINEIS.

Cap. XIII.

Gallinaceo generi fortassis rectius quam superiores peregrinae alites istae, quas Guinea regio nobis subministrat, annumerandae sunt, quod in omnibus ferme exceptis crista, et calcaribus cum illo conveniant. Cum vero Ornithologus¹⁶⁸⁷ eas exactissime nobis describat, descriptioni illius lubenter acquiescemus. Gallus Mauritanus, inquit, pulcherrima avis est, magnitudine corporis, figura, rostro, et pede Phasianus similis, vertice corneo in apicem corneum a posteriori parte praecipitem, in anteriori leniter acclivem elevato, armatus. Eum natura voluisse videtur inferiori capitis parti tribus veluti laciniis se promittentibus committere, atque deligare: inter oculum, et aurem utrinque una, et in fronte media item una omnibus in eiusdem cum vertice coloris: ita ut insideat capiti eo modo, quo ducalis pileus illustrissimo Duci Veneto, si quod iam adversum est aversum fieret. Rugosus is est inferius per circuitum: qua se attollit in directum in summo collo ad occipitium, nascuntur erecti quidam, atque nigri pili (non plumae) in contrarium versi. Oculi toti nigri, aequae et in orbem palpebrae, atque cilia. Si maculam in summa, et posteriori parte supercili utriusque demas. Imum caput per longitudinem utrinque caro quaedam callosa colore sanguineo occupat, quae ne propendeat veluti palea, ut replicaretur, natura voluit, et averso ductu in duos processus acutos a capite liberos finiret. Ex hac carne attollunt se utrinque carunculae, quibus nares in ambitu vestiuntur, et caput in anteriori parte a caetero rostro pallido separatur. Harum ad rostrum margines inferiores, replicantur etiam leviter sub utraque nare.

Quod inter verticem, et carnem est a dextra, et sinistra parte, squamosa incisura duplici notatae: in posteriori nulla, sed laeves, et veluti punctis quibusdam sui coloris respersae: Color illi sub faucibus exquisite est purpureus: in collo obscure purpureus: in caetero corpore per summa contuenti qualis consurgit, si album, et nigrum pollinem utcunque tenuiter tritum colori fusco rarius aspergas, nec tamen commisceas. Tali colori maculae albae ovaes, aut rotundae per

CHAPTER XIII
GUINEA HENS

Perhaps these birds, with which Guinea* supplies us, more correctly must be numbered among gallinaceous genus rather than among the aforesaid exotic birds, since they resemble chickens from all points of view, except comb and spurs. Being that the Ornithologist is describing them in a more than exact way, I gladly rely on his description. He says: the Mauritanian* rooster is a very beautiful bird, similar to pheasant in size of body, shape, beak and legs, supplied with a horny top of the head which behind goes down almost vertically toward a horny spike and which frontally is raising in a glaxis. It seems that nature desired to endow and wrap it in the lower part of the head as with three projecting flaps: with one on both sides placed between the eye and the ear and likewise with one on the center of the front, all of the same color of the top of the head: so that the horny structure would lay on the head as the general-cap of the illustrious Venetian Doge*, but as if what is behind were turned frontally. The cap in the lower part is wrinkled all around: where it rises in a straight line on the summit of the neck toward the nape, there some upright and black hair (not feathers) grow out turned in opposite direction. The eyes are entirely black, as well as the round eyelids and the eyelashes. If you except a spot at the upper and rear part of both eyebrows. A certain callous flesh of blood color occupies the lowest part of the head in all its length on both sides, and nature wanted that it was refolding so that it didn't hang as a wattle, and that with a contrary direction was ending in two acute extremities freed from the head. From this flesh on both sides the caruncles are arising by which the nostrils are clothed all around and by which the head is frontally separated from the remaining pale beak. The lower caruncles' edges are refolding toward the beak and are slightly doing so also under both nostrils.

As far as what is present on right and left side between the top of the head and the fleshy substance is concerned, the caruncles are marked by a double incisure: behind no one of them is existing, but they are smooth and as sprinkled by dots of the same color. There under the mouth the color is exquisitely purple: on the neck it is dark purple: in the rest of the body, if one looks in a brief way, the color is like that which grows up if white and black dust is sprinkled even if thinly minced with a dark color in a rather scant

¹⁶⁸⁷ John Caius - John Kay* - sent a description and figure, with the name Gallus Mauritanus, to Gessner, who published both in his *Paralipomena* in 1555*, and in the same year Belon* also gave a notice and woodcut under the name of Pouille de la Guinee; but while the former authors properly referred their bird to the ancient Meleagris, the latter confounded the Meleagris and the turkey. (<http://encyclopedia.jrank.org>)

totum corpus inesse visuntur, per summa minores, per ima maiores comprehensae intervallis linearum, ut apparet in plumarum compositione naturali, qua se mutuo intersecant obliquo hinc inde ductu per summa tantum corporis, non item per ima. Id non ex toto corpore solum deprehendes, sed ex singulis avulsis pennis. Superiores enim, obliquis lineis se mutuo intersecantibus, aut si mavis orbiculis quibusdam ex albo, et nigro ut dixi, polline confectis, et per extremitatem coniunctis, ut in favis, aut retibus, maculas ovaes, aut rotundas in spatiis fuscis comprehendunt: inferiore<s> non item. Utraeque tamen simili lege positae sunt. Nam in aliis plumis, ordine ita iunctae sunt, ut fere triangulos acutos faciant: in aliis, ut ovalem figuram repraesentent. Huius generis ordines tres, aut quatuor in singulis plumis sunt, ita ut minores in maiorum complexu reponantur. In extremis alis, et in cauda rectis lineis aequidistantibus procedunt per longitudinem maculae.

Inter Gallum, et Gallinam vix discernes, tanta, e<s>t similitudo, nisi quod Gallinae caput totum nigrum est. Vox illi est divisus sibilus, non sonior, non maior voce Coturnicis, sed similior voci Perdicis, nisi quod sublimior ea est, nec ita clara. Haec omnia Caius.

Ego omnino Meleagridem hanc avem, vel Numidicam Gallinam appellarim, de qua suo loco inter Gallinas scripsimus. Eadem nimirum fuerit *Afra* avis in versu Horatiano¹⁶⁸⁸. *Non Afra avis descendat in ventrem meum etc.* Hactenus Ornithologus. Sed eiusmodi opinionem suo loco satis, superque ni fallimur, redarguimus. Insuper verum non est Gallinam totum caput nigrum habere, ut Caius ille scripsit, sed quo ad colorem maris capiti simillimum: at obtusius multo est tuberculum.

Describit easdem Gallinas Bellonius¹⁶⁸⁹ hunc fere in modum ex Gallico Latinus factus: Quemadmodum multae merces, quas e Guinea regione ad nos (Gallos) advehunt mercatores nobis primum erant incognitae, ita pariter hae Gallinae ante horum ad eam regionem navigationem nemini nostrum erant notae: sed nunc in aulis magnatum satis obviae, atque

quantity, without nevertheless to mix them. Inside this color there are some white oval or round spots to be seen which are present on the whole body, smaller in the highest part, greater in the lower part, surrounded by spaces of lines as you can observe in the natural structure of the feathers where they crisscross with a mutual slanting direction across only in the upper part of the body, but not so in the lower. You can notice this not only in the body taken in its whole, but also from single feathers plucked away. For the upper feathers, intersecting each other with slant lines, or, if you prefer, with some little circles made up, as I said, by white and black powder and joined at their end, as in honeycombs or in nets, they enclose oval or round spots in dark spaces: the lower feathers don't appear alike. However both are arranged according to a similar criterion. For in some feathers they are joined in such a way that they make like acute triangles: in others so that they recall an oval shape. In each feather three or four arrangements of this kind are existing, so that the smaller ones are embraced by the larger ones. At the end of the wings and on the tail the spots go lengthwise according to equidistant straight lines.

Barely you would succeed in making a distinction between rooster and hen, so great is their resemblance, except that the head of the hen is entirely black. The voice of the rooster is a split whistle no more sonorous nor louder than the call of the quail*, but it is more similar to the call of the partridge* if it weren't that the first one is more shrill and not so ringing. All these things have been written by John Kay*.

Undoubtedly I would have called this bird meleager or Numidian hen*, about which I wrote at proper time among hens. Without any doubt it will have been that same African bird in a verse of Horace*. *The African bird doesn't have to go down in my belly, etc.* Thus far the Ornithologist. But in its own place, if I am not mistaken, I blamed more than enough such opinion. In addition it is not true that the hen has the head entirely black as that Kay wrote, but as far as color is concerned she is very similar to the head of the male: but the tubercle is very more blunt.

Pierre Belon* describes the same hens more or less in this way, translated in Latin from French: Likewise many merchandises which dealers bring to us (French) from Guinea region were first unknown to us, so in the same way before they sailed toward that region these hens were known to none of us: but now they are rather frequent in the residences of the magnates, and are common. They are very beautiful birds to be

¹⁶⁸⁸ *Epodi* 2,53.


¹⁶⁸⁹ *Histoire de la nature des oyseaux* (1555) L.5 c.9.

vulgares sunt. Aves sunt visu pulcherrimae pennis infinitis maculis candidis in spatiis nigris praeditae. Corpulentia vix nostrates Gallinas superant: tibiae tamen longiores sunt, quare etiam maiores apparent. Ex solo capitis gibbo quivis eam internoscat, quem supra frontem habet camelopardalis instar, calli naturam obtinentem, duritie fere cornu. Eiusmodi Gallinae perquam foecundae sunt, et multiparae.

seen, provided with feathers with an endless number of white spots enclosed in black spaces. In body size they barely exceed our hens: however the legs are longer, therefore they appear even more tall. Whoever would be able to distinguish this hen on the basis of only the hump of the head which the bird carries above the front as the giraffe does and which has the structure of a callus and almost resembles to a horn for its hardness. Such hens are quite fertile and give birth to many chicks.

Page 337

[337] Gallina Guinea cum panico caeruleo Indico.
Guinea hen* with blue Indian foxtail millet*.



Veteres videntur eas agnovisse, et Varro¹⁶⁹⁰ earum meminit his verbis. *Gallina* [338] *Africana, vel Numidica varia est, quemadmodum quas Romani Gibberas appellant, quas interpretati sumus Gallos Indicos*¹⁶⁹¹: Columella¹⁶⁹², et Plinius¹⁶⁹³ Numidicam dicunt. Omnium domesticarum, seu cicuratarum volucrum formosissimae sunt, quamvis alias nulla in pennis alia, quam nigri, et albi coloris sit diversitas: sed hi ita mixti sunt, ut albae maculae per nigra spatia sparsae elegantissime, ac ineffabiliter suos ordines servant.

Aves sunt quo ad mores cum villaticis Gallinis nostris similes: terram eodem modo pedibus vertunt. Tibiae pedes, atque ungues item similes, sed tibias habent longiores. Haec vero inter eas, et nostrates differentia est, quod cum tam Gallis nostris, quam Gallinis cauda sit surrecta, hae semper demissam habeant, ut Perdices, ac Coturnices: quare etiam quibusdam Perdices terrae novae vocitantur. Loco eodem manere nesciunt: in quaerendo sibi victu admodum sollicitae ac industriae, qua in re nostrat*um* etiam naturam sapiunt, unde huc illuc perpetuo {divagantur} <devagantur>.

Nulla evidens nota est, qua marem a faemina distinguas. Utrique enim eadem maculae sunt, et albedo eadem circa oculos ac denique eadem supra eosdem rubedo. Crista carent, sed eius vice callositatem in vertice quandam habent coloris c{a}erei, qua parte camelopardalim referre ex primo intuitu videntur, qui scilicet dum currit, caput tenet erectum, et eundem fere cum iis colorum varietatem habet. Habent vero insuper peculiarem sibi, ac propriam quandam notam. Nam quemadmodum Galli Indici pilorum quandam acervum ante ventriculum, ita illae supra caput similem

The ancients seem to have known them, and Varro* mentioned them with these words: *The African or Numidian* hen is spotted, like those the Romans call humped*, which I have interpreted as *Indian Cocks* - the turkeys*: Columella* and Pliny* call it Numidian. They are the most handsome of all domestic or tame birds, although on other hand regarding their feathers no other color is existing than black and white: but these colors are so mixed that the white spots scattered throughout the black spaces keep their tidy arrangement .most elegantly and ineffably.

As far as the behavior is concerned, they are birds similar to our courtyard hens: they turn up the earth with their feet in the same way. Likewise their legs, feet and toenails are similar, but they have longer legs. Between them and our hens there is the following difference, that is, while in our roosters and hens the tail is turned aloft, they have it always lowered like partridges* and quails*: because of this by some people are also called partridges of the New World. They do not know how to remain in the same place: they are extremely active and thoughtful in getting food, a thing in which are also reflecting the instinct of our hens, then continually wander hither and thither.

There is no characteristic according to which you can distinguish male from female. For both have the same spots and the same whiteness around the eyes and finally the same redness above them. They lack a comb but in its place on the top of the head have like a wax-colored callosity and at first sight in this zone they seem to remember a giraffe, which, that is, when running, holds its head erect and has the same variegation of colors as these hens. In truth they have in addition a peculiar and specific characteristic. In fact, like the *Galli Indici* - turkeys - have a tuft of hair - the beard - in front of the crop, so they have a similar one on the head, but these hair are bent in front starting from the first

¹⁶⁹⁰ *Rerum rusticarum* III,9,18: Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas meleagridas appellant Graeci. Haec novissimae in triclinium cenantium introierunt e culina propter fastidium hominum.

¹⁶⁹¹ I *Galli Indici* corrispondono al tacchino*.

¹⁶⁹² *De re rustica* VIII,2,2: Africana est quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam et cristam capite gerit, quae utraque sunt in Meleagride caeruleae. - VIII,12,1: *De Numidicis et rusticis gallinis* - Numidicarum eadem est fere quae pavonum educatio. Ceterum silvestres gallinae, quae rusticae appellantur, in servitute non fetant, et ideo nihil de his praecepimus, nisi ut cibus ad satietatem praebetur, quo sint convivorum epulis aptiores. § Giustamente Gessner fa notare che deve essersi verificato un qui pro quo, nel senso che in *De re rustica* VIII,2,2 fu trascritto galeam invece di paleam. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 382*: Galea pro palea apud Columellam in Meleagridis mentione legi conijcio.

¹⁶⁹³ *Naturalis historia*, X,132: In Hercynio Germaniae saltu invisitata genera alitum accepimus, quarum plumae ignium modo conluceant noctibus. in ceteris nihil praeter nobilitatem longinquitate factam memorandum occurrit: phalerides in Seleucia Parthorum et in Asia, aquaticarum laudatissimae, rursus phasianae in Colchis — geminas ex pluma aures submittunt subriguntque —, Numidicae in parte Africae Numidia; omnesque iam in Italia).

obtinent, sed qui in anteriori parte reflectuntur a prima vertebra, aut osse colli procedendo per posteriorem capitis partem.

Cum Pavonibus etiam hoc illis commune est, ut colli principium sit gracile. Plumae colli, maxime inferiores relucet, ut Palumbi torquis. Vox similis est gallinis communibus: nam clamant acriter voce alta, quemadmodum pulli recens exclusi. Perticis insident, ut nostrates: caro delicata est, ova esui apta.

Iam videmus, huius alitis cognitionem vulgo Guineam Gallinam vocanti acceptam ferre deberi. Nam si consideremus Africam, videbimus appellationem quadrare. Numidia enim, et Guinea Africae regiones sunt: {prior} <altera> in littoribus Oceani, {altera} <prior> maris mediterranei. Antiquissimi Romani Mare mediterraneum potius praeternavigabant, quam Gaditano egrederentur, nonnunquam tamen, sed rarius transfretabant. Contra Lusitani, et Normandi, aut alii maris mediterranei incolae Africae oras, quae Guineae sunt magis frequentant, quam fretum Gaditanum. Quapropter mirandum non est si eiusmodi Gallinae in Gallia, quam in Italia frequentiores reperiantur. Ad nos enim frequentius, quam in Italia naves ex his regionibus appellant. Tales Gallinae apprime fecundae sunt, et in nutriendis pullis admodum sedulae, unde etiam facile multiplicantur, sed frequentiores evaderent, nisi frigus, utpote ex calidissima regione venientes, perhorrescerent.

Haec itaque omnia Bellonius: at non video quo argumento Gallinam Africanam aut Numidicam faciat. Varronis enim verba, quae adducit, ipse invertit. Varro enim Gibberas a Meleagride, aut Africana minime distinguit, sed ita habet¹⁶⁹⁴. *Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas {Meleagrides} <Meleagridas> appellant Graeci, etc.* Plinius ita¹⁶⁹⁵: *simili modo pugnant Meleagrides, Africae, hoc est Gallinarum genus, Gibberum, variis sparsum plumis.* Varro in primis Gallinas Africanas grandes vocat. Guineae, vel ipso etiam Bellonio teste, villaticas magnitudine non vincerent, nisi tibias haberent longiores: quare meo iudicio grandes,

vertebra, or bone of the neck, proceeding through the posterior part of the head.

They have in common with peacocks* also what follows, that is, the beginning of the neck is slender. The feathers of the neck, above all the lower ones, gleam like the neck-ring of the wild pigeon. Their call is similar to that of common hens: for they shout aloud with a penetrating tone like recently hatched chicks. They roost on perches as our hens: the flesh is delicate, the eggs are suitable for eating.

We can undoubtedly realize that the knowledge of this bird is due to the people calling it Guinea hen. In fact if we consider Africa we will see that the name is exactly corresponding. For Numidia and Guinea* are regions of Africa: the latter is on the shores of ocean, the first on the shores of Mediterranean Sea. Ancient Romans were coasting along the Mediterranean Sea rather than doubling the strait of Cadiz, however sometimes, but rather seldom, they were doubling the strait. On the contrary the Portuguese and the inhabitants of Normandy or other inhabitants of Mediterranean basin are more frequenting African coasts belonging to Guinea than the strait of Cadiz. Therefore it is not surprising that such hens are found in a greater number in France than in Italy. For the ships coming from these regions land more frequently among us than in Italy. Such hens are most fertile and particularly painstaking in raising their chicks, hence they also easily multiply, but they would be more numerous if didn't abhor the cold, since are coming from a very hot region.

Pierre Belon* is therefore reporting all these things. But I don't see by what explanation he can judge what is the African or the Numidian hen. For he himself turns upside-down the words of Varro he is quoting. For Varro doesn't distinguish at all the gibbous hens from the meleagris or from the African one, but he is expressing himself in this way: *African hens are large, multicolored, gibbous, which the Greeks call meleagridas, etc.* Pliny is expressing himself in this way: *Meleagris birds fight alike in Boeotia. This is a genus of African hens, with gibbous head, covered by multicolored feathers.* First of all Varro calls the African hens large. The hens of Guinea, on witness of Belon himself, in size would not be over the courtyard hens if they didn't have longer legs: hence in

¹⁶⁹⁴ *Rerum rusticarum* III,9,18: Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas meleagridas appellant Graeci. Haec novissimae in triclinium cenantium introierunt e culina propter fastidium hominum.

¹⁶⁹⁵ *Naturalis historia* X,74: Simili modo pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis. Quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus; verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

Africanas Varro dixit, ut a Villaticis distingueret. Magnitudo itaque Gallo, Gallinisque Indicis, quos idem etiam Bellonius Meleagrides esse contendit, rectius conveniet. Sed super hac re alias fusius disputavimus.

my opinion Varro called the African hens large in order to distinguish them from courtyard ones. Therefore the largeness of the body will be owed more rightly to Indian Rooster and Hens - the turkeys - which also Belon himself is claiming to be Meleagrarians. But on this matter in another point I discussed in plenty.

Page 339

[339] DE GALLINA LANIGERA

Cap. XIV.

Gallinae huius lanigeræ icon desumpta est ex carta quadam cosmographica. Fuch civitas est maxima versus Orientem, in qua maximi Galli nascuntur. Gallinae sunt albae instar nivis, non pennis, sed lanis, ut testatur Odoricus e Foro Iulii¹⁶⁹⁶, tectae, ut pecus. Item M. Paulus Venetus¹⁶⁹⁷ scribit in civitate Quelinfu in regno Mangi nomine, Gallinas inveniri, quae loco pennarum pilos habeant, ut cat<t>i, nigri scilicet coloris, et ova optima pariant.

CHAPTER XIV
THE WOOLLY HEN


The picture of this woolly hen* has been got from a cosmographic map. Eastward there is the very large city of Fuch - Fuzhou, in which very large roosters grow. The hens are white as snow, covered not with feathers but with wool as sheep, as Odorico del Friuli* testifies. Likewise the Venetian Marco Polo* writes that in the city of Quelinfu - Quenlinfu, Kien-ning Fu - in the kingdom of Mangi there are some hens which instead of feathers would have hair like cats, that is, black, and would lay very good eggs.

¹⁶⁹⁶ *Itinerarium Fratris Odorici de Foro Iulii, Ordinis Fratrum Minorum, de mirabilibus Orientalium Tartarum* (1330). "Partendomi di questa terra [dall'odierna Quanzhou] venni verso oriente a una città che si chiama Fozo, che gira ben trenta miglia: Quivi sono i maggiori galli del mondo, e le galline bianche come neve: ma non àno penne, ma lana a modo di pecore." (*Memoriale Toscano*, 33)

¹⁶⁹⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 466: *Icon haec desumpta est ex charta quadam Cosmographica*. - FUCH civitas est maxima versus Orientem, in qua maximi galli nascuntur. Gallinae sunt albae instar nivis, non pennis sed lanis tectae ut pecus, Odoricus de Foro Iulii. In civitate Quelinfu, in regno Mangi nomine, inveniuntur gallinae, quae loco pennarum pilos habent, ut catti, nigri scilicet coloris, sed ova pariunt optima, M. Paulus Venetus 2. 68. § Gessner non riporta Marco Polo - o Marcus Paulus - nel suo *Nomenclator insignium scriptorum* (1555). Sotto il nome di Marcus Paulus Venetus compare invece nella bibliografia di *Historia animalium* I (1551) e la sua citazione bibliografica recante il numero 209 viene inclusa nei *Libri recentiorum mediocri aut etiam egregio stilo Latine editi*: 209. MARCI PAULI VENETI DE REGIONIBUS ORIENTIS LIBRI 3. - Nel 1532 l'opera di Marco Polo si intitolava *De regionibus Orientalibus libri III*, edita in latino a Basilea da Simon Grynaeus e contenuta in *Novus orbis regionum ac insularum veteribus incognitarum*. Questo Marco Polo venne ripubblicato da Georg Schulz nel 1671 sempre con il titolo *De regionibus orientalibus libri III* che costituisce un terzo del frontespizio della pubblicazione di Schulz la cui sintesi è la seguente: *Marci Pauli Veneti historici fidelissimi iuxta ac praestantissimi De regionibus Orientalibus libri III. Cum codice manuscripto Bibliothecae Electoralis Brandenburgicae collati ... Accedit, propter cognationem materiae, Haithoni Armeni historia Orientalis: quae & de Tartaris inscribitur; itemque A. Mulleri Greiffenbagii, de Chataja, cujus praedictorum auctorum uterque mentionem facit, disquisitio; inque ipsum Marcum Paulum Venetum praefatio, & locupletissimi indices*. Coloniae Brandenburgicae [Berlino], ex officina G. Schulzii, 1671. § Non solo nel testo latino di Marco Polo consultato da Gessner, ma anche in una traduzione francese dal latino del 1556 le galline nere e pelose si trovano nel libro II cap. 68 (*Description géographique des provinces & villes plus fameuses de l'Inde Orientale ... Par Marc Paule gentilhomme Venetien, et nouvellement reduit en vulgaire François*, Paris, Iehan Longis, 1556) e lo stesso dicasi per un'altra edizione francese del 1888 contenuta in *Deux voyages en Asie au XIIIe siècle par Guillaume de Rubruquis et Marco Polo* (éd. par Eugène Muller, Paris, librairie Ch. Delagrave, 1888). - Quindi la referenza di Gessner è esatta, anche se la numerazione è diversa da quella de *Il Milione* della versione toscana *della Crusca* dove il testo italiano suona così: E havvi belle donne, e havvi galline che non hanno penne, ma peli come gatte, e tutte nere, e fanno uova come le nostre, e sono molto buone da mangiare. (CXXXIV *Del reame di Fugin*)

Gallina lanigera cum crista Galli Herbariorum.
The woolly hen with cockscomb of herbalists - *Rhinanthus crista-galli**.





Gallus Silvestris of Henry Sinclair
published at page 460* of *Historia Animalium* III (1555) by Conrad Gessner

[340] DE GALLO SCOTICO
Sylvestri, et de Morenna Anglorum.
Cap. XV.

Reperitur in Scotia, tradente Hectore Boetho¹⁶⁹⁸ quoddam sylvestris Galli genus, Phasiano carne, ac magnitudine simillimum: sed nigra pluma, rubentibus admodum palpebris, frumento victitans. Huius alitis effigiem Ornithologus¹⁶⁹⁹ Henricum a S. Claro¹⁷⁰⁰ clarissimum virum e Scotia sibi transmittendam curavisse scribit. Scoti in hoc genere marem vocant Ane blak {cock} <cok>, id est Gallum nigrum: faeminam, quae magnitudine inferior, et colore dilutior est, ane grey hen, id est, Gallinam fuscam. Mas collo, pectore, alis, coxisque punctis rubicundis aspersus est, faeminam leucophaeam maculae nigrae variant. Supercilia, et barbulae in utroque sexu membrana rubra insignit. Anglus quidam hac icone visa, in Anglia etiam capi retulit locis erica plenis. Eandem avem Guil. Turnerus intelligere videretur in descriptione, quam statim subdemus, nisi faeminae alium colorem tribueret, quam ait magis russam esse Perdice, cum faemina Galli nigri Scotici fusca sit, ut diximus.

Gallinaceum sylvestre genus apud nos est (inquit Turnerus Anglus, Morhennam vulgo vocant, ni fallor, forte propter colorem maris nigrum, ut in {mauris} <Mauris>: alii, puto Hethcok, id est, Gallum ericarum) in quo faemina ita a mare

CHAPTER XV
THE SCOTTISH WOODLAND COCK
AND THE ENGLISH BLACK GROUSE

As Hector Boëce* reports, in Scotland there is a genus of woodland cock which in flesh and size is very similar to the pheasant: but it has black feathers, quite red eyelids and feeds on wheat*. The Ornithologist writes that the very renowned Henry Sinclair* took care of sending him from Scotland the picture of this bird. Within this genus the Scots call the male *ane blak cok*, that is black rooster: the female, which is smaller and more diluted in color, *ane grey hen*, that is, dark hen. The male is sprinkled on neck, breast, wings and thighs with red dots, black spots make the female variegated, which is gray. A red membrane in both sexes adorns the eyebrows and the eyelashes. An Englishman, after he saw this picture, told that also in England they are captured in places rich in heather*. It seems that William Turner* is referring himself to the same bird in the description which I will quote anon, except that he ascribes another color to the female, and he says that she is more reddish than the partridge*, while the female of the Scottish black cock is dark, as I said.

Among us a genus of wild gallinaceous is existing (says Turner the Englishman, and they call it vulgarly Morhenna*, if I am not mistaken, perhaps because of the black color of the male, like in the inhabitants of Mauritania*; I think that others call it Hethcok -

¹⁶⁹⁸ *Scotorum Regni Descriptio*. (Aldrovandi)

¹⁶⁹⁹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 460: Scoti in hoc genere marem vocant ane blak cok, id est gallum nigrum: foeminam quae magnitudine inferior e colore dilutior est, ane grey hen, id est gallinam fuscam.

¹⁷⁰⁰ *Sinclair o de Saint Clair*: antica famiglia scozzese.

differt, ut duorum generum istiusmodi rerum imperito videri possint. Mas Gallo domestico paulo minor, totus niger est, excepta ea parte caudae, quae podicem tegit. Ea enim alba est. Caeterum nigredo huius nonnihil splendescit, ad eum fere modum, quo Columborum nigrorum torques circa colla splendescunt. Ad viriditatem igitur proxime accedit. In capite rubrum quendam habet, sed carneum cirrum, et circa genas duos habet veluti lobos rubros, et eos carneos. Faemina tota maculis distincta est, et a Perdice, nisi maior esset, et ruf{f}a magis, aegre dignosci posset. In desertis locis, et planis, erica potissimum consitis, ambo degunt. Grano vescuntur, et summis ericae germinibus. Breves habent alas, et breves faciunt volatus. Hanc avem Attagenem esse conijcerem, sed qui Attagenem describunt, marem a foemina non separant. Unde colligo eundem fuisse colorem, et eandem figuram maris, et faeminae. Quod si Attagen non sit, Gallina esse videtur Varronis rustica¹⁷⁰¹. Haec ille.

Verum hanc avem non esse Attagenem, ex eius historia apparebit: praesertim cum Attagen sit palustris, haec non item. Vide an eadem avis sit, quam Longolius Attagenem putavit, cuius verba recitavimus in Grygallo¹⁷⁰². Haec omnia Ornithologus, qui sane et dum Attagenem palustrem vocat, Attagenem novisse minime videtur, est enim montium incola, ut suo loco descripsimus.

